www.e-rara.ch

[Commentarii a Philippo Beroaldo conditi in asinum aureum Lucii Apuleii]

Apuleius

[Venedig], [1501]

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-4595

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Seinem verehrten Lehrer
C. G. Jung
in Dankbarkeit: Allein.
26. Juli 1938.

Titelblatt fehlt:

Commentarij a Philippo Beroaldo conditi in asinū aureū Lucij Apuleij.

CH 16

Ad Maximum Antistitem. D. Petrum Archiepiscopū Colocensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

MOS Fuit Antistites Amplissime Statuas eorum publice dicare: Qui aliqua Illustri causa ppetuitatem meruissent: Sūmiq; homines nō pauci Simulacra corporum suorum In propatulo collocata conspici uoluerunt. Ita nominis gloriæ consulentes sibiq; īmortalitatem prorogantes. Præclarum hoc sane negocium. Cuncta enim virtutis monumenta præclara esse censeo. Sed nimirum illud multo præclarius ē multoq; pennius Ingenioꝝ q̄ corporum effigies Relīquere. Animorum q̄ mēbrorum Expressa liniamenta Nepotibus posteriſq; disseminare. In memoriam sempiternā. Si quidem statuæ & imagines intereunt. aut ui conuulsæ. Aut vetustatis situ decoloratæ. Volumia vero: quæ sūt vera spirantiaq; hominum simulacra. Nulla ui cōuellūtur. nullo senio obliterātur. Fiuntq; vetustate ipsa sanctiora Durabiliora q̄. Ego iam pridem aliquot id genus effigies sub litteratoria icude procusas mihi ipsemet publice posui: Quibus nō minus opinor ingenii mei similitudo expressa cōspicitur: q̄ olympionicarum Simulacris pfecta corpoꝝ liniamenta spectabantur: Quæ Iconica Auctores appellāt. Hoc vero nouicium Animi nostri Simulacrum vario effigiatu cultuq; laborioso perpolitū sub tuo Nomine publicamus. Tibiq; nuncupati Dedicamus Archiepiscope Colocensis: Quē merito beatum censemus: Cuius Amplissime Religioni Luculenta doctrina cōiuncta est; quæ duæ Sociabili nodo Cōnexæ

Volūmia

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

proculdubio sunt Beatitudinis effectrices. Quippe Religio uitiorum expultrix Deo nos conciliat & uinculo pulcherrimo connectit: Doctrina uero uirtutis indagatrix immo ipsa uirtus animos nostros exornat excolit uenustat. Tolle ex mortaliũ Commertio Religionem atq; doctrinam, quibus haud dubie uita constat: Cuncta conspicies incondita. Impolita. Squalentia: Nec minus tenebricosa q̃ si ex mũdo Solẽ Lunãq; sustuleris. Pytagoras ille philosophiæ primus nuncupator Inter plurima quæ humano generi saluberrima Documẽta præcepit Cumprimis monet, Deum Religione colendum esse. Animum disciplinis excolendum. Tu perĩde ac pythagorici Dogmatis obseruantissimus Cultor Ita Religione præcellis. Ita Doctrina præpolles, Vt nulli Antistitum Clarissimorum sis secũdus. Agisq; Archiepiscopũ ex omni prorsus parte absolutissimũ: In quo cõsertus Episcopaliũ uirtutũ chorus splendicat. & sacerdotalia ornamẽta collucent. Ecclesiæ Columen Euãgelii tuba. Et Doctrĩæ christianæ Prõptuariũ, Apostolus Paulus ĩ Episcopo pfectissimo desiderat, Sobrietatẽ. Prudentiã. Sanctitudinẽ. Cõtinentiã. Sanãq; doctrinam. Quæ oĩa ĩ te uno affatĩ cumulata Cõspiciuntur, Tu sobrius. Tu prudẽs. Tu moribus Defecatis ornatus. Tu castitate uitæ Sãctissimus. Frugalissimusq;. Doctrĩa uero tanta peculiariter excellis. ut non minus sis eruditiõe q̃ Archiepiscopatu memorãdus. Instar Iubæ Regis: quẽ studiorũ claritate q̃ Regno memorabiliorem Auctores Clarissimi prodiderunt. Tu ĩstar Cipriani Auro Argentoq; Suffarcinatus exiisti De ægypto Iuxta Dominicum p̃ceptum Despoliata: Tu mellis primicias hoc est prædulcem eloquii suauitatem domino obtulisti. tu sicuti diceris ita reipsa es Acrhiepiscopus. hoc est princeps primariusque episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non facit Matrem familias. sed boni mores. Ita neque Stẽmata neq; opes neque Nobilitas dãt primatum Apicẽq; summo sacerdoti. Sed religio doctrinæ copulata. Ecõtrario cõplusculi hac tempestate in ecclesia dei uisuntur: Qui cum episcopali dignitate sint summi, morum & ĩscitiæ dehonestamẽto sunt infimi. Quib⁹ magna lauticiæ Luxuriæq; cura est. maxima uirtutis ĩcuria. In quibus Episcopi nichil qcq̃ cernas p̃ter habitũ & nomen: Qui qd sit Episcopatus ignorãt, Instar phaniæ Pontificis propter Rusticitatem Quid esset pontificatus nescientis. Conditores ecclesiasticæ litteraturæ celeberrimi prodiderũt Cæcũ animal deo offerri quotienscunq; illitteratus sacris initiatur. fitq; Adscripticius militiæ Religosæ. Dii boni quot ceca animalia quotidie Deo dedicantur. Quot Antistites primarii. Quot Protomystæ. Quot Episcopi cecutiẽtes sũt Et prorsus Talpæ Hoc est ĩdocti ĩcultiq;. Lux enim sacerdotis & cultus doctrina est. Habent hii quidem domos exornatas opiparã supellectilem. familiã numerosam. Omnia splendentia preter ipsos dominos. qui uitiis decolorati & labe Ignorationis infecti, Sunt tenebricosi prorsusq; sordescunt. Et cũ Maiestas Episcopalis auro comparetur Non tã fulgore auri splendicant q̃ plũbi liuore pallescũt. Episcopus autem cũ greco uocabulo explorator siue speculator significetur Videre sane est tales Episcopos dignos tanto nomine, Dum curiose explorant & solerter speculãtur Redditus atq; uectigalia episcopatus: Qua qdẽ unica in re merentur Episcopi nominari. Hoc est exploratores diligentissimi. & speculatores solertissimi: Quos ut serio loquar & dicam quod sentio non tam episcopos q̃ pseudo episcopos merito appellaueris. Cum autem ignorãtia inter religiosos hoc maxime seculo Tanq̃ Grangrena serpat & perinde ac pestilentia late grasetur, Tu ab eius contagione longe resiliens Munisti temetipsum Alexipharmaco doctrinæ christianæ eloquen

La⁹ Archiepiscopi Colocẽsis.

Contra ĩdoctos episcopos

Episcopus explorator.

Ignorãtia ut cãcer.

tiæque medicamento: Quibus nihil põt esse potẽtius utiliusque. Et cũ aliorum animi in macie/Corpora in sagina sint/Tua mẽs adipibus doctrinarum Saginata pigueſcit: Qualis pinguitudo. quanto uberior tanto ſalubrior. Cæterũ cũ ex Apoſtolico pre/cepto Oporteat Epiſcopũ esse dei diſpenſatorẽ atque pediſequũ/Cũque in eccleſia hoc ſit epiſcopus. Quod in naui gubernator. in curru Rector in exercitu dux. Tu inſtar bo ni patris familias Tota eccleſiæ mẽbra circunſpicis. & neqd laſtabundum ruat Curio/ſe Procuras: ut uerum ſit: Qui bona fide Deũ colit/eundem & diuina diligenter exco lere: Inſtarque Boni paſtoris Eorum quibus præes commodis ſalutique Subſeruis. Tu eccleſiæ Rector exornator illuſtrator exiſtis: Et ſicuti ſacrarium ſanctitudinis ac Domicilium Dei eccleſia dicitur/Ita te Præſide eſſe cognoſcitur. Quæ uero ad tuum ſacerdotium pertinent diuina myſteria. ea tam diligenter/tam ſancte/tam ſolenniter celebrantur. ut omnia In his maxime caſta ſolemnia Religioſa ſint: Vt ſacerdotes alii ex inſtitutis tuis Religionis colendæ formulam mutuentur. Ad hæc cum hoſpita litas: Quæ præcipua uirtus eſt/Epiſcopum cumprimis exornet: Domus tua patet Illuſtribus humilibuſq; hoſpitibus Indiſcriminatim. Pauperes ad te perinde aci Aſy lum ſalutis confugiunt. Tuis erogationibus ſuſtentantur. Et profecto qui beneficus eſt In egeſtoſos: Deum promeretur. Imo ut uerius loquar deum ipſum computat de bitorem. Plautina illa ſententia/de mendico male meretur: qui ei dat quod edat aut bi bat: Tibi iure optimo ueluti in hoſpitalis ac deteſtanda Improbatur. Qui probe cal les humanitatis officium eſſe neceſſitati hominis egentis ſubuenire. Quantum ue ro illud eſt/Quo preconio. Qua laude memorãdum? Quod Militibus Regiis An nonam omnifariam calceos. pilea ueſtimenta large ſuppeditas/Qui oppoſiti ſunt ueluti obices Turcis Cohercendis. & ſane decet Epiſcopum Orthodoxum nulli in/pendio parcere ad cohibendos hoſtes chriſtianæ fidei ſempiternos: Qui ſanguinis noſtri ſitientes Chriſtianiq; nominis delendi cupiditate flagrantes/faciunt continen ter in regionibus Pannonicis incurſiones: oĩbuſque uiribus expugnare cõtẽdũt Pro pugnaculum in confinio Pãoniæ munitiſſimum: Cui Belgrado nomẽ. Verum illic p̃ſidium Regium in procinctu expeditum ſemper eſt ad illorũ ĩpetum retundẽdũ Et ferociam ſuffrenãdam. Hii autẽ bellatores Limitanei Tuis inuitamentis Excitantur. Tua largitate fiunt in arma promptiſſimi. Te opitulatorem Te parentem Conſono ore Appellitantes. inde fit ut te non minus Auxilio pollentem q̃ conſilio experiãtur. Cum autem ſũmus honos ſit notum eſſe tãtũmodo Ampliſſimis prĩcipibus: Tu apd Maximum Pontificem Alexãdrum es ĩpetrabilis. Tu Maximo Regum Regi Mathiæ/ Cuius laudes nulla ætas conticeſcet. Qui Alexandro Magno, Cæſari dictatori, Han nibali Pœno, uirtute ĩperatoria eſt comparandus/Tam carus/tam iucundus olim fuiſti: Vt apud Maximum Regum honoratior fueris q̃ apud Scipionem Panetius. Apud Alexandrum Ariſtander. Necimmerito. Ille enim res maximas compluſculas tuo conſilio. Auctoritate. Prudentia glorioſe confecerat. Quamobrem maximis ſi/cut Par erat/Te ornamentis ornauit. Et Archiepiſcopatus Apice meritiſſimo cõdeco rauit. Quem tu tamen ante merueras q̃ acciperes. Quippe uiri præcellentes ſtudent non tam ſuſcipere ſacerdotium q̃ mereri. Verum enim uero in ætate hominum agen da Vt inquit plautina matrona/uoluptati mœror comes cõſequitur/& Serenitati tẽ/peſtas proxima/Deniq; nulla tranquillitas poteſt eſſe diuturna: Nec ulla fere eſt tam

Calũniatores īaula regia.

solida fœlicitas. quam nõ fortunæ turbo Cõcuciat: quæ semper uirtuti aduersatrix est & coutnmax. Cuius spicula aculeata Cum aliubi/ Tum in Aula principali maxime perforant. Vbi inuidi calumniatores atque maleuoli criminatores dominantur: qui īcubiculo Regio Viperæ Linguas uirulentas uibrant in perniciem Bonorũ. qui fœlicitatem inuident beatis: Doctrinam eruditis: qui inuidentiæ stimulis irritati uirtutem præcellentem allatrare non cessant. omni prorsus pestilentia pestilentiores. in hoc maximi Principes. quod cum bona illorum uenia dixisse fas sit. identidem peccant. Vt uidelicet Neuo Credulitatis infecti Aures nimis patulas præbeant Delatoribus. quos ut sapiẽter Domitianus dicere solebat/ qui non castigat irritat. Horum itaque fictæ criminationes te Regi Mathiæ fecere suspectum/ ac ueluti procellæ turbulẽtæ uentos regios. qui tibi spirabant secundissimi/ immutarunt. in tantum ut Cymba tua retrorsum acta scopulo illideretur. tunc fortunæ fulminantis ictu nõ tam extinctus q̃ decoloratus docuisti uirtutem Afflari posse extingui non posse. cuius cũ proprium sit neque Rebus secundis immodice efferri Neque aduersis imminui. Tu sicuti in prosperis Modestus ita inaduersis constans procellã illam impetu uehementiore prosilentem patienter pertulisti Virtutis adminiculo fultus: & conscientia imaculabili subnixus. Q ui ad unicum calamitatis leuamentum studia confugiens id temporis maxime expertus es litteras sicut felicibus in rebus sunt maximo ornamento/ Ita īcalamitosis esse Maximo solatio/ Singularique perfugio. exquo uberrimus est fructus Iucũditasque sapienti. Verum cum maximum hominis propugnaculum inocẽtia sit. Cumque uirtus concuti possit excindi funditus non queat Tu pristino Mox fastigio restitutus clarior illustriorque emersisti. Instar solis quẽ nubecula obumbrauerit: qua mox dispulsa purior nitidior flagrantior emicare consueuit. Impresentiarum in maxima es sicut merito esse debes existimatiõe atque auctoritate apud Sacratissimum & omni cum honore mihi nominandum Regem Vuladislaum/ quem Religiosissimum sanctissimum indulgentissimum Regum omnium sciũt omnes qui nouerunt/ Et cõstans fama latissima prædicatiõe circunfert. Qui Regiis uirtutibus quasi compactus atque conglutinatus duorum Regnorũ Pãoniæ & Boemiæ habenas sapienter & salubriter moderatur: cui non secus ac Traiano alteri cognomentũ Optimi optime congruit. Quem mihi in animo est aliquando reuerenter salutare Sed non sine munere carthario: Sicuti parthorum Regem Nemo sine munere salutat. Tu apud summates & proceres Aulicos omnis es amabilis. Atque pro ea qua plurimum polles uirtute es uenerabilis. Te omnes uti parentem colunt/ Regiiq; status patronũ strenuissimũ cum laude suspiciũt: Cæterũ cũ pulcherrimũ sit ut inuita Ita in studiis seueritatẽ comitatemq; miscere Et ex dissonis facere cõcẽtũ. Tu austeriorem spiritalis doctriæ disciplinã misces lenioribus secularis sapiẽtiæ cõdimẽtis: post spicas ex salubriori Messe collectas racemos uidemiæ Oratoriæ suauissimos decerpis/ sine cuius suaueolentia Doctrinæ omnes inodoræ/ insuaues/ iniucũdæ sũt & prorsus Asperna biles. Oẽs q istinc ueniunt multa de tua æqtate tẽperãtia Integritate/ Doctrina cõmemorant. teq; Præconio Bonitatis extollũt. Q uid memorẽ q̃ probus q̃ splẽdid⁹ q̃ īculpatus existas in uita īteriore atq; domestica: Ex qua mores ppẽduntur & īteriorhõ dispicitur. Cũq; ex moribus ministrorum domini per sepe iudicẽtur. Domus tua tota bene Instituta/ Famulitium/ Quod pro dignitate copiosum ẽ/ ad mores dominicos mire formatũ. Nihil turpe dictu factuq; in domo tua neq; auditur neq; cernitur: Quod

Litterī īaduersis solatio.

Laus Regis Vuladislai.

Vita interior īculpabilis.

ſiqui aliquando improbiores exiſtunt/Difficile eſt enim in maxima Familia ad præ/
ſcriptum Cunctos innocenter degere/eos tu auſteriore Medicina ſeueritateque non
tam tetra qua tetrica/ad frugem bonam reuocare contendis. propiores uero indul/
genter Amplexaris ac foues. Ita ex malis Bonos. Ex bonis optimos efficiens. id quod
in. M. Antonii Imperatoris laudem plauſibiliter proditum eſt. Et cum in Familia nu
meroſa plures habeas egregie fideles/Inter cæteros probiſſimus eſt Martinus Attha
dinus: Quo in negociis dominicis obeundis nihil fidelius diligentius uigilantius
noui. Quem tu ex omnibus unum ut potę ſolertiorem maxime idoneum delegiſti
Cui Arcana committeres. & negocia per magna concrederes. quem ad pontificem
Maximum nuncium renunciumque impetrabilem es expertus. Et cum in te habun/
dent uirtutis & bonitatis exempla. Tu iuſti æquique pertinax religioſæque inſtitu/
tionis ſeruantiſſimus Penſum religioſum/quod quotidianum ſacerdos bonus Deo
debet/ſuis horis abſolutum incontanter reddis. in tantum diſſimilis iſtis: Quibus
pro Pſalterio pſaltria eſt. & pro ſancto breuiario ſcortum accubat. Et cum ex Home/
rica ſententia turpe ſit uiro primario totam noctem ſomno conſumere/Tu ſomni
parciſſimus uigilas de nocte bonaſque horas Bonarum artium ſtudiis impendęs/Ita Vigilax
uitam procudis prorogaſque: uita enim uigilia eſt/Denique agis Archiepiſcopum ſi archie/
ne ſuperſtitione religioſum: Sine ſimulationis fuco/ſincerum. Sine labe emaculatū piſcop⁹
ſine iactantia litteratum. Vt merito unus dici poſſis irreprębibilis. quod abſolute uir
tutis inſtar eſt: idque in epiſcopo depoſcit Apoſtolus. Age uero illud uetus uerbum
quod ait ſimilia ſimilibus lætari. non ne ſpectatiſſimum in te ueriſſimumque eę cō/
ſtat: Qui cum ſis litteratiſſimus conuictoribus litteratis delectaris. Habeſque in prā
dio & cœna eruditos fabulatores: Quorum ſermones conuiuales ſunt tibi pro pa/
bulo ſuauiſſimo: qua in re mehercules Alexandro imperatori Romano es ſimillim⁹
Qui in conuiuio doctos omnes adhibebat: dicens ſe litteratis fabulis recreari & pa/
ſci: Et profecto uiro Eruditiſſimo condimentum ſuauiſſimum eſt fabulatio litterata.
Contra cum inter ſe doctis indoctiſque ſit naturale diſſidium Tu prophanum uulg⁹
odiſti & indoctos eliminas. Bonos omnes inter ſe ut inquit Plato oportet amicos eę
Et ſi ſint minus noti: Quorum mores ſectæq; conueniunt: Tu platonici præcepti reti
nentiſſimus Bonos ois Hocę litteratos diligis ac foues. Et cū eruditis ſit amicitia tua
uel maxie Cōcupiſcęda: Tu eruditoꝝ beniuolętiā ſtudioſe expetis. mūeribuſq; cōcili Doctus
as. Nullus ītalia litterarū litteratorūq; Altrice ac parętę ęſtudiorū claritate paulo ce doctos
lebrior: Qui nō tibi ſit glutio amicitiæ copulatus. Tu me pīde ac ī ſtudiis hūanitatis amat
neq; poſtremum/Neq; imi ſubſelli profeſſorem mūeribus es proſequutus. Tu ad me Libera/
crebras litteras dediſti: Quo dii boni lepore. Qua uerborum atq; ſententiaꝝ Ame lis ī eru
nitate Refertiſſimas Prorſus ut perfectus Orator. Tu ad me ueluti ad præceptorem. ditos
neque moribus. neque doctrina penitendum Deſtinaſti neceſſarios diſcipulos ut do
ctrinis expolirentur/Et dolatorio eloquentiæ leuigarentur/Inter quos eminet Mi/
chael Cheſerius. quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet. Et īgenii lumę Elu/
ceſcit. Qui ad comendam linguam & capiendum Facundiæ cultum eſt oppido q̄ do
cilis: haud quaquam degenerās a parętę Stephano Cheſerio uiro clariſſimo: qui ob/
probitatem atque uirtutem agit iſtic Viceplatinum: quod nomen eſt præfecturæ in
Pannonia honoratiſſimæ/Tertiaſque a Rege dignitatis partes gerit. Magnū hoc ego
duco/Quod Archiepiſcopo Maximo eloquentiſſimo/doctiſſimo/Noſtra quantu/
lacunque eſt doctrina non ſordet. Huiuſce autē inter nos Florentis in dies amicitiæ

Conciliator & quasi cõglutinator fuit discipulus meus Philippus Cyulanus Iuuenis Apprime Nobilis & impense doctus. qui Auro Pannonio merces latias hoc est litterariam supellectilẽ: Qua nil precio sius Comparauit. Et hac politiori eruditione Suffracinatus Pigmentisque Oratoriis bene coloratus in patriam ad suos nuperrime remeauit. Et sane me plurimũ iuuat cũ ex Gymnasio nostro litteratorio Scholasticos Conspitio: non solum Cismontanos Verum etiam Transmontanos Nobiles compluscul os bene litteratos prodiisse: quotidieq; prodire Repurgata linguarum Vitiligine omniq; Detersa Barbarie. Inter quos ad presens est Gemma Scholasticorum & illibatus eloquentiæ candidatorum Flos Iohannes Vartimbergensis Boemus Meus ut uulgo dicitur Compater: Quem Arctissime diligo: quo Amabilius elegantius splendidius Nihil quicq̃ reperiri posse cõtenderim: Hic me formatore ac magistro tãenixe colit eloqnẽtiam Tam diligenter indulget stilo latiali: Qui optimus opimusq; est dicendi artifex: ut ad genitales Terras in patrium larem sit elegantias Italicas haud dubie secum relaturus. Vt Tullianis ornamentis excultus possit inter suos non solum disertus uerum etiam eloquens haberi. Et doctrinæ nitidioris honestamento nobilitari. Ergo igitur ut hæc q̃ mihi tecũ felicibus auspiciis exorta ẽ amicicia Tã proba Tã sancta Tã splẽdida uulgo innotesceret: fieretq; apud posteros quoq; testatior Commẽtarios hosce Apuleianos tibi nominati Dedicaui Archiepiscope Petre inter Antistites primarios Doctissime. Inter doctos Religiosissime. Inter utrosq; Clarissime: Quod sane munus Neq; minus preciosum q̃ aureum Neq; minus fulgens q̃ argenteum tibi potissimum uideri debet. Qui optime nosti bona animi Tanto bonis extrariis præstare quanto animus corpori Antecellit. Quæ in Lucio nostro salebrosa ãte hac sẽtiebãtur ea leuigare: Quæ obscura illumĩare: Quæ tortuosa corrigere cõnixus non pauca quasi aliud agens de industria ĩterserui ad omnifariam interpretationem pertinentia: Quibus ueluti condimentis Nauseosus lassescentis cõuiuæ stomachus Reficeretur. & omne quasi fastidium abstergeretur. Multa medius fidius ex Secretariis Doctrinarum abdita eruere atq; expromere elaboraui: ut proiuuarem studiosos linguæ latialis prodessemq; posteritati. Spero haud indignos futuros Cõmẽtarios: qui in bibliotheca tua reponãtur: quã libris oĩgenæ Doctrĩæ copiosissimis habes instructissimã elegantissimãq;. Dii faxint ut testes sint mei Erga te amoris & obseruantiæ sempiterni. Vt nomen tuum meumq; iunctim latissime circunferant. Et sane impressor optimus operam dedit: ut Volumina Cõmentariorũ circiter duo milia formis excussa diuulgarentur. Mihi in Animo est In reliqua quoque Apuleiana Volumina Condere Annotationes Si hæc tibi non displicuisse cognouero: Te enim iudicem tanti facio quanti fieri debet doctissimus Maximus Amantissimus censor Et is cuius Nomini peculiariter Dicãtur. Opto ut Opus hoc musteum tibi priuatim missum quoq; nomini dedicatum omnibus Probis legatur: Male litteratos nihil moror. Vale decus Antistitum & Columen eruditorum. Meq; prout cœpisti Absentem absens Dilige. & cum a Seriis occupatiõibus fueris Feriatus: hæc qualiacũq; sunt Translegere spreueris.

Io Vartibergẽsis compater meus.

Cõpendiaria laus archiepiscopi.

PRAEFATIO PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS PRAEFATIO.

MAgica Ars quæ in maxima fuit apud priſcos dignatione: Tres alias artes imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in unam ſe redegiſſe creditur. Videlicet medicinam religionem atq; Aſtrologiam: Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici uinculo in tantum faſtigium adoleuit: ut in oriente Regum Regibus imperaret: ſine dubio illic orta a Zoroaſtre Conditore: Quippe inter prima regalia docebatur: Nec ullus apud perſas regnare poterat niſi magiam calleret: Auctor eſt Plato. pueris regum doctores quattuor attribui: Quos regios pedagogos appellant: Quorum primus magicam peculiariter docet. Tota pene Homeri odiſſea. non alinnde q̄ ex magia conſtat: Siquidem protei tranſigurationes. & ſirenum cantus. & circes pocula. Et inferorum euocatio Magico intellectu conuelantur: primum de ea commentatum Hoſthanem eſſe memoriæ prodiderunt: qui Xerſen Regem bella Græciæ inferentem comitatus adrabiem non auiditatem modo huiuſce Artis græcorum populos egit: Tantaq; antiquitus claritas gloriaq; ex hac ſcientia pene ſemper petita eſt: Vt Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato: Lumina doctrinarum ad hanc diſcendam nauigauerint peregrinationibus ſuſceptis: hanc reuerſi prædicauerint: hanc in arcanis habuerint: Hiſtaſpes quoq; rex prudentiſſimus Darei pater cum indiæ ſecreta penetraret ad nemoroſam quandam uenit ſolitudinem: cuius tranquillis ſilentiis præcelſa brachmanum ingenia potiuntur: eorumque monitu edoctus puros ſacrorum ritus. ex his quæ didicit magorum ſenſibus infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſq; progeniem poſteris ætatibus tradiderunt: Ex eo per ſæcula multa una eadēq; proſapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Quin etiam Moſes ille iudaicarum legum Conditor & famigeratus magices factionem illuſtraſſe proditur: Et plane quod inter auctores conſtat orbem terrarum magia peragrauit: Oceanum quoq; tranſgreſſa Et in Britaniam uſq; prouecta: quæ illam attonite celebrauit: Gallias quoq; poſſedit: Dryudis qui gallorum magi ſunt illuſtrata: Eſt autem magia ut interpretatur Plato Deorum cultura: ſic enim ait in alcibiade primo. μαγεία ἐστὶν τῶν θεῶν θεραπεία. Vnde ab Apuleio dicta celitum Antiſtita colendiq; eos ac uenerandi gnara. Duplicem magiam eſſe eruditi autumant quarum altera platonica eſt & philoſophica: quæ nihil aliud eſſe traditur q̄ naturalis philoſophiæ abſoluta conſumatio. Cuius cultor religioſo ſanctoq; uocabulo magus appellatur. Et enim perſarum lingua magus eſt qui noſtra ſacerdos. Altera demonum potentia conſtat. res mediuſſidius execranda inteſtabilis portentoſa quam nomine deteſtabili γοητείαν goetian uel horribiliori theurgiam uocant quanuis porphirius platonicus quandam quaſi purgationem animæ per theurgiam promittit. qui tamē hanc artem modo tanquam fallacem legibuſq; prohibitam cauendam monet. Modo utilem mundandæ animæ parti eſſe dicit: Cæterum uulgari more magum eum eſſe dicunt: qui communione quadam loquendi cum diis immortalibus ad omnia quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminum polleat: & uulgo magi malefici ob facinorum magnitudinem nuncupātur: ut ſcribit diuus Auguſtinus & repetitum eſt in Decretis canonicis. xxvi. q. v. hii ſunt qui elementa concutiunt. mentes hominum turbant Violentia cantaminis citra tamen uenēni hauſtum: Ex quo cecinit Lucanus: mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni Excantata perit. Magos dici arbitratur porphirio Commētator quaſi magnagos a magnis uidelicet rebus: quas ſe perficere poſſe gloriantur: Aitq; eos carminibus conuertere ſenſus animoſq; mortalium: hinc teſte Tertulliano ſunt phantaſmata caſtorum & aqua cribro geſtata. Et nauis cingulo promota. Et barba tactu irruffata. Magia legibus. xii. tabularum fuit antiquitus interdicta: Verba ipſarum legum decem uiralium ſunt hæc. qui fruges excantaſſet: qui malum carmen incantaſſet: & illud ne ue alienam ſegetem pellexeris. hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros trāſferri poſſe credebantur. Ideoque in duodecim tabulis ei qui hoc fecerit ſupplicium ut Cicero memorat cōſtitutum fuit. hinc ait Dido uirgiliana Magicas ſe inuitam accingier artes. Species magiæ plures. Eſt enim ex aqua. quæ hydromancia nuncupat: ex ſecuribus. quæ Axinomantia: Alia fit per ſpecula: quam Catoptromantiam nominant de qua intelligi uoluit ſpartianus in Didio Iuliano his uerbis. Carmina prophana incantauerunt: Et ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri. In quo pueri præligatis oculis incantando uentura reſpicere dicuntur. Iulianus fecit: Eſt & lecanomantia: quæ ex peluibus diuina promittit: Quas græci Lecanas uocant. Et apud perſas erant magi Strabone teſte in. xvi. lecanomantici cognominati. Quaſi ex peluibus diuinantes. pſellus quoque libro de demonibus tradit Lecanomantiam apud aſſyrios frequentatam ſcribens uaticinantes accipere peluim aqua plenam Dæmonibus cōgruentem in profunda repentibus: ubi autem Dæmon illapſus eſt aqua edi ſonum quēdam fatidicum. Præterea notiſſimæ ſunt pyromantia. Geomantia. Chiromantia uidelicet. per igue:m. terram. & inciſuras manuum factæ diuinationes. Necromantia ſiue Necyomantia ea eſt: qua umbrarum euocationes fiunt & inferorum colloquia celebrantur: a qua necromantici illi famigerati nomē ſortiuntur: quorum incantamentis mortui reſuſcitari diuinare ad interrogata reſpondere uidentur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Talis eſt apud Homerum euocatio manium facta ab Vlyxe: Talis

apud filium a scipione. Apud Valerium Flaccum ab Esone. Apud Papinium a Tiresia. Apud Oratium a feminis ueneficis. Quidam Necyomantiam Sciomantiamq; ita distingunt ut Necyomantiæ ad erigendum Cadauer sanguis sit necessarius. In sciomantia uero sola sufficiat umbræ euocatio. Vnde & nomẽ. Est & Capnomantia ars quædam ex fumo aræ uerum prænidendi & ex motione fumi quæ sunt futura cognoscendi: Cuiusmodi diuinaculos a fumo Capnomantas appellant. Ex hoc magiæ fonte deriuati sunt apud Romanos Ethursci Aruspices: Apud indos Brachmanes & gymnosophystæ: Apud gallos Dryudæ. Et bardi: Apud siculos Galeatæ: Apud cunctas nationes planetarii: qui mathematici sunt: Et uulgo Astrologi nominantur. Plinius ubiq; alacriter oppugnat illuditq; placita Magorum atq; promissa Magicasq; fere semper uanitates appellat: nec ueritus est scribere magiam artem esse intestabilem irritam inanem: Quintus Curtius Magiam non artem eẽ profitetur. sed uanissimi cuiusq; ludibriũ: Ecclesiastici conditores magicas præstigias uocitant tanq̃ fallacia quadam præstringentes hominum mentes rerum ueritatem ementiantur: Et ita curiositati mortalium callenter illudant: Cæterum non parum multi credulitatem suam addixerunt magicæ doctrinæ: perinde ac rerum cunctarum potentissimæ: Inter quos ut cæteros præteream Lucius Lucianus patrensis Diuinationis gnarus nec minus Elegans sophista: q̃ mordax scripsit se petiisse Thessaliam desiderio noscendæ magiæ flagrans: ibique dum se in auem uerti cuperet in Asinum a palestra ancilla unguenti potentia esse demutatum: Et ita sub Asinali Effigie: humano tamen sensu & mente incolumi retenta, multas erumnas exanclasse: multiiugosq; labores tolerasse commorat: Donec gustatis rosis in pristinum Lucium reformaretur: hic igitur apud græcos stilo pereleganti lusit Asinum aureum: quem noster Apuleius Emulatus & ipse apud latinos Consimili argumento stiloq; nitidissimo condidit undecim uolumina de Asino aureo. sive metamorphoseon: In quibus elegans est. Eruditus. Emunctus. Et cum haud dubie ex racemis Luciani sibi fecerit uindemiam: Eoq; uno archetypo prope peculiariter sit usus: Magna tamen inter græcum Latinumq; Asinum differentia: Ille breuis. Hic copiosus. Ille uniformis & summatim ex homine in Asinum ex Asino in hominem transformationem reformationem perscribens. Noster uero multiplex & fabellis tempestiuiter intersertis omnem aurium fastidium penitus absterget. Græcus ille magiam primoribus labris gustasse uideri potest quanuis de se scripserit μαρτισ αγαθοσ. Vaticinus bonus. Hic uero noster plenis haustibus hausisse: In tantum ut Magorum maximus crederetur. Et ut auctor ẽ Augustinus. Apuleium & Apollonium dixere nõ minorem q̃ Christum fecisse miracula. Et ut Lactantius refert solent Apuleii & multa & mira memorari. Ipse tamen magi nomen respuens aduersus calumniatores: qui ei magicarum artium Crimen intenderant eloquentissime se defendit: Sunt p̃terea in Lucio nostro uerba nõ parum multa interseminata: quibus magis delecter q̃ utar. plurima uero quibus perinde utar ac delecter. Et sane nouator plerumq; uerborum est elegantissimus tanque cum decore & uenere. ut nihil decentius: nihil uenustius fieri possit: Deniq; hic noster Asinus sicut uerbo dicitur ita re ipsa aureus conspicitur: tanto dicendi lepore tanto cultu: tanta uerborum minime triuialium elegantia cõcinnatus compositusq; ut de eo id dici meritissimo possit: Musas Apuleiano sermone loquuturas fuisse si latine loqui uellent: & ut dicam quod sentio plurimum conferre Apulei frequens lectio ad excolendam linguam potest: & ad eam eloquentiæ partem quam sermonatricem appellant maxime est accommodata: Cuius Eloquentiam Sidonius Apollinaris uelut fulminantem p̃conio uirtutis extollit: & Diuus Augustinus in epistolis Apuleium eloquentissimum esse testatur: de quo sic scribit: Apuleius Afer honesto patriæ suæ loco natus & liberaliter educatus: magnaq; præditus eloquentia: Eundem in libris de ciuitate Dei Platoni cum græca & Latina lingua nobilem appellat. Quãobrem te lector. oro. moneo: Hortor: ut familiaris tibi fiat hic scriptor sitq; tuum quasi manuale & Enchiridion. In quo si quid durum uidebitur id nostrorum commentariorum expolitione emollietur: ac leuigabitur: quorum Ianuam repandet præcursoria hæc & ueluti prodromos enarratio cõpendiaria de Lucii Apulei patria ingenio. & libris. Solet enim & hæc quoque studiosis esse non iniucunda cognitio.

Sciomãtia.
Capnomantia.
brachmanes.
Dryudæ.
Plãetarii.
Luciãus ex patris. achaicis.
Ex racemis. Luciani Videmia Apuleii.
Miracula facta Apuleio.
Nouator Verbor.
Sermonatrix.
Prodromos.
Enarratio.

VITA LVCII APVLEII SVMMATIM RELATA.

LVcio Apuleio afro nobili Platonico: patria fuit Madaura Romani.Po.Colonia olim splendidiſſima.& ſub ſyphacis ditione collocata.quæ in numidiæ getuliæq; cõfinio ſita eſt.Ex quo ſeminumidam & ſemigetulum ſemet ipſe profitetur. Vnde & madaurenſis platonicus Sidonio dictus pater nomine theſeus cunctis in patria honoribus perfunctus. Mater nomine ſaluia.Inter fœminas probitate præcelẽs:Cuius nobilitas ſatis clara ut pote a Plutarcho illo inclyto cheronenſi:ac ſexto philoſopho Plutarchi nepote deriuata: Vxor pudentilla opulentiis uirtutibuſq;:quæ in fœminam cadunt dotatiſſima: ipſe uero ſucculenta proceritate:oculis ceſiis:Flauo capillitio ſpecioſus:Floruit carthagine:ſub Ioliano auito.& Claudio maximo.proconſulibus:Vbi pueritiam diſciplinis liberalibus excoluit: plurimũq; ſub doctoribus Carthaginenſibus profecit. Vnde haud immerito ſe ſe carthaginis alumnum gloriabundus prædicat: eamq; africæ muſam celeſtem & magiſtram uenerabilem appellat.Dein athenis unde omnium doctrinarum fluenta antiquitus hauriebantur:ebibit muſarum crateras multiiugas: poeticæ commẽticiam:Geometriæ lympidam:muſicæ dulcem: Dialecticæ auſterulam: uniuerſæ uero philoſophiæ nectaream:Nouẽq; muſas:hoc eſt nouem diſciplinas ingenuas magno ſtudio nec caſſo ſudore percoluit: Mox Romæ ſtudiorum latinorum cultor aſſiduus & uigilax ad id facundiæ Romanæ faſtigium peruenit ut eloquentiſſimus doctiſſimuſq; iuxta conſpiceretur: poſſetq; meritiſſimo polyhiſtor hoc eſt multiſcius nuncupari:ibiq; ſacris Oſiridis initiatus in numerum paſtophororum:quod ſacroſancti cõllegii nomen:cooptatus patrocinia forenſia ex dei præcepto libens obibat.Hic nõ minus eloquio pollens q̃ eruditione præpollens negocium agens poſteritatis non parum multa uolumina condidit.quæ partim incuria temporum intercepta deſiderantur: partim ad poſteros tranſmiſſa affatim declarant quantum uir ille ingenio doctrinaq; præſtiterit: quantumq; inter barbaras atq; incultas nationes uirtus elucẽſcat:ſic & olim apud ſocordiſſimos ſcythas anacharſis ſapiens natus: ex Apuleianis monumentis cum alia compluſcula.tum de conuiualibus queſtionibus de piſcibus.De genitu animalium.& epigramata.& hermagoras deſiderantur: ex his uero quæ hoc tempore extant.Circunferuntur libelli quattuor Floridorum.In quibus Florida facũdia: & odorata eruditio lectorem mirum in modum oblectat tenet amenat:Vbi ueluti ſaltuatim uarietas rerum contexta conuiſitur.Oratorias omnis uirtutes complectitur copioſiſſima & diſertiſſima oratio: qua crimen magiæ ab aduerſariis obiectum a ſe alienum eſſe defendit tantis eloquentiæ doctrinæq; uiribus.ut ſemet ipſum uiciſſe uideatur:Liber eſt unus de deo ſiue demonio Socratis inſcriptus. cuius teſtimonium identidem citat Diuus Auguſtinus in definitione demonum:& deſcriptione hominum.De Dogmate Platonis libri duo:Vbi quæ a Platone pluribus uoluminibus diſperſim lateque explicantur ſtrictim & in arctum collecta miro breuiloquio perſcribuntur:De coſmographia unus. non pauca continens ex meteoris Ariſtotelicis:Dialogus triſmegiſti ab eodem latinitate donatus. Ita ut non tam eleganter atticiſſare:q̃ latialiter diſertare uideatur.Cumprimis uero uolumina.xi.de Aſino aureo.tanto lepore tanta elegantia:tanta florulentæ narrationis uarietate condita ſunt. Vt nſhil lepidius floridius.amabilibus eẽ quicq̃ poſſit:adeo ut merito Aſinus aureus ob ſtilum bracteatum & nitidiſſimam pulchritudinem inſcribatur.quid enim pulchrius hoc Aſino uere aureo. uere bracteato? Quanq̃ non pauci ſunt.qui metamorphoſin hoc eſt tranſfigurationem: ſiue tranſformationem:ex rei argumento malint appellitare: Cæterum cum nitor huiuſce Aſini pleriſq; omnibus non aureus ac fulgens:Sed tenebricoſus ac pallens uideatur: exiſtimaui me facturum operæpretiũ conſulturumq; pro uirili parte ſtudioſis Apuleianæ eruditionis:Si commentarios excudiſſem ea in cude eaq; officina tornatos.ex qua commentarii in propertium:In Suetonium trãquillum formati in publicum iam pridem prodierunt:Ex qua annotationes.orationes.poematia.Ex qua innumera opuſcula fluxere:Itaq; non minus libenter q̃ diligenter ſuſcepi hanc commentandi prouinciam: ut meo labore aſpredines ſalebrarum ſiquæ ſunt in aſino Apuleiano leuigarentur:omniſq; noctur na caligo immiſſa luce diſcuteretur: Spero hæc noſtra qualiacunq; ſunt annotamenta minime futura ingrata minimeq; pœnitenda candidatis doctrinæ politioris. tibiq; potiſſimum:qui ſemper ſititor cupitorq; extitiſti Apuleiani leporis atq; facũdiæ.qui libellos meos in cœlum fers qui noſtros etiam neuos amare cõſueuiſti.hiſce autem commentariis de induſtria habenas modo laxiores dedi modo datas preſſi.prout res locus.tempeſtiuitas.exigere uidebantur. Interdum ex inſtituto prope peculiari.floſculos ex doctrinarum prato decerptos decenter intexui.& more pictorum parerga frequenter adieci.quibus laſſeſcens lector reficeretur:& ſane id genus additamenta. niſi amor inſtituti operis me fallit.non minus languidum ingenium refouent q̃ ſtomachum nauſeantem ſub amara & ſubauſtera eſculentioribus obſoniis immixta reficiunt.

Madaura

Pudẽtilla Vxor Apuleii.

Multiſci⁹ Apul.

Opera apuleii.

Floridi.

De Deo Socratis.

Dogmate.

Platonis Coſmographia.

aſinus aureus.

Opa Phi lippi beroaldi.

Parerga.

Scriptoris.

¶ Scriptoris intentio atq; consilium.

Consiliũ. Spectãdũ

¶ In exponendis auctoribus id quoq; spectari quetiq; solet: quæ fuerit scribentis intentio atq; consilium: Ego Apuleium quidem nostrum confirmo Lucianum græcum scriptorem argumento consimili immitari. Verum sub hoc trãsmutationis inuolucro naturam mortalium & mores humanos quasi transeunter designare uoluisse. ut admoneremur ex hominibus Asinos fieri: quando uoluptatibus belluinis immersi Asinali stoliditate brutescimus, nec ulla rationis uirtutisq; scintilla in nobis elucescit: sic enim homo ut docet origenes in libris periarchon, fit equus & mullus, sic transmutatur humanum corpus in corpora pecuina: Rursus ex Asino in hominem reformatio significat calcatis uoluptatibus exutisq; corpalibus deliciis rationẽ resipiscere: & hoiem interiorẽ qui uerus est homo ex ergastulo illo cenoso ad lucidum habitaculum, Virtute & religione ducibus remigrasse: Ita ut dicere possimus iuuenes illicio uoluptatum possessos in Asinos transmutari, mox senescentes oculo mentis uigente, maturescentibusq; uirtutibus exuta bruti effigie humanam resumere. Scribit. n. Plato in symposio q; tunc mentis oculus acute incipit cernere cum primũ corporis oculus deflorescit. Quin etiam proclus nobilis Platonicus monet multos esse in uita lupos multos porcos: plurimos alia quadam bruti specie circunfusos, Quod minime mirari nos oportet cum terrenus locus circes ipsius sit diuersorium: cum animæ aut unguentis delibutæ, aut pharmacis epotis inebriatæ transfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem sunt obliuio error, inscitia: Quibus anima consopita brutescit. donec gustatis rosis hoc est scientia, quæ mentis illustratio est, cuiusq; odor suauissimus, auide hausta in humanam formam hoc est rationalem intelligentiam reuerratur exuto asinali corio, ideſt depositio inscitiæ & rerum terrenarum crassiore uelamento. & sane reperiũtur animæ q̃ paucissimæ: quæ corporeis pedicis inuolute & brutalibus uoluptatibus irretitæ. existant sobriæ puræ imperturbatæ nulla in Asinum aliasq; brutas animantes facta transfiguratione. Potest & metamorphoseos causa referri ad multiiugos humanæ uitæ labores multiformesq; uarietates: quibus homo pene quotidie transmutatur. illa uero eruditioribus principalis huiusce transmutationis causa ualdeq; probabilis uideri potest. Vt uidelicet sub hoc mystico prætextu Apuleius noster pythagoricæ platonicæq; philosophiæ consultissimus dogmata utriusq; doctoris ostenderet & sub hac ludicra narratione palingenesiam atq; metempsychosim ideſt regenerationem transmutationemq; dissimulanter assereret. Et ut simul quanta eloquentia latiali homo afer quanta elegantia, Quanta rerum uerborumq; copia præditus esset, euidenter edoceret: Cæterum cum istæ præfationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducant eiusq; euidentiorem præstent intellectum, singulis libris ypothesim siue argumentum subiungam summatim breuiterq; cõscriptum: ut quid in quoque uolumine contineatur, statim lector intelligat.

Plato in sympo/sio.

Sentẽtia procli notabilis.

Palingenesia.

Metempsichosis

¶ Hypothesis siue argumentum primi libri.

ταυτὰ τα.

¶ Lucius Apuleius magiæ noscendæ cupiens thessaliam petit, ubi artes magicæ pollebant in itinere duobus uiatoribus se tertium comitem adiungit. narrantur intereundum mira quædam & incredunda de circulatore: De meroe & panthia Lamiis ac sagis, mox accessus Lucii ad hypatam ciuitatem hospitiũque milonis & hospes ipse describitur. Fuit opinor operæ pretium hæc carptim de gustasse ne illotis ut aiunt pedibus lector ingrederetur & ut tirocinium scholasticorum commodius instrueretur, libuit aliquantum euagari & quodam quasi thema futuræ interpretationis anteloquio isto præmittere, sed iam tempus est ut cum commẽtariis nostris Apuleium curiosius inspicias: quẽ in uita philosophum in scriptis amatorem res ipsa demonstrat & testatur ausonius.

Ex hoie. Asinus quid.

AT ego sermone. Lusurus Asinum aureum exorditur ab epigrāmate iambico bimēbri quo faustinū filium siue lectorē alloquēs instar poetarū summatim proponit quid sit toto in opere edissertaturus. Docilitas aūt captatur: & attentio colligitur. AT particula. Interdū inceptiua est: Ad ornatū pertinens ut docet seruius in nono cōmētario. Ait donatus principium esse increpationi aptū ut Virgilius. At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis: Consimile illud oratianum. At o deorū quicquid in celo regis. SERmone milesio. i. fabuloso lepido iocoso delicato ludicro hoc enī significat sermo milesius a milesiorum ioniæ populis dictus: qui deliciis luxuq; notabiles fuere quoꝝ est illud memoratissimū: Nemo nostrū frugi esto. alioqui cū aliis eiiciatur: hinc milesias prisci appellauerūt poemata & fabulas lasciuientes siue ut quidā putant milesiæ dicuntur fabulæ aniles & uanidicæ in quibus nec pes nec caput apparet nec instar apologorū epimythion ullum morale continentes. Iulius capitolinus in Clodio albino sic ait. Agri colendi peritissimus ita ut etiam Georgica conscripserit. milesias nōnulli eiusdem esse dicunt: quarum fama non ignobilis habetur: quāuis mediocriter scriptæ sint. Extat epistola seueri imperatoris ad senatum missa: in qua id quod ad hanc rem maxime pertinet scriptum legimus: sic enim ait: Maior fuit dolor quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis: cum ille neniis quibusdam anilibus occupatus inter milesias punicas Apuleii sui: & ludicra litteraria cōsenescret: ex his seueri uerbis apparet milesias Apuleii significari fabellas huiusce Asini aurei: quas ipsemet sermone milesio contextas & conditas esse significat. Martianus quoq; capella in libro de nuptiis philologiæ: poeticæ inquit diuersitatis delitias milesias: Aristides poeta græcus composuit milesias. hoc est poema milesiacon perquam impudicum: cuius rei Plutarchns & appianus meminerunt: quod & Ouidius libro tristium secundo aperte docet sic scribens: iunxit Aristides milesia carmina secum: pulsus Aristides. nec tamen urbe sua est. Emaculandus est hoc loco maculosus diui hieronymi codex. Vbi de milesiis hisce fit mentio: & in sinceram lectionem restituendus: Namq; in libris contra Ruffinum sic passim legitur: quasi non curatorum turba milesiorum In scholis figmenta decantēt. Vbi non curatorum sed cirratorum legendum est: hoc est comatulorum puerorum. Iuxta illud uulgatissimum ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas: præterea milesiarum lego non milesiorum: quoniam ut iam docuimus fœminino genere milesias dicere maluerunt q̄ neutro milesia: nisi quis tutari uelit milesia neutraliter dici posse. ut georgica argonautica. & alia consimiliter.

At.

Milesiæ fabulæ.

Aristides scriptor. Milesiaꝝ.

Emaculatus locus hieronymi.

LEPIdo susurro. Eleganti quadam sermocinatione: Cuius sonus ueluti susurrus blandus & suauis aures permulceat. Potest & ob hoc uideri usus hac dictione susurro ut ostendat hæc non esse in uulganda neq; prophanis palam nuncianda sed clam apud aures religiosas promends: instar mysteriorum: quæ in sanctuariis & ut græci dicunt απορρητοις habentur. Lepidus dicitur qui politus est auctore dōato. ut λεπις idest lamina Plinius lepidas uocari tradit squamas æris minutissimas. Vnde & lepidotes gemma dicta: quæ squamas piscium imitatur. PAPYrum ægyptiam. Chartam papyraceam: est enim papyrum siue papyrus utroq; enim modo dicitur: frutex nascens in palustribus ægypti: aut quiescētibus nili aquis. Vnde niliacas papyros appellauit epigrammatarius poeta: brachiali erassitudine decem cubitorum longitudine. in gracilitatem fastigiatur. ex libro papyri texunt uestem & stragula. hinc illud satyrographi: succinctus patria quondam crispine papyro. ex hoc fiunt chartæ multiplices. Plinius in. xiii. quomodo fiant papyracee carthæ luculentur ut omnia soleat enarrat. a quo commendatur augusta charta: cui principatus fuit in epistolis ob tenuitatē: Quæ antiquitus appellata est hieratica quasi sacrata religiosis tantum uoluminibus dicata: Emporetica dicitur charta quasi mercatoria inutilis in scribendo: sed inuolucris usum præbet in mercibus: inter principales chartas fuere faniana Liuiana & prælata omnibus claudiana: in chartis spectantur tenuitas densitas Candor Leuor. Sacerdotes ægyptii calceos papyraceos gestant: nec alia calciamenta eis induere fas est. Auctor herodotus. Chartis legatis papyrum ad chartas paratum non continetur. Vt docet Vlpianus uolumine. iii. delegatis. ARGVtia. lepore & festiuitate & salibus ægyptiis: illi enim nequissimi mollissimiq; fuerūt. ex quo est illud Niliacis primum puer hic nascatur in oris. Nequicias tellus sit dare nulla magis idē aliubi sales niliacos memorat: scribit flauius uopiscus ægyptios esse uersificatores epigrammatarios: & ad cantilenas publicas propensos. Quintilianus delitias alexādrinas ut omnium mollissimas nominatim taxat. NILOtici calami. Calamos ægyptios ad scribēdum idoneos maxime probant: qui ut ait Plinius in. xvi. seruiunt chartis cognatione quadam papyri: probatiores tamen gnidii existimantur: Sagittis autem nullus aptior calamus est q̄ qui nascitur in Rheno Bononiensi Amne: Cui plurima est medulla: De calamis niloticis ait epigrāmatista: Dat chartis habiles calamos memphytica tellus: texantur reliqua tecta palude tibi.

Papyrū.

Vestis papyracea.

Emporetica charta.

Alexandrinæ deliciæ.

Calami Bononiēses ad sagittas.

IN ALIAS imagines conuersus. An homines in alias imagines ut luporum & Asinorum uerti possint magna inter eruditos & subtilis quæstio est: Vulgo enim in tãtum infixa est fama hæc. ut in maledictis habeant uersipelles. Ex quo est illud plautinũ Versipellem se se facit quãdo lubet: Plinius græcæ uanitatis hæc esse mendacia figmentaq; Asserit. Diuus quoq; Augustinus autumat hæc esse fabulosa & demonum ludificationes. Quidam nomine præstantius olim denarrauit patri suo contigisse ut Veneno magico in caseo sumpto fieret caballus annonã p; inter alia iumenta militibus baiularet. IN SE rursũ refectas. hoc ideo dicit: quia ex homine asinus factus est: mox ex Asino in pristinũ hoiem reformatus refectusq;. MVTVO nexu. Per quasdam quasi uicissitudines ut scilicet uicissatim ex homine Asinus ex Asino homo fieret mutua quadã cõuersione eadẽ subsistente materia. Quis ille. extrinsecus subintelligendũ sit. qui in alias imagines cõuersus & in se rursum refectus fuerit: significatur aũt ipsemet Apuleius. HYMEtos Attica. Post anteloquium epigrãmatis ingreditur narrationẽ prosa oratione Docens se magis græco q̃ latiuo sermone linguã exco luisse. Loca græciæ famigerata pcensẽt perinde ac ueterẽ prosapiã tanq̃ natus sit in aphrica sed oriundus fuerit ex græcia. hymetus mõs est in attica Inclytus marmore & melle. L. crassus orator colũnas habuit hymetias sex duodenũ pedũ longitudine: Mel hymetium: quod & atticũ appellatur primatũ obtinet bonitatis: Vnde Plinius & Galenus mel atticũ cumprimis probãt in medicamentis. Strabo quoq; libro nono mel hymetiũ reliquis anteponens id ait esse probatissimũ quod acapnistũ uocant quasi nullo fumo infectũ. quo & apes & mella inficiũtur. Ideoq; ait Plinius noster id mel seruari: qd' acapnon uocant quasi dicas sine fumo. Solinus de hymeto scribit hæc: hymeto meritissimo tribuit' principatus: q; apprime florulentus eximio mellis sapore & exteros oẽs & suos uincit. ISTHmos ephyræa. Angustiæ peloponessi inter duo maria egeũ & ionium cœrcitæ Isthmos appellantur. i medio Isthmo corinthus est: quã Cicero totius græciæ lumen appellat. Antea ephyre dicta. ex quo poeta. æra dixit ephyrea intelligi uolens corinthia. Isthmos ludis quinquennalibus & delubro neptuni inclytus perhibetur: quos ludos auctore solino ea propter institutos ferunt: Quod maria quinq; allarant oram peloponensem. Pinea corona uictores apud Isthmũ coronabantur. ut refert Plinius in. xv. Plutarchus tradit isthmia a Theseo primitus instituta fuisse In honorẽ neptuni Herculis emulatione: qui Ioui olympia primus instituit: alii isthmia in honorẽ palæmonis instituta fuisse dicunt ut Archias poeta: cuius extat nobile epigrãma græcũ inclyta græcoꝝ certamina cõplexũ. Athenienses ad spectaculũ isthmioꝝ accedẽtes. sedendo cæteris spectatoribus p̃ferebãtur: de isthmo quẽ perfodere tentauerũt dictator Cæsar. C. Caligula: Nero. & demetrius scripsimus affatim in trãquilli cõmẽtariis. TENAros spartiaca. In laconia promõtoriũ est tenaros & oppidũ: ẽ & spiraculũ eodẽ noie ex quo descẽsus ad inferos patet: est in ipso tenaro tẽplũ neptuno dicatũ: põponius mela. Et solinus auctores: dicit spartiaca a spartha ciuitate: q̃ lacõiæ metropolis est. Cõdita a spartho filio phoronei. ut docet eusebius chronographus: unde sparthani siue spartiatæ qui alio noie lacedæmõii celebratissimi: fuit aũt spartha priscis tẽporibus ut græci dicũt πολισ αστειχιστοσ. i. ciuitas sine muris tanq̃ uera urbis sepimẽta eẽnt armati uiri nõ saxa cõstructa: Vñ olim iterrogatus Agesilaus. Quãobrẽ spartha eẽt sine muris ostendens ciues armatos dixit ταυτα εστιν λακεδαι μονιων τειχη quod latine dicit'. hi sunt lacedæmoniorũ muri. Lacões & loqnẽdo & scribendo amatores fuerunt breuitatis prope peculiariter: Vnde & Laconismos breuiloquiũ significat de quo Cicero in epistolis lacõismo tuo nonutar: & a symmacho itidẽ in epistolis dictũ est memini breuitatẽ sparthanã quõdã laudi fuisse: annotanda hoc loco ẽ eloquutio Apuleiana. a quo genere fœminino isthmos tẽaros & himetos enunciãtur. Cũ cæteri fere masculino gñe usurpauerint: sed uidet'. L. noster nõ tã locos q̃ urbes ibidẽ cõditas signare uoluisse. GLEbæ fœlices. Sensus ẽ hæc loca p̃dicta ubere glebæ & fecunditate segetũ fœlicia credunt': quoniã ita libris scriptorũ proditũ ẽ. Qui haud dubie fœliciores sunt utpote ipsi æterni: & æternitatẽ donantes his de quibus sermocinantur. Glebæ autem patrius ẽ casus qui uulgo dicit' geniturus: sic enim loquimur latine & eleganter. fœlix animi. fœlix æui. Silius fœlix heu nemorum: & uitæ laudandus opacæ. PROsapia. Generis origo & familiæ dicta a proserpendo. Alio nomine p; sapies nominatur. Dictio est uetus: & ut ait Quintilianus ab ultimis: & iam oblitteratis repetita temporibus. IN atthide. Athenas significat atthis enim est athica regio: cui cranai filia nomine atthis nomẽ dedit: Quod & iustinus refert: de qua Strabo libro geographie. ix. sic refert. ab acteõe actică dicunt Atthidem uero & atticam ab atthide Cranai filia: a quo & inquilini Cranai uocantur: ipsa aũt ciuitas athenarum nomen sortita est a dea Minerua. quam græci αθηρηρ hoc est athenam uocant: PVEritiæ stipendiis: Signat se prima græcarum litterarum elementa athenis didicisse: quæ ciuitas domicilium fuit & ueluti officina ingenuarum disciplinarum.

Versipellis in maledictis.

Veneno magico factus.

Caballus.

Mel hymetium.

Acapnistum.

Acapnon mel.

Isthmos.

Isthmia corona.

pinea.

Spartha sine mutis.

Laconismos.

Prosapia.

in alias imagies cõuersas: & i se rursũ mutuo nexu refectas: ut mireris: exordior. Quis ille. paucis accipe. Hymetos Attica: & Isthmos Ephiræa: & Tenaros sptiaca glebæ fœlices: eternũ libris feliciorib9: creditæ: mea uet9 prosapia ẽ. Ibi iq̃ i Atthide: primis puericiæ stipẽdiis

MErui.

MErui.Militaui.militia autem puerorum militariaq; ſtipendia ſunt in gymnaſio litteratorio:mere re enim ſignificat militare:Varro.equo publico merent:& apud Suetonium in iulio Cæſare ſcriptū ē. meruit & ſub ſeruilio iſaurico in cilicia:merere interdum pro mereri uſurpatur:ut apud Plautum:& ſi aliter meres promereris:eſt etiam merere ſordidiſſimum quæſtum capere:hinc mercenarii & mere trices dicuntur:Aulus Gellius:Lais inquit Corinthia ob elegantiam uenuſtatemq; formæ grādem pecuniam demerebat. IN urbe latia.Romam ſignificat.non ſolum latii ſed & cunctarum terrarum caput:quæ communis patria au ctore Seneca dici poteſt. STV diorum quiritiū. Studia Romāe linguæ ſeſe didiciſſe in ipſa urbe Roma ſignificat: quirites autem Romanos dici nemo eſt qui ne ſciat:īdigenam ſermonem appel lat uernaculum & peculiarē Ro manorū:qui ſermo latinus eſt: Latinitas enim ut īquit Diomedes grammaticus eſt īcorrupta loquē di obſeruatio.ſecundū Romanā linguā:oēs antiquitus tā docti q̄ indocti:tā fœminæ q̄ uiri: tā pueri q̄ Senes apud Romanos latine loquebant:nec tamē grāmatice:Aliud enim eſt latine aliud grāmatice loqui.ut docet Quintilianus in prīo:qui libro.xii.prodidit fuiſſe quoſdā:qui illā tantū eē naturalē pu tarent eloquentiā:quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima:qua cum amicis:coniugibus:ſeruis loq̄mur nihil accerſiti elaboratiq; requirentes:itē.M.Tullius ait in bruto populū eloquentiæ & oratoris iudicē eē:qui in tertio de oratore tradidit uulgū in uerſu uidere ſi peccatū eſt:& ſi quid in oratione claudicat ſentire:Quod profecto facere nō poſſet inſcius latinitatis.itē nemo inquit unquā eſt oratorē quod la tine loqueret:admiratus:ſi eſt aliter irrident:neq; eū oratorē tantūmodo ſed hominē nō putant: hoc haud dubie nō diceret ſi latine loqui fuiſſet in paucis ſicut in præſentia eſt:idē refert mulieres conſer uare facilius incorruptā antiquitatē:Quod multoꝝ ſermonis expertes ea tenent ſemper: quæ prima didicerunt: Ex quo.L.Craſſus orator ſocrū ſuā leliā ſic audire ſe ſolutū teſtat: ut Plautū ſibi aut Neuiū audire uideret:quæ res euidentiſſime oēm dubitationē eliminat:ne dubitemus priſcos omnis latine loqui ſolitos indiſcriminatim:Quod eo copioſus rettuli:quia ſuper hac re altercatio nō modica fuit temporibus noſtris inter uiros eruditos:indigena autē ut ad propoſitū reuertamur opponit aduenæ & ſignificat inde genitū:nō alienigenā nō aduētitiū.ſed uernaculū,ppriū & quaſi peculiarē. ERVM nali labore.Difficili.moleſto.erumnæ enim labores oneroſos ſignificant:Maiores noſtri.ut auctor ē .M.Tullius in ſecundo de finibus labores nō fugiendos erumnas nominauerunt: Vñ labores Her culis erumnæ dicitur:Plautus īperſa ſuperauit erumnis ſuis erūnas Herculis. Auſonius prima Cleo nei tolerata erumna laboris:idē.M.Tullius in quarta Tuſculana.erumna īquit eſt ægritudo laborio ſa:erumnulas ὑποκοριστικως furculas appellauerunt:quibus reliquatas ſarcinas uiatores gerebāt: quarum uſum quia.C.Marius rettulit muli mariani poſtea appellabantur.Operæ precium eſt hoc in loco obiter Annotare ſuper mulis Marianis quædam digna cognitu nec indigna relatu. que apud Frontinum legimus.Qui libro quarto ſtrategematicon ſcribit hæc.C.Marius recidendorum impe dimentorum gratia:quibus maxime exercitus agmen oneratur.uaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet: Vnde & improuerbium tra ctum eſt:Muli mariani:Aliam huiuſce prouerbii cauſam refert Plutarchus in mario. qui id quoque memorat,q; ſcilicet Marius imperator eadem ferebat obibatq; onera in re militari: quæcunq; militi bus imperabat:quare poſt hæc cum labores & iuſſa imperatoris milites libenter ſubirent,muli ma riani uocabantur.uulgus hodieq; hinc ut opinor ducta origine caballos marianos appellat homīes: qui pedibus ſuis ambulantes ſe in equo ſedere & uehi mentiuntur in ludicro ſpectaculo. NVLLO magiſtro præeunte.ſine doctore inſinuat ſe didiciſſe perinde ac fuerit αυτοδιδακτος.ſic enim græ co uocabulo dicitur:qui ſe ipſum magiſtrum habet.Talis fuit antiquitus manilius ſenator Romāus quem Plinius maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuiſſe prodidit: Diuus quoq; Auguſtinus libro confeſſionum quarto gloriatur perſemetipſum ſolum citra doctorem legiſſe libros artium libe ralium & intellexiſſe:Ariſtotelica quoq; prædicamenta inquit quas appellant cathegorias ſolus legi & intellexi:fuit & ſyllanion ſtatuarius nullo doctore nobilis. EXOtici ſermonis:Exoticum ſermo nem appellat romanam linguam ueluti alienigenam ac inſitiam ſibiq; merito peregrinam,cum ip ſe natione affer atticiſſare didiciſſet:& in patria ſtridulam barbariam puerilibus labris deguſtaſſet ex oticus enim ſignificat peregrinum & externum:Vocabulo quidem græco ſed apud latinos uſitatiſ ſimo:hinc apud Plinium & plautum unguenta exotica apud gellium uinum exoticum pro alieni gena & peregrino. FOrenſis. Vel romani: quo oratores utuntur in foro:Vnde & forenſis eloquē tia & forenſes apud ſidonium rabulæ & forenſes apud Ciceronem litteræ quibus utimur in foro.uſ externi ab hoc aduerbio foris deriuatur.omnino romanus ſermo ſignificatur:apud Liuium foren ſis factio & turba accipitur pro humili ſordida in ſincera quam fabius excretam ab integro populo in quattuor tribus conuertit urbanaſq; eas apapellauit.

Merere militare.

Indigena ſermo ro manorū. Latine omnes. Loque bantur.

Incorrup ta latini tas in fœ minis. Indignea Erūnæ.

Erūnulæ

Muli ma riani.

Qui no biles ſine p̄ceptore

Exoticus

Forenſis. ſermo.

IPSA immutatio:Tanquam nunc primum latine cœperit scriptitare.cum prius eloquio græco uteretur.hinc in deo socratis ait satis oratio nostra atticissauerit. DE sultorie scientiæ: Decenti quadam translatione desultoriam scientiam appellat Ludicram uoluptariamq; ueluti desilientem a studio pristino seueriore:sicuti desultorii equi uocantur ex quibus homines agilitate corporis præditi repente desiliebant:De quibus lege quæ annotauimus in primo Suetonii cõmẽtario.illud enarrãtes: equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes.Relege illa quoq;:q̃ scripsimus in quarto propertii cõmentario super eo uersu. traiicit alterno qui leue põdus equo:ubi docuimus desultorem designari qui equos desultorios alit & exercet:illa transili pernicieq; saltatiõe. Marcianus quoq; eadẽ pene trãslatione usus qua & Apuleius decenter inquit leuitate pernix desultoria gestiebat:illd adde quod acassiodoro tradit equos desultorios repertos eẽ p quos circensiũ ministri missos denunciãt exituros:erit ergo hic sensus.ut desultores ex equo in equũ sic ego ex græca lingua & scientia in romanã desilio:põt & dici conducenter sciẽtia desultoria historia de asino in qua ex homine in asinũ desilit & uertit uidelicet in mores belluinos propensior:mox ab asino in hominẽ reformat:cũ relictis uoluptatũ pedicis duce ratione emergit in uiã uirtutis:& hominẽ se scẽ præstat.Verus autẽ homo est aius:apud scriptores qui transfigurant in belluas ad hunc intellectũ referri possunt.prouerbiũ illud ab asino cadere:Quod quidã huic loco agglutinare contendunt:mihi haud quaq; cõuenire uidet.cuius meminit aristophanes in nubibus & rettulit plato in gryllo:qui & in tertio de legibus sic tradit.cur hæc nobis dicta sunt repetendũ uidetur.ut oratio quasi equus retrahat:ne si os effrenatũ habeat dicendi concita impetu:ab asino ut prouerbio ferunt excutiat. FAbulã græcanicã.Ideo græcanicã appellat quia ad exemplar Luciani græci scriptoris condita ẽ.exquo asinũ aureũ pene transcribit uel quia in thessalia regione græca hæc res gesta est.differt autẽ græcãicus a græco:nã ut docet.M.Varro libro sexto de analogia græcanica aduenticia sunt de græcis ueluti notha ut Hectores:Nestores:Hectoras.& ita hæc fabula ex græco Luciano deducta deriuataq; est. THEssaliã.Fabulã Asini aurei auspicat ab eo principio a quo exortus est Lucianus:cuius initiũ est hoc.απηειρ ποτεεσθεττα λιαρ ideſt olim in thessaliã proficiscebar.Thessalia autem prisco sæculo pyrrhea & pyrrha deucalionis uxore denominabat.mox hemonia ab hemone a cuius filio thessalo thessalia uocata est.homerus argopelasgicon appellat. NAM & illic.Hoc per interpositionem:quæ græco uocabulo parenthesis:dictum est. ORIginis maternæ:Annotauimus in uita Apuleii matrem eius saluiam a plutarchi familia prognatam:fuit autem plutarchus cheronensis:quæ ciuitas est Boetiæ:quod & ipse testatur in sylla scribens patriam suam cheroneam ab archelai impetu incolumen euasisse prouidentia syllæ:qui eo in loco uictoriam ex hostibus uictis adeptus ẽ: idem in lucullo.ait cheronenses municipes suos luculli testimonio euasisse periculum:quod orchomenii per calumnias intentabant.ex quo statuam Lapideam in foro cheroneæ publica impensa lucullo dicauerunt:& ob id beneficium non solum confitetur sed etiam palam profitetur se plurimam gratiam debere Romano lucullo:idem ĩ demosthene refert quemadmodum apud cheroneam patriam suã Philippus macedoniæ rex prælio magno athenienses.uicit:finisq; libertati græcorum impositus est.ex quo prælio domesthenes qui alios ad pugnam animare solebat salutem fuga quæsiuit cũq; id ei q̃ fugerat probrose obiiceretur uersu illo notissimo elusit αρηρ inquit ο φευγων και παλιν μαχεσεται ideſt uir fugiens & denuo pugnabit:floruit autẽ plutarchus sub Traiano & Hadriano imperatoribus:Traiano libros apophthegmaton dedicat uir haud dubie primæ notæ inter eruditos:& multiiuga eruditione mirabilis.fecundus sane scriptor.& qui iure polygraphotatos nominari possit a copia uoluminum:Vnde nunc non immerito gloriatur Apuleius maternam originem a plutarcho deriuatam sibi gloriam parere. SEXto philosopho.Hic sextus philosophus doctor fuit marci antonini imperatoris de quo iulius capitolinus:audiuit & sextum philosophum cheronensẽ plutarchi nepotem.& ab eusebio in chronicis scriptum est plutarchus cherõeus & sextus philosophi insignes habentur adriani principatu. EX negocio petebam.Imitatus est Lucianum qui ait se thessaliam petiisse obnegocium quodam paternum cum homine thessalico. POST quam ardua montium:Exornatio rethorica est:quæ compar appellatur.& altera similiter cadens. in his autem figuris felicissime audax est noster Apuleius:& q̃is affectatiõe nihil odiosius sit:tamen talis affectatio ĩ hoc pene peculiariter est amabilis imitabilisq; ardua ät montiũ dixit:arduos montes intelligi uolens: sicuti per lubrica uallium lubricas ualles.& roscida cespitum roscidos cespites:& glebosa camporum. glebosos campos:sic Virgilius urbẽ pataui circũlocutõe usus pro patauio:fontẽ timaui.pro ipso timauo dixit. LVbrica uallium.Lubricus locus dicitur in quo facile labimur:lubrica res:q̃ labilis est & e manu elabitur Vixq; cõtineri potest ob leuorẽ.a Virgilio lubricus anguis.& loca lubrica dicuntur.

De sultoria scientia.

Desultorii equi.

Prouerbium. ab asino. Cadere.

Græcanicus.

Thessalia argo pelasgicon.

Plutarchus cheronensis

Scitum demosthenis.

Polygraphotatos plutarchus.

Sextus phs. Cõpar.

Lubricus

ROscida ceſpitum:Roſcidus ſignificat rorulentum & rore conſperſum:a Virgilio Luna roſcida ele ganter ſcienterq; dicta eſt ueluti roris humoriſq; parens fecundiſſima: ex quo ſydus lunæ femineũ ac molle nominatur ab eruditis:quæ nocturnum ſoluit humorem:& ut ait plinius cuncta humifico ſpiritu laxat.Rores exiſtunt neq; gelu neq; ardoribus neq; uentis nec niſi ſerena nocte. in confeſſo eſt roſcidas eſtate aphricæ noctes eſſe:ſcribit ariſtoteles in primo meteororum Rorem fieri ex uapo ratione modica cum pluuia ex largo uapore progeneretur:Apuleius in libro de mundo. ros inquit nocturnus humor eſt.quem ſere nitatis tenuitas ſpargit.græce. ἄροσσο dicitur ros & ἀροσερ/ος roſcidus:ceſpes autem terra ẽ cum herbarum radicibus circun/ciſa ferramentis ex ceſpitibus ca/ſtra circundant:& aggeres caſtrẽ ſes fiunt.ut docet Vegetius in ter tio de re militari:hinc illud plinia num ex libro.xxxv.ceſpitũ natu/ra caſtrorum uallis accõmodata/ contra fluminum impetus agge/ribus.ex ceſpite fiũt aræ dictæ ob

Roſcidus

Ros ex uapora tione.

& roſcida ceſpitum:& gleboſa cãpoꝝ emerſi:me equo indigena p albo uehẽs:iã eo quoq; admodum feſſo:ut etiam fatigationẽ ſedentariã:inceſſus uegetatione diſ/cuterẽ:in pedes deſilio. equi ſudorem:& frontẽ curio ſe extrico.aures remulceo. frenos detraho. ĩ gradũ le/nẽ ſenſim proueho:quo ad laſſitudis in cõmodũ:alui ſolitũ ac naturale præſidiũ eliquaret: Ac dũ is ientacu lum ambulatoriũ: prataq; p̃terit: ore in latus detorto

Ceſpes.

Aræ ceſpitiæ.

ĩd ceſpiticiæ:Iulius capitolinus centum araꝝ uno in loco ceſpiticiæ extruuntur:& ad eas centum ſues centum oues mactantur. GLEboſa:Glebis grandibus plena & extantia:columella id genus glebas appellat ſcanna:de quibus plinius in.xviii.ſcanna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur:glebæ ne exultent:græce βωλαξ καὶ βωλος nominatur.inde ab homero.phthia ερυβωλαξ dicta ab ubere glebæ.Emerſi:difficulter ſe ſuperaſſe aſpredines locorum ſignificat. INdigena.Theſſalico quaſi inde genito.Nec aliunde aſcito:uel indigenam appellat equum patrium:ueluti uernaculum & domeſti/cum. FAtigationem ſedentariam:Eleganter ſedentaria fatigatio dicitur illa:qua ſedentes in equo ex diutina equitatione uexamur.columella in.xiii.ſcribit operam uillicæ non eſſe ſedentariam intel ligi uolens nõ eẽ deſidioſam:& ignauã:ut ſedens operet:a plinio quoq; panegyriſta decenter dicitur ſedentaria ſenatus aſſentiẽdi neceſſitas: qui ſedens aſſentiri cogebatur principi truculento:Quineti am ſedentarias artes & ſellularias eruditi appellãt quæ a ſedentibus per ocioſitatẽ exercent:quas nu mæ lex a peregrinis & ſeruis tantũ exerceri ſanxit ciuibus inter dictas.tãq; his animi uigor & corpo/ris pariter elangueſcat:plautus in aulularia ſedẽtarios nominat qua dictione ſignare illos uidet: qui ſedes fabricãt & ſellas. FRONtẽ extrico.Numeroſa oratione & ſimiliter deſinẽte indicat ſe oĩa illa fa ctitaſſe:q̃ fieri ſolent ab equitariis ſiue equiſionibus erga equos labore exhauſtos:& ſudore difluen/tes.ut.ſ.frontẽ extricaret.aures remulceret:frenos detraheret.fronte ãt maxie ſudãt aĩalia & potiſſimũ homines propterea qd caput humidũ laxũq; eſt.cerebro ãt humectiſſimo frons prima ſubdita ẽ ari/ſtoteles auctor in ſecundo problematũ.frontẽ a foratu oculorũ nominatã Varro exiſtimauit:& credi dit Lactantius in libro de opificio a fronte dicti frontones qd cognomentũ eſt nobilium romanoꝝ hinc ait Cicero in primo de natura deoꝝ.Silos & Flaccos frontones:capitões:quæ ſunt in nobis.Si li ut hoc quoq; in tranſcurſu declaremus dicti ſunt:quoꝝ naſus ſurſum uerſus eſt repãdus: Vnde ga leæ quoq; a ſimilitudine ſilæ appellãt:Flacci uero nominati:quoꝝ aures demiſſe erãt pendulæ & lan guidæ ac flacceſcentes:ab hiis.n.ut ait plinius ſunt flaccoꝝ cognomina. SENſim proueho. Nõ po tuit ſignificãtius exprimere id qd quotidie uſurpari uidemus in equis ex curſura diſſudantibus & laſ ſitudine defectis.qui.ſ.gtadu lentiſſimo dorſualibus operti ſenſim prouehunt:ne ex refrigeratõe pe riclitent. ALui præſidiũ.Excrementa ſignat:& urinã quo naturæ præſidio maxie equi fatigati recre/ant. ELIquaret:Emitteret redderet & ueluti liquidiora ſtercora fiſtulatim excuteret:q̃ ab antiquis foria dicebant:Vnde foriolus dictus:qui foria facile emittat ſolutioris.ſ. uẽtris. IENtaculũ ambula toriũ:Ientaculũ auctore fulgentio placiade dicit guſtatio:& eſt quaſi præguſtatiua comeſtio:eſt enim cibus matutinus.quaſi ieiuna anima ſumptus.& ientare uetus uerbum eſt quod ſignificat ientacu/lum carpere:afranius hæc ieiuna ientauit:Vitellius imperator epulas quadrifariam diſpartiebat. au ctore tranquillo in ientacula prandia cenas & comeſſationes.græci ientaculum. ακρατισμον Vo cant:καὶ ακρατισμα.Hinc ariſtoteles libro de animalibus nono ſcribit aquilam non operari: Sed quieſcere. ωεχρι ακρατισματος hoc eſt uſque ad horam ientaculi.in quibuſdam codicibus ariſto telicis legitur. ωεχρι αγορας quod plinius ariſtotelis interpres emunctus ita tranſtulit.donec im/pleantur hominum conuentu fora ignauæ ſedent.antiqui prandium ſiue prandiolum uocauere. ientaculum quaſi paruum prandium.quod.M.Tullius eleganti uocabulo prãduſculum dixit & ita legas in ſincerioribus codicibus epiſtolarum ad atticum. nunc oppido quam eleganter ab apuleio dicitur ientaculum ambulatorium:Quod ſenſim ambulando carpit equus i prato:ambulatoria ho/minis uoluntas uſque ad mortem eſt:ut tradunt iuriſconſulti.hoc eſt mobilis uaria mutabilis.pot ticus quoq; ambulatoria dicitur:quæ ambulationis cauſa extructa eſt.

Foria.

Foriolus

Ientacu/lum.

Ientare.

PRonus allectat: Solent equi os in latus detorquentes delectare & quasi demulcere. Allectat enim significat illicit & delectat. TERtium me facio: id est copulo adiungo me tertium comitem duobus comitibus progredientibus. ALter: Ex duobus scilicet comitibus. CAchinno: Risu soluto: qui reprehensibilis est. hic ait Seneca. sit risus sine Cachinno: præterea Cachinnus non risum tantum: sed sonum quoq; uehementiorem significat. sicut apud catullum ita scribentem: procedunt leviterq; sonant plangore cachinni. cachinnare etiam non de risu tantum. sed & de sonitu strepituq; maiore uetustas dici uoluit. hinc illud Accianum: sæua sonando crepitu clangentes Cachinant. Est autem cachinnus uerbum secundum. ορομαΤοποιαν fictum a sono risus.

IN uerba ista: Sub intelligendū est alterum ex duobus comitibus denarrauisse intereūdū multa de ui & potentia magices incredibilia. ita ut alter surdis auribus diceret supersedendum esse talib⁹ uerbis: quæ mera mendacia & imania portenta resonarent. ISTO accepto: Cum hoc audiuissem.

pronus adlectat: duob⁹ comitū: q forte paululū processerāt: tertiū me facio. & dū ausculto: qd fm̄ois agitatur? Alter exorto cacgino: Parce īqt ī uerba ista: hæc tā obsurda tāq; īmāia mētiēdo. Isto accepto: sitior alio qn nouitatis: imo uero īq; īpartite sermonē: nō qdē curio sū: sed q uelī scire uel cūcta: uel certe plurīa. simul iugi qd insurgimus asperitudinē: fabularū lepida iucunditas leuigabit. At ille qui cœpat. næ īquit istud mēdacium tam uerum est: q̄ si qui uelit dicere: magico susurramie amnes agiles reuerti. mare pigrū colligari.

SItitor nouitatis: Cupitor rerū nouarum. nam ut inquit Ouidius: est quoq; cunctarum nouitas gratissima rerum: & ut auctor est Seneca in declamationibus ad noua homines concurrunt. ad noua cōueniunt. idem scribit libro quæstionum naturalium nouissimo. Quod naturale est magis noua q̄ magna mirari. Qui sidere capræ oriente nascentur erunt curiosi omnium rerum. ut semper noua quæq; curiosa desiderii cupiditate sectentur: auctor iulius firmicus in. vii. matheseos. NON quidē curio sum: In libro annotationum nostrarū hic locus copiose satis opinor explicatus est: exquo poteris siquid amplius desideraueris mutuari. Vbi docuimus curionē pro ministro atq; præcone usurpari: in quo significatu. Plinius iulius capitolinus: martialis: eusebius. itidēq; Apuleius usurpant: Apud Plautū agnus curio significat macilentus: quasi nimia cura gracilis & emaciatus: sicuti econtrario incuriosū agnū dixit Apuleius in floridis intelligi uolens opimū. & suculētū. uidet ät curio hoc in loco a cura festiuiter deduci quasi curiosus: q curat & satagit nosse curiose res nouas. est itaq; sensus: nō sū ego qdē curiosus: cū curiositas sit signū loquacitatis. & nemo curiosus sit q nō sit maleuolus uerūtamē cupio nosse plurima: atq ipse tamē toto opere testat se genuina curiositate præditū fuisse. & in natura ut inqt Seneca nobis curiosū dedit ingeniū curiositatē ut noxiā taxat fulgentius mythologus his uerbis. curiositas semper periculorū germana detrimenta suis amatoribus nouit parturire q̄ gaudia. IVgi: Collis. & loci editioris. INsurgim⁹: ascendimus. LEuigauit: Hæc duo opponūt ueluti per antithetō asperitudo & leuigatio. est. n. leuigare læuore quodā expolire qd asperū est. in itinere ät comes facūdus ut dicere lolebat publi⁹ mimographus pro uehiculo est. unde fit ut asperitas uiæ sermocinatione comitis iucūda leuiget. NAE. certe græcū est aduerbiū latinis quoq; usitatissimū quo plautus. Terentius. M. Tullius. cæreri frequēter utūt.

ISTVD mendaciū. Quod scilicet dixisse uidebat ille assertor magicæ factiōis. q q̄dā incredenda ad comitē narrauerat: inter mentiri ät & mendaciū dicere distat. q. n. mentit ipse nō fallit. sed alterū fallere conat. q mendaciū dicit ipse fallit. auctor. Pu. Nigidius: q hoc quoq; addit uir bonus inqt præstare debet ne mentiat. prudens ne mendaciū dicat Diuus augustinus in libro de mendacio colligit octo genera eē mendaciorū: qbus abstinendū eē in totū præcipit. Vbi indiscriminati mentiri & mendaciū dicere usurpant. Quod & in decretis canonicis. xxii. q. ii. repetitū est. nati sub sidere ingeniculi erūt mēdaces. fugaces callidi. SVsurramine: Incantamēto: qd clā & uoce sūmissa ne prophani percipiant fieri solet. magia enim ut idē Apuleius asserit in apologia occulta res est plerūq; noctibus uigilata & tenebris obstrusa. & arbitris solitaria: & carminibus murmurata. cui pauciſſimi adhibeant. libro quarto institutionū Susurros magicos dici legimus incantamenta magorū & q̄ a Lucio nostro Susurrami na nominat. AMnes reuerti: Persuasū est ui magici cātaminis cūcta q̄ naturaliter īpossibilia fūt fieri posse. flumina ad fontes reuocari. mare glaciari. uētos trāqllari: deniq; oīa. q̄ hic memorat Apuleius posse cōfici. cui sniæ astipulat polypharmaca: hoc ē triuenefica illa meda: q̄ sic ait apd Ouidiū cū uolui ripis mirātibus amnes in fontes rediere suos: cōcussaq; sisto Stātia cōcutio cātu freta: nubila pello. nubilaq; īduco: uētos abigoq; uocoq;. Te quoq; lūa traho: illud quoq; marōianū ex eneidos quarto huc ptinet. Sistere aquā fluuiis & uertere flumina retro. MAre colligari: Id est cōgelascere cōtra naturā suā. mare. n. oē icōgelabile ē sicut philosophi autumāt: & memorat gellius in. xvi. noctiū atticarū: tāetsi Herodotus græce historiæ scriptor scribit ī quarto historiarū mare sciticū cōgelasce. Vnde a iuuenale dictus oceanus glacialis. auctor est plinius septētrionalē oceanū marimarusā. a cymbris uocari hoc ē mortuū mare. Hecatheus amalchiū appellat: quod nomē lingua scythica significat congelatum.

VENtos inanimes expirare:Id est uentos esse sine spiritu:quod impossibile est.uentus enim nomẽ uenti perderet cum esset inanimis id est sine anima & spiritus agitatione. a græcis dicitur ἀπὸ τοῦ ἄω. unde animus.& anima deducuntur.ex quo animæ interdum per uentis usurpantur.Oratius ipellũt animæ linthea thraciæ.Virgilius.Quantum ignes animæq; ualent. est autem uentus fluens aer:& agitatus ut Hippocrates in libro de flatibus Aristoteles.Seneca.& cæteri phiaꝝ physicarum condito res prodiderunt. Nihil autem est in rerum natura potentius spiritu.ignẽ spiritus cõcitat:Aquæ uẽtũ detrahas inertes sunt.põt spiritus dissipare spacia terraꝝ.& nouos montes extolere:qui est causa tremoris terræ:unde epicuro nullus motus placet pter spiritũ qui possit tanta conari. EXpirare: Spiritum exhalaĩ & mori:sicut animãtia expirant spiritu emisso deficientia:sine quo nihil uitale ẽ. SOlem inhiberi: Sol qui est mundi oculus.& cor celi:& iucũditas diei & celi pulchritudo:Naturæ gratia ut inquit Ambrosius i quarto hexameri:qui ut asserit plinius naturæ regimen ac numen est siderũ ipsorum celiq; rector. creditur potentia magici carminis posse inhiberi quominus cursũ suũ statum & nũquam erraticum circũagat. hinc Lucanus cecinit in.vi.pharsaliæ.cessauere uices rerum dilataq; mundi hesit nocte dies.prisca illa rudis & indocta mortalitas in deliquio solis ac lunæ stellarumq; defectibus.scelera aut mortem aliq; siderum pauebant. LVnam dispumari:Carminibus præstigiisq; magnorum lunã celo deduci possse creditum est:ex qua credulitate.est illud notissimum.carmina uel celo possunt deducere lunã:credebant quoq; lunam cantu magico depressam cogi.ut despumaret in herbas suppositas.& lunare uirus infunderet:quibus mox ad magicen utebãtur.Quod & idem Lucanus insinuat.cum sic ait i sexto de luna loquens.& patitur tantos cantu depressa labores:Donec suppositas propior despumet in herbas.item alibi& uirus large lunare ministrat:mortalitas ignara causarum naturalium in lunæ defectu ueneficia arguebat.& ob id crepitu dissono auxiliabatur.Auctor plinius in secundo.& Liuius. xxvi.dispositã inquit in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet edidit clamorem:hinc illud satyrici poetæ una laboranti poterit succurrere lunæ.igitur luna despumatur quando spuma depurgatur:quam cogitur infundere i herbas subiectas a magis.itidem mel despumatum dicitur quando spuma detracta purum liquidum defecatum relinquitur.& ut ait plinius in.xxii.usus despumati mellis super aptior est. STELlas euelli: Marcianus capella in libro de Astrologia stellas a stando.sidera & considendo dicta fuisse cõmemorat:cum itaq; stellæ cælo affixe sint cantamine magico reuelli posse putantur.interdum stellas ex cælo labi & uolitare conspicimus.ex quo illud Maronianum:stellas uento impendente uidebis præcipites cælo labi:plinius in.xyiii.discurrere inquit stellæ uidentur interdum uẽtiq; protinus sequunt. in quarum parte ita præsagauere.inibi ex interuallo:si uolitare inquit plures stellæ uidebuntur:quo feruntur albescentes uentos ex his partibus nunciant:uulgus existimat aliquem extingui cum stella decidua:uerum ut inquit uerissime idem plinius non tanta cælo societas nobiscum est.Vt nostro fato mortalis sit ille quoq; siderum fulgor:uerum cum decidere uidentur id fit nimio alimẽto tracti humoris sicuti luminibus accensis id ex liquore olei notamus accidere græci aporrhoeas uocant defluxus quosdam ærios:qui ad terram labentes stellarum casus imitantur. DIem tolli:Tanquam arte magica possit dies mutato. canonico cursu interpellari:& nox congeminari iuxta illud Lucani. cessauere uices rerũ dilataq; longa hesit nocte dies.legi non paruit ether. ET ad alium. Conuersus scilicet ad illum:qui exorto cathino dixerat super sedendum esse talibus uerbis:tanquam absurdis & incredibilibus. MInus hercule calles:Sensus est profecto nescis multa quæ uera sunt ideo existimari mendacia.ob deprauatam hominum opinionem:quia sunt noua:& supra uires nostras sublimata.in hanc sententiam ait Salustius in Catilina:quæ sibi quisq; facilia factu putat.Aequo animo accipit supra ea ueluti ficta pro falsis ducit. VEspera:Hora uespertina:& ut ait Sidõius:Crepusculascẽte: Dies ciuilis:qui a media nocte incipit ita diuiditur:primum tempus dicitur mediæ noctis inclinatio deinde Callicinium:inde conticinium.Cum & galli conticescunt:& homines etiam tunc quiescũt: Cuius meminit Plinius in asinaria cum ait: uidebitur factum uolo redito conticinio: Deinde est diluculum: id autem est cum incipit dignosci dies: inde mane dum dies clarus. Legibus.xii. tabularum ortus tantum & occasus nominabatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies. Nouissimum diei tempus suprema tempestas nominatur. hinc illud .xii. tabul. solis occasus

Animæ. pro uẽtis

Sol mũdi oculus

Lunam. despumare in herbas.

Stellæ Sidera.

Cur stellæ cadere uideant.

Diuisio diei.

Gallicinum.

Cõticinum.

Diluculum

Suprema tempestas. Vesperago. Crepusculum. Crepusci prima fax. Concubium.

suprema tẽpestas esto: q̃uis plurimi ex his uerbis supremã tẽpestatẽ post occasũ solis eẽ existimauerĩt: post supremã dicĩ uespera a stella quã græci hesperã plautus uesperuginẽ: Ennius uespere martialis phosphore: Virgili⁹ hesperõ appellãt: inde crepusculũ a crepero qd dubiũ significat dictũ: tãq̃ lux dubia id horæ sit: incertũq; existat id tẽpus noctis ne sit an diei: inde crepusci nominati a Sabinis: qui eo tẽpore erãt nati: & a Lucrecio dictũ est crepere bellũ: cuius anceps & dubius est euẽtus: oracula quoque crepera uocitarunt quasi ancipitia ambasiosa dubiosa hinc senes decrepitos dici quidã autumãt: quasi dubiæ sint uitæ: post crepusculũ id sequit tẽpus: qd a luminibus accensis prima fax dicĩ: Deinde cõcubia siue concubiũ q⁹ fere oẽs tunc curarẽt: alii ab eo qd siliret id tẽpus silentiũ noctis appellauerunt sicut liuius. Nouissimo loco intẽpesta nox dicta ex eo quod nõ habet idoneũ tẽpus rebus gerendis: Et eo tẽpore nil agi tẽpestiuũ est: Cassius: nocte intẽpesta nostrã deuenit domũ: hæc est diei ciuilis a Romanis obseruata diuisio quã pluribus uerbis explicaui. propterea q⁹ hæc enarratio est futura conducibilis studiosis antiqnarũ lectionũ: auctores. M. Varro Macrobius: Plinius. Censorinus. cæteri.

pollentæ caseatæ modico securius offulã grãdiorem

Polenta.

POlentæ caseatæ: Polenta cuius meminit plautus in asinaria cibus fuit antiquitus græciæ peculiaris. & ut ait plinius in. xyiii. uidet polenta tã ignota italiæ fuisse: q̃ puls græciæ. pluribus fit hæc modis græci perfusum aqua ordeũ siccant nocte una ac postero die frigunt. deinde molis frangunt: nec aliunde laudatior q̃ ex hordeo conficĩ: uicenis autẽ libris ternas seminis lini & coriãdri selibras miscẽt: Ouidius neutro genere polenta dixit illo uersu: dulce dedit testa quod coxerat ante polenta. placentam Apuleius caseatam uocat: uoluti caseo indito subactã: sicut libũ & placentã fieri docet cato in libro de re rustica: Ad eundẽ modũ & stribilita sit adhibito caseo coquiturq; de qua epigrammatista cit cunlata diu mensis stribilita secundis: plautus quoq; in penulo nunc dũ stribilitæ estuant occurrite: Videt autẽ Apuleius noĩe caseatæ polentæ significare obsoniũ cõsimile epityro est autẽ epityrũ uocabulũ cibi quo frequentius sicilia q̃ italia usa est: ut auctor est. M. Varro: de quo plautus in milite. si unum epityrũ edam apud illum esuriens insane: in plautinis codicibus coniunctim & intercisim implicata lectio. sic enim impressi codices habent epityredam pro epityrum edam. Dictum autem est epityrũ. ut ego opinor a caseo: Ex quo fit id cibi genus perinde ac caseatum sit τυρος enim græce caseus latine significatur: & τυροκρηστις dicitur id instrumentum coquinatorium: quo foraminato caseus minutatim disteritur: hinc illud calippi falsæ simul & dolenter dictum celebratur apud græcos: qui dũ catinam siciliæ ciuitatem capere adortus siracusas amisisset dixisse fertur Tyrocnestin habeo pro ciuitate: Non me peterit apud columellã libro rei rusticæ. xiii. epityrũ uocari genus condituræ ex oliuis fractis: concinatum: quod in ciuitatibus græcis plerũq; usurpabatur: quod qdam pityrum dicere malunt: Cato quoq; docet epityrum album nigrum fieri ex oliuis addito coriandro feniculo ruta menta citra caseĩ mentionem. Nõ inuitus in hæc interdum ueluti diuerticula transilio: ut ita uarietate reẽ fastidiũ abstergat: qd nulla res magis q̃ uniformis narratio parit. apud iurisconsultos taberna casearia decenter dicta: ubi fit caseus: sed anteq̃ digrediamur ab epityro & caseo: conducibile uidet explicare quid sit apud. M. T. tyrotarichus de quo multi multa per pauci bene: in epistolis ad papyriũ petum ĩ epistolis ad atticũ tyrotaricus & patina tyrotarichi. per sæpe memorat. qua dictione significari puto genus obsonii ex caseo salsamentisq; confecti. unde ex utroq; cõpositũ nomẽ. τυρος enim. ut iam diximus græce dicitur caseus ταριχος: salsamentum. proinde tyrotarichos legendum. ut sit nomẽ pẽtasyllabõ. Qui tyrotarichũ accipiunt pro nomine coqui siue uillæ a uero deuii halluciãtur. MORdico: Mordicare est morsu carpere: quidam legunt modico securius tanquam aduerbium sit significetq; paulo licentius frustum siue bucellam ex illa caseata polenta contruncasse: ego legere malĩ mordicus. uel si ita placet mordico ut aduerbium sit. quo significat cum morsu & dentibus: & ut ueteres dixerunt morsicatim: sensus autem sic ordinatur: cum morsu cõtruncare uoluissem bucellam ex polenta caseata grandiorem: propterea quod conuiue uoratores raptũ tuburcinãtes uorant: paulum ab fuit quin interirẽ dũ faucibus in hæret ac spiritum strangulat cibus ille glutinosus ex caseĩ mollicie & lentore. OFFVlã: Offula hic accipit pro bucea siue bucella & frustullo polẽtæ. Offa. n. cuius diminutiuum est offula & tertio gradu ofella significat frusta esculenta in q̃ potissimum caro concidit. colu mella de salsura suillæ carnis scribens ait. caro in libralia frusta cõcidit. deide offulæ carnis spisse componuntur & alternis sal ingeritur: claudius imperator cũ de laniis ageret exclamauit in curia: Rogo uos quis põt sine offula uiuere. Vbi offula accipi uidet pro esca scitissimi saporis quæ fit ex iecinore porcino in frustula conciso. uulgo iecuscula dicunt. p translationẽ dixit decenter satyrographus & patruo similes effunderet offas intelligi uolẽs impfectos fœtus. Et frusta carnis: qualia sunt in abortiuis: dicit offa quoq; de hiis quæ nõ manduntur: ut apud plinium offæ bubuli fimi. uulgatissimũ ẽ uetus prouerbium inter os & offam: quo pro bucella & frustulo cibi capitur: cuius meminit cato: idem ferme significans Quod græcus ille παροιμιωδης uersus πολλα μεταξυ πελει κυλικος και χειλεος ακρου. & quoniam incidimus in hoc prouerbium nõ ab re est notasse causam unde prouerbialis uersus factus est. quẽ nostri in transcursu attigunt. nec satis enarrãt. apd græcos talis narratur historia. Anceus neptũi filius cũ uineã plãtasset fãulorũq; uestigiis iterdixisset un⁹ ex illis dixit nõ eẽ fas dño fructum

Supremata tempestas. Vesperago. Crepusculum. Crepusci prima fax. Concubium.

Polenta.

Stribilita.

Epityrũ. τυροσ τυροκρηστισ.

Taberna casearia. Tyrotarichus. apud Ciceronem quid.

Mordico

Offa.

Offula. Inter os & offam.

Prouerbium inter calicem & labra

fructū uineæ carpere: neq; uinū nouū gustare: mox maturis uuis anceus gaudibundus cū poculū eēt labris admoturus iussit seruū meminisse uerbi qđ dixerat. interea uenit nuncius domino referēs uineā ab apro imenso uastari: tunc anceus abiecto poculo dum cōcitatus currit ad aprū perimendū ab eo pcussus occubuit: & ita ut seruus p̄dixerat gustare non potuit uinū: Quod iam habebat paratū. Labrisq; propinquum. Alii tradunt hāc paroemiā ab antinoi casu ortā esse unius ex procis penelopes: q cū poculū labris admoueret bibiturus: Corruit moribūdus ab Vlysse sagitta cōfixus. Quidā referunt

in conuiuas emulos contruncare gestio: mollicie cibi glutinosi faucibus inherentis. & ima gula spiritus detinentis: minimo minus interii. & tamen athenis proximo. & ante pœcilen porticum: isto gemino obtutu circulatorem aspexi equestrem. spatham p̄acutam

ad chalcātē: quē uites serētē qdā augur uicinus p̄teriēs dixit errare: nō. n. ei fas esse nouū uinū gustare: cōsimile est illud apud nostros minus notū. Inter manum & mētum. IN cōuiuas emulos. Solemus i cōuiuio hoc sæpe factitare: aut auide cibos transuoremus in frusta enormia concisos

Inter manum & mentū.

uixq; cōmāducatos: dū timēus ne cōuiuæ gulōes cūcta uoraciter i baratrū cōiiciāt: & ob hoc i emulos cōuiuas dixit Apuleius se cōtrūcasse mordicus offulā grādiorē: alii exponunt dū cibū uellet frustatim secare: ut singulis cōuiuis suæ partes distribuerētur. GEstio. Cupio alias gestire significat lætū esse. & gestu corporis læticiā significare: ut nonius seruiusq; notificāt: enarrātes illud uirgilianū: Et studio incassum uideas gestire lauādi: gestit ille: q ut ait festus Pōpeius subita fœlicitate exhilaratus nimio corporis motu p̄ter cōsuetudinē exultat. GLVtinosi. Vulgo talis cibus uiscosus appellat. IMA gulæ. sumū gulæ fauces uocātur: postremū stomachus. SPIritū detinētis. significat intercluſum fuisse a cibo deerāte spiritū meantē p fistulā spiritalē: Duæ. n. sunt fistulæ. & quasi canaliculæ a faucibus deorsū ꝓficiscētes p quarū alterā delabūtur i stomachū esculenta oīa & poculenta. Ex quo cibalis dicta. p alterā spiritus a sūmo ore i pulmonē atq; inde rursum in os & i nares cōmeat: perq; eādē uiā uocis quoq; fit meatus. a spiritu spiritalis hæc fistula noīatur: quā græci uocant τραχειαν αρτηριαν hoc est asperā Arteriā. M. Varro capite de capris & hædis Lactātius in libro de opificio Gurgulionē appellat: aliquādo cibus potusq; labitur in hāc fistulā. p quā spiritus reciprocatur. eaq; offensione itercluditur animæ meātus. Quod sibi accidisse significat Apuleius: dum ait cibū glutinosum retentasse spiritū. meātem & deerasse in alienum tramitem. ob hoc arte quadam & ope naturæ duabus fistulis cibali. s. & spiritali interposita est lingula: quæ dicitur epiglottis: quæ inter edendum bibendumq; operit canaliculam spiritalem: ne si cibus potusue in alienum deerrauit tramitem hominem torqueat: Auctores Aristoteles, Plinius. gellius. & erasistratus. MINImo minus. Vix minimum abfuit quin interirem. PRO ximo. Appropinquo. Verbum est. ANTE poecilen porticum. poecile porticus fuit athenis: in qua stoici philosophabātur: latine dici pōt uaria siue uariegata a pictura. s. multiplici: q̄ illic uisebatur. polygnotus pinxit gratuito porticū hāc poecilen. Cū parte eius mycō mercede pingeret: uñ maior fuit polygnoto auctoritas: Siquidē Amphictyones: Quod est publicū græciæ conciliū hospitia ei gratuita statuere. De hac porticu intellexit persius cū ait Bracchatis illita medis porticus. De eadē sic scribit Emylius p. bus. in hac porticu poecile cū pugna depingeretur. Marathonia tributus est hic honos milciadi: ut in decē ptoꝝ numero prima eius imago poneretur. In. vi. suetonii cōmētario scripsimus copiosissime de poecile porticu. Emaculantes maculosum sparciani locū illinc poteris mutuari: siqd ex curiositate uberius fuliusq; desideraueris: ποικιλος graeci uariū uocāt. ποικιλια uarietatē: uñ poecile porticus dicta a uarietate picturarū. hinc & pyropoecilon uocarūt lapidē punctis ignei coloris uariegatū & gēmā sidero poecilon q̄ ferro similis ē guttis uariātibus: fuit & i helide porticus poecile ut pausanias tradit: q̄ a Plinio heptaphonos appellat: qm̄ septies eadē uox In ea reddebat. GEmino obtutu aspexi. Ambobus oculis figura ē: quā grāmatici pleonasmon uocāt: q̄ fit ut auctor ē Quintilianus i. viii. cū superuacuis uerbis ōron onerat ut ego oculis meis uidi: sat enī ē uidi: & sic ore loquuta est: Cū utiq; sufficeret sic loquuta ē: obtutus alias significat aspectū ut illud. Dū stupet obtutuq; heret defixus i uno. dicitur aūt obtutus quasi obtuitus a uerbo tuor qđ significat uideo. Hoc gemino obtutu asseuerantis est. sic Terētius hisce oculis. CIRculatorē. Circulatores sūt circūforani: q p̄stigiis qbusdā magicis uidēnt deuorare gladios acutos: irritare serpētes uenenatas: & alia id gēus icredūda efficere maxia spectatoꝝ admiratiōe: pecuniarū maximi eruscatores. Ex hoc gñe sunt pharmacopolæ. & marsi q angulū uirulētoꝝ dormitores sūt: quos Iulius firmicus i. vii. matheseos nasci ait oriēte sidere opiocho: q sint circulatores docet Paulus Iurisc̄sultus Titulo de extraordinariis criminibus: sic scribēs. in circulatores q serpētes circūferūt & pponūt si cui ob eoꝝ metū dānū datū ē. p mō admissi actio dabit: a circulo & circūferēdo nomē circulatoris deductū ē: cuius fœmininū ē circulatris Ouidius i priapeis. hic qñ tenet Iuſa circulatrix. Videturq; fœmia circulatrix ea dici: q̄ lucri gratia urbē circuit & saltādo alioue ludicri gñe mercedulā aucupat. Circitores uero i re militari dicūtur q uigilias circūeūt ut renūcient si qua emerserit culpa: quos olim circuitores appellabāt ut auctor ē Vegetius. De circitore i priapeis qd me cū tibi circitor molestē. Vlpianus iurisc̄sultus titulo de istitoria actione: circitores quoq; eos dici uul

Pharmacopolæ.

Circitor.

go ostẽdit/q̃bus uestiarii dãt uestẽ circũferẽdã:& distrahendã. Plinius ĩ epistolis circulatorẽ eũ itelligit qui ĩ foro ĩ corona populariũ legẽdo canẽdoq; oblectat:quales hodieq; nõ parũ multi in foro nostro audiunt. SPAthã:multa sũt græca uel græcanica uocabula latinis notiora usitatioraq; q̃ nostratia: qd' oppido quã mirũ uideri debet:& ut exẽpli cã pauca q̃dã breuiloqua orõne succingã: nõ ne multa iter morboq; noĩa græcanica sũt notissima usitatissimaq; pinde atq; uernacula medicis nr̃i tpis: quorũ aures latinas eorũdẽ morboq; dictiões penitus aspnãt. Quid sit dysenteria q sint dysenterici norũ oẽs: q̃ græca sũt. At si tormina & torminosos dixeris:sic.n.latie di cunt:uerbi nouitate perculsi obstupescẽt. Itẽ qd sit apud Hyppocratẽ & Galenũ synãche norunt: quã tñ pperã squinãtiã dicere cõ ueuerũt: qd uero sit angina nesciũt: q̃ latina dictio ẽ synãchẽq; significat: lyenteriã q̃ itestinoq; leuitas ẽ & solutio ꝓbe callẽt: aluos nesciũt:Ita.n.latine lyenterici uocãtur:Epaticos sciũt dici q morbo laborãt epatario:q̃ græca dictio ẽ:iecorosos dici nesciũt: q̃ latia uox est:Cõsimiliter ut ad ꝓpositũ reuertar spathã tã uiri q̃ fœminæ uulgo noĩtãt. cũ dictio græca sit: q̃ latio sermõe dicit gladius ensis Mucro:sed illud græcũ q̃ hæc latina cognibilius uulgatiusq;. Vegetius gladios maiores spathas uocari docet minores uero semi spathas: ꝑterea spatha significat ramusculum palmæ cũ balanis hoc ẽ ipsis Dactylis:ut tradit Iulius pollux: hĩc apud Martialẽ Lẽma ẽ spathaliõ Cariotarũ:qua dictiõe significat ramulus cũ cariotis.i.dactylis palmarũ depẽdẽtibus: Itẽ ĩ leuitico scriptũ legius:sumetis uobis die prĩo fructus arboris pulcherrimæ:spatulasq; palmarũ:ꝑ eo qd' ẽ ramusculos palmarũ cũ fructibus:Sed qd' cũ pace bonaq; uenia eruditissimoq; uiroq; dictũ sit spathaliõ apd Pliniũ & Plautũ ut ego opĩor nõ a spathæ.i.palma deducit':sed a uerbo græco σπαθάω siue σπαθαλάω qd significat delitias ago & lasciuio/iclinat'.quo uerbo usus ẽ Aristophães cũ ait ĩ nepheles ὠγυμναίλιαμ σπαθᾶσ.ẽ.n.spathaliõ ornamẽtũ muliebre iter delitias fœmineas ãnnumeratũ. ne forte q̃ras ubi Plinius meminerit spathalii. sic ait in.xiii.spathalia eo facere & monilia fœminas:& Plautus in menechmis: Ambo menechme inauris da mihi faciẽdas põdo duũ nũmũ spathalia ut te libẽter uideã cũ ad nos ueneris:ꝑterea Plinio spatha ẽ istrumẽtũ & rudicula qua utimur ĩ uersandis rebus q̃ coquũtur. MVcrone ifesto. Cuspide noxia ac letifera/mucronatus dicit' a mucrõe:mucronis effigiẽ gerẽs. Plinius libro.xxxii.xiphiã piscẽ.i.gladiũ rostro mucronato eẽ ait.iterdũ mucro significat ipm gladiũ:& ut docet Quintilianus prosa oratio mucronẽ ꝓ gladio recipiet:Priscianus synoia sũt iqt:q̃ diuersis noibus idẽ significãt:ut ensis/mucro/gladius. EXIgue stipis:minimi ꝑcii icitamẽto. stipẽ pecuniã dicebãt.a stipãdo:ut iterꝑtat'.M.Varro:qa q asses hoc ẽ númos librales habebãt maiori nũero nõ ĩ arca ponebãt:sed ĩ aliqua cella stipabãt.i.cõponebãt/a stipe stipẽdiũ dictũ.& stipẽdiarii qd' stipẽ pendebãt. hinc dispensator ab stipe pendenda nominatus. hinc pecunia stipulari dicit' & restipulari ĩ obligationibus. LANceã. hispanicũ uocabulũ est. ut ait Varro.& repetit gellius: a lancea lanceatus.i.lancea ꝑcussus:qui habnerit horoscopũ in.xvii.parte Aquarii auctore firmico materno lanceatus morietur:Lancearios nostri uocãt quos græci λογχήτους καὶ λογχοφόρους appellãt:a λογχη.i.lancea gestãda. Qua parte.i.cuspide. PONE ferrũ:Post ferrũ. Virgilius põe subit cõiunx.& alibi pone sequẽs & ut ait Priscianus in.xvii.aduerbiũ ẽ:qd' soli accusatiuo adiungitur.ut pone tribunal.uel pone domũ. BAcillũ diminutiuũ a baculo Iuuenalis nullo dextrã subeunte bacillo. Liuius lictores cũ bacillis. INuersi teli. sensus est circulatorẽ illũ p̃stigiis ꝓpotentẽ ꝑ partes inguinũ infernas. perq; uiscera ĩmisisse ferrũ lanceæ:q̃ adacta usq; ad occipitiũ emersit ostentãs in mucrone puerũ saltatoriũ:q̃ res inter mira miracula referri põt:qualia ex portẽtosa uanitatis magicæ officina depromũtur. PER inguimẽ. Lego per inguẽ. Inguina aũt tã uiri q̃ fœminæ uerẽda significãtur:Martialis accedo quotiẽs ad opus mixtisq; mouemur inguinibus:inguina sunt sub scorpione:mãlius at scorpius inguine gaudet:hinc inguinaria dicta herba:q̃ sedat inguinis dolores quã qdã argemonem uocãt. cuius meminit Plinius in.xxvi. Ad occipitium:occiput & occipitium uocamus partẽ capitis posteriorẽ: occipitium ut docẽt philosophi & tradit Macrobius in ultimo saturnalium/nunquam caluũ uisitur ob siccitatẽ. sub arietis dominio caput collocatur. Mãlius in secundo astronomi cõ. aries caput est ante omnia princeps sortitus. IN molliciẽ decorus:in quibusdã decor est corporis iunctus fortitudini/& talis pulchritudo ornat ut ait. donatus uirũ fortẽ:in quibusdã forma est cũ mollicie copulata:& tales magis inter fœminas:q̃ inter uiros sunt numerãdi:qui nascentur orientibus pleiadibus corpus in fœminã trãsferrent effeminati. molliter ambulantes uestigia suspẽdẽt: penitebit eos qd' uiri nati sint. auctor maternus ĩ.viii.matheseos. ENERuã saltationẽ.decẽtiꝰ uocabulis saltationẽ molliculã ifractãq; depinxit. Enerua.n.& exossis:q̃si sine neruis & ossibꝰ significat':q̃les nõ paꝛiã mꝛtos uidimus:q sinuosis flexibꝰ & corpe plicatili oblectãt spectatores cũ admiratiõe. Nati subsidere leporis leuitate corpis aues supare uidebuntur.

Græca pleraq; latinis notiora.
Dysenteria.
Tormĩa.
Synãche
Angina.
Iyenteria
Epatici.
Iecorosi.
Spathæ.
Semi spathæ.
Spathalion.
Mucronatus.
Stipes.
Lanceatus.
Lãcearii.
Inguinaria herba
Occipitium.
Enerua Saltatio.

tartareus & tartarinus deducit. hinc illud corpore tartarino prognata palude Virago Tartari origo ut ait. M. Varro græca est. nãq; απο τησ ταραχησ. i. perturbatione dicit. quia illic oia perturbata. uel a ποτου ταρταριζειν quod significat tremere & frigere. ex tartaro ut ait plauto. nnnq; egrediunt nocẽtes. AVLeũ tragicũ. Magna caligo uerborũ. quibus subobscure significat talẽ de saga fœmina sermocinationẽ magis tragicã eẽ: q; narrationi familiari accõmodatẽ. ideoq; remouendam eẽ suadet: nã dũ auleũ tragicũ dimouẽdũ eẽ dicit & si parũ scenicũ cõplicandũ: intelligi uult talẽ narrationẽ eẽ seq̃stranda: quæ tragico argumento cõueniat tragicisq; portẽtis: auleũ. n. tragicũ dicit: quo scena in agẽdis tragediis exornat. Quod leuabit tollerabatq; cũ finita fabula cantor dicebat ualete plaudite: hinc illud oratii: si plausoris eges aulea manentis & usq; sessuri docet cantor uos plaudite dicat. ait Dõatus aulea in scena sterni solita. Quod pictus ornatus erat ex attalica regia romã usq; perlatus. annotauimus alibi ãlulea dici uela picta: quæ alio noie dicunt peristromata. & peripetasmata. ab aula attali regis asie qui populum romanum scripsit heredem: ait plinius in octauo attalum primum inuenisse aurum in texere in uestibus. unde nomen attalicis est. hinc illud propertii porticus auleis nobilis attalicis. SIparium scenicum: Festus & donatus scribunt siparium esse uelum minutum. ego existimo non minutum sed mimicum legendum esse. ut sit id quod Apuleius appellat scenicum. eo enim utebantur mimi scenicique artifices ad scenam uelandam quod populo obsistebat. & hæc siparia pro auleis etas posterior usurpauit. de hoc intellexit satyrographus poeta illo uersu cõsumptis opibus uocem damasippe locasti sipario significat enim damasippum mercedula conductum fecisse histrioniam. & egisse fabulas scenicas. idem Apuleius in. x. ait consimiliter auleo subducto & complicitis sipariis scẽa dispo nitur. impressi codices pro auleo subducto habent auleo subducto: quæ dictio mendosa expongẽda est quidam suparium legunt cum iter. u. &. i. maxima cognatio sit. Seneca in libro de tranquillitate uitæ appellat uerba cothurno & sipariis fortiora quæ grandia sunt & supra sublimitatem tragicã euehuntur. idem in. xi. epistolarum ait supara. unde per diminutionem suparia inclinari uidentur esse insigne nauium alexandrinarũ quibus solis licet suparum intendere quod in alto non oẽs habent naues & lucanus supara uelorum dixit alias suparum uestimentum puellare lineum est de quo affranius puella non sum si suparo induta sum eiusdem meminit plautus in epidico significat Apuleius. Symbolicos tollenda esse demedio sermocinationis ea: quæ ad tragediam pertinent. Cedo. Dic.

auleũ tragicũ dimoueto. & sipariũ scenicũ cõplicato. & cedo uerbis cõmunibus. Vis iquit unum uel alterũ: imo pluria eius audire facta? nã ut se amẽt efflictim: non mõ incolæ: uerũ etiam indi: uel ethiopes utrique: uel ipsi antichthones: folia sũt artis: & nugæ meræ. sed qd in cõspectu pluriũ ppetrauit audi. Amatorẽ suũ q; ĩ ali am temerasset: unico uerbo mutauit in ferã castorẽ. q; ea bestia captiuitati metuens: se ab insequentibus repreciſione genitaliũ liberat ut illi quoque simile: q; uenerẽ habuit aliã: proueniret. Cauponẽ quoque uicinũ: atq;

Auleum Tragicũ.

Attalica.

Sipariũ

Supara

COmunibus. Quibus in comuni quottidianoq; sermone uti solemus: Efflictim. Vehementer. & ardenter. ETHIOpes utiq; Homerus in primo odysse ethiopas bipartitos esse auctor est alteros ad orientem alteros ad occidentem spectare. sic enim ait οι. ωερ ανσσο. ωερου υπερϊορσ οιαριοργοσ. ideſt solis ad occasum quidam. quidam sed adortum super quo uersu non parum multa strabo in primo geographiæ. sunt autem ethiopes ut idem asserit εσχατοι αραρωρ. ideſt postremi hominum plinius in quinto. sic ait uerissima opinio est eorum. qui desertis aphricæ duas ethiopas superponunt & ante omnes Homeri qui bipartitos tradit ethiopas ad orationem occasumq; uersos. idem in sexto ethiopiam appellatam esse memorat ab ethiope Vulcani filio: alii a colore populorum quos solis uicinitas torret. Casus refert aristoteles i problematis cur etiopes sint blesis pedibus candidis dẽtibus longeuæ uitæ animo timidiore. ANthichthones. Qui habitant in zona chimerina hoc est hiemali: quos separat a nobis torridata appellantur antichthones ωστηρ ερατιοχθονα quasi contrariam terram habitantes. auctor probus: hos alio nomine græci αρτοεκουσ uocant de quibus multa Macrobius in secundo in sõnium scipionis. ex his colligimus antipodas nõ esse antichthões: quos transuersos nobis stare autumat. M. Tullius inferiorem zonæ nostræ partẽ tenentes: uerũ an eẽ possint hi antipodes multa questio est apud eruditos aliis astruentibus aliis destruentibus Marcianus antichthones seiungit ab anticis & antipodibus. cuius uerba hæc sunt ex libro zeometriæ antici habitãt contrariam zonam qui infernatem nobis obuersam habitant antipodes memorantur: qui contra illos quos anticos dicimus antichthones appellantur. FOlia sunt artis. ideſt leuia & nugatoria comparatione eorum: quæ maiora mirabilioraq; facit. ex artis magicæ potentia. IN aliam temerasset: cũ alia puella concubuisset. REprecisione genitaliũ. esopus ille e phrygia fabulator festiuiter refert Castora ex genere quadrupedum degere ερϊ. ω. ραισ ideſt in lacubus. cuius genitalia medicis utilia esse ferunt: qui ob id se peti gnarus abscindens sibi genitalia ita a persecutionibus salutem cõsequit:

Ethiopes Bipartiti.

Antichthones.

Antipodes.

Antici

hinc illud

hinc illud Satyrographi imitatus Castora qui se eunuchũ ipse facit cupiẽs euadere damno testiculi. Castor. Adeo medicatũ itelligit inguẽ: Plinius. &. M. Varro. fibros appellãt: q circa oras fluminũ extremas uideri solẽt. Vñ & nomẽ fibrũ eni Antiqui dicebãt extremũ: uñ & ĩ uestimẽtis fimbriæ. & ĩ iecore fibræ dictæ: q̃ sũt extremæ: Animal ẽ horrẽdi morsus arbores iuxta flumina ut ferro cedit hoĩs parte cõprẽsa nõ ante q̃ fracta cõcrepuerint ossa morsu resoluit: cauda piscĩũ Castori ẽ: cætera spẽs lutræ pilus molli or pluma: Germani biferã uocãt: ex gñe sunt amphibio. sic. n. philograeci uocãt animalia: qbus ĩ aqua & terra uictus est: illud annotatu scituq; dignũ. Quod a sestio diligẽtissimo medicinæ cõditore p̃ditũ est: Negat. n. testes amputari ab ipo Castore cũ capitur. quin ĩmo paruos esse ait substrictosq; & adherentes spinæ. nec adimi sine uita animalis posse: Verũ folliculos gemios ex uno nexu dependẽtes. qui amputẽtur. quorũ uis medica sit. Castorea uocant medici: q̃ medentẽ pluribus morbis & ĩprimis uertigini tremulisneruoq; uitiis. stomachicis: paralyticis ischiadicis: quos uulgus sciaticos appellat: & opisthotõis. Ita. n. dicũtur quoq; ceruix rigida & inflexibilis dolor est. qd' aliubi fusius uberiusq; enarrauimus. Castorea magnificat Galenus adhibetq; pluribus medicinis. Demiror Albertũ magnũ & Isidoq;. qui Castoris nomẽ a castrãdo deducãt: cũ dictio graeca sit. & ita a grecis passim noĩetur: Nomen aũt grecũ etymologiã latinã nõ recipere sat notũ est & grãmatici prodiderũt. memorãt quidã: qd' post amputationẽ genitaliũ si iterũ petatur a uenatoribus erigere se se ostẽtãtẽ nihil ĩ se pcisis testibus eẽ amplius expetẽdũ. Castor. Fiber. Bifera uocabulo Germanico. Amphibia. Castorea Opisthothoni.

OB id emulũ deformauit ĩ ranã. & nũc senex ille doliũ ĩnatãs uini sui: aduẽtores pristinos fece submissus officiosis roncis raucus appellat. Alium de foro qdẽ: q̃ aduersus eã locutus eẽt: ĩ arietẽ deformauit: & nũc aries ille cãs agit. Eadẽ amatoris sui uxorẽ. q̃ ĩ eam dicacule probrũ dixerat: iam ĩ sarcinã p̃gnationis obsepto utero: & repugnato fetu: perpetua p̃gnatione damnauit. Et cuncti numerant: octo annorum onere misella illa: uel ut elephãtum paritura distenditur. Quæ cum

Emulus

obid emulũ. Emulatio. n. & ĩuidẽtia ẽ ĩter uicinos eiusdẽ artificii professores. ut ĩquit hesiodus καὶ κέραμεὺς κεραμεῖ κοτέι καὶ τέκτονι τέκτων ĩuidet figulus figulo. & faber fabro. Emulũ aũt dici aliquãdo ĩuidũ aliquãdo ĩmitatorẽ sciunt oẽs. & tradit Donatus ĩ cõmẽtariis Eneidos: De emullatione. M. Tullius ĩ quarta Tusculana. SENEX ille. Caupo. DOlium ĩnatãs uini. Deformatus ĩ ranã caupo natabat ĩ uino cõtra naturã ranarũ: qb' ĩ aq̃ uita ẽ uinũ aspnãtibus. Vñ & παροιμία βατραχοῖσ οἰνοχόοισ. i. ranis uinũ ĩfundis. qd' puerbiũ dicitur de his qui ea p̃bẽt q̃ nulli usui futura sint accipiẽtibus. Cui cõtrariũ est alterũ prouerbiũ βατραχῳ ὑδωρ. i. ranæ aqua. de his qui ea dant: quibus maxime letantur & gestiunt accipientes. sicut aqua gaudet Rana. ADuentores. Viatores intelligit: qui in cauponis cauponã soliti erant deuortere. Hodieq; uulgo aduentores dicuntur: qui prope peculiariter frequẽtant officinam quãpiam ac tabernam: meretrices quoq; suos habent aduentores. hinc Plautina meretrix in Truculento. si æquum facias aduentores meos non incuses. OFFIciosis ronxis. ideſt coaxatione & nariũ sonitu ob strepero. Ronchos enim significat proprie sonum illum nasi qui a stertẽtibus fit dormiendo: a quo inclinatur uerbum rhonchisso. qd' est sterto & naribus insono. Plautus Dum dormit Ronchissat: & quia derisores solent talem naso sonitum in derisu conficere: inde fit ut ronchi pro derisionibus derisoribusq; usurpentur: Martialis maiores nusq̃ ronchi. hinc Ronchisonus. qui sonat Ronchos & derisor est: Sidonius Nec nos Ronchisono rhinocerote notat: quidã existimant uocabulum esse factitium a sono sicut tinnitus. & clangor. Ego dictionem græcanicam esse autumo. græce enim ῥογκος dicitur stertendi sonus καὶ ῥεγκω sterto: Vnde pararenchos dictus est Cipius is: qui simulabat dormientem: quo securius ĩpunitiusq; eius uxor meccharetur: Cuius meminit Lucilius: a quo natum est prouerbium non omnibus Dormio: Quod Cicero sciens inuertit: qui in epistolis ait nõ omnibus uigilo. ALIVM de foro. Forensem oratorem siue Rabulam significat. CAVsas agit. tanquam pristinum institutum obliuisci non possit. DICAcule. Aduerbium est. & significat mordaciter. & cum salsa dicacitate. PRObrum. Conuitium. Liuius occurſant portis probra ingerunt: alias probrum pro stupro flagitioq; accipitur. probrum uirginis uestalis. ut capite puniretur ueteres sanxerunt. OBSIto. Lego obsepto. quasi claustris quibusdam munito obturatoq;. VTEro. Vterus inforemina iunctus est ueficæ significatq; matricem: Alio nomine locos appellãt ut docet Plinius in undecimo: Inde loci in fœmina uirilosi dicuntur a Catone. qui appetentes sunt cõcubitus uirilis. Seruius Virgilianus ĩterpres uterus inquit est mulierum. aluus quo effluunt sordes. Venter. qui uidet: uter pro uterus dixit Cecilius: Nunc uter crescit non potest celari. REPVgnato fetu. Interdicta prohibitaq; partitudine: tunc enim fetus repugnatur cum iam maturus exire non potest ex utero materno quasi coercitus uinctusq;. DISTENditur. Impletur & turget. Virgilius. distendũt nectare cellas. Vnde distentus plenus. VELVT Elephantum paritura. Decem annis gestare elephantũ in utero uulgus existimat: ex quo est illud prouerbiale. Celerius elephanti parient: Aristoteles tamen. biennio tãtum ferre uentrem elephantum asserit: ab elephanto Alterum quoq; prouerbium impossibilitatis

Rõchos. Ronchisonus. Pararenchos. Non omnibus. Dormio Probrũ. Vterus. Matrix. Loci. Virilosi. Vter. Distẽtus. Celerius Elephãti. parient. Locusta lucam bouem

factum est apud priscos: Quod usurpat ennius. sic scribens. prius pariet locusta lucam bouem: Idest elephantum: Cur autem elephas dicatur luca bos docent Plinius. Solinus. &. M. Varro & nos alibi Annotauimus. SVBinde. Idẽtidem. frequenter. Alias significat mox. & deinde. NOCErentur. Lederentur. & nocumento afficerentur. passiuum uerbum est uetus: Quod & iurisconsulti usurpant: a quibus dicitur. Nisi ei nocitum sit ex quo aquam ducit. PVBlicitus. Publice aduerbium ẽ: Plautus

Publicitus.

hospitio publicitus accipiet. Cecilius ad plebem pergitur publicitus. defendendum est. SAXorum

Cantiones.

Iaculationibus. Lapidationem i fœminam magam. publice decretam fuisse significat. CANtionũ. Incantamẽtorũ. Alias cantões cãtilenæ dñr. In floridis. hãc putat cantionẽ. ubi oĩa q̃ didicit maledicta pcẽsuit. cantio græca: Plauto ĩ sticho dr cõuiuat. AN

Diecula.

teuertit. Præuenit. Anticipauit. DIEculæ. Diecula significat paruam diem: & tempusculum: Terentius in andria. Non sat est qd tibi dieculam addo. Vbi ait Donatus ὑποκορισμα est diecula hoc est tempusculum: & sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula mora. & quasi parua dies: Asconius dies fœminino genere tẽpus. & iõ diminutiue diecula dicitur breue tempus & mora.

Medea.

MEdea. Medea illa fabulosa prodito patre perempto fratre: relicta genitali patria secuta Iasonem est. Amoris estu flagrans: cum quo annos circiter decem uixisse proditur: filiosq; ex eo peperisse: Didimum thessalum: Alcimenũ: & Thisandrum. mox Iason captus amore glaucæ: uel ut alii tradunt Creusæ creontis filiæ Regis corinthiorum uirginem a patre uxorem petit: a quo Annuente certũq; nuptiarum diem constituente. Iason Medeæ nititur ultroneum diuortium suadere: quam id egerrime ferentem deosq; testes fidei datæ imploran-

Palla in secta ueneno.

tem urbe expulit. oblitus pristinorum beneficiorũ. Illa breuem fuge moram a creonte petit: qui dieculam dedit: qui apud Senecam sic ait. Vnus parando dabitur exilio dies: tunc ueneno infectam pallam misit ad nouam nuptam ueluti munus nuptiale: quo dono exiliens ignis regiam cum creonte & noua nupta deussit: baiuli tam exitialis doni fuerunt ipsius Medeæ filii. hinc ait Oratius in epodo. Cur dira barbaræ minus uenena medeæ ualent: Quibus superba fugit Vlta pellicem magni Creontis filiam: cum palla tabo munus imbutum nouam incendio nuptam abstulit. hoc idem memorat Seneca ĩ Medea. Diodorus uero auctor ẽ Medeam impetrato a Creonte diei unius tempusculo noctu regiam ingressam eẽ quibusdam medicamentis factam uersipellem: & radice quadam magica cuius ea uis est: ut ignis indidem factus extingui nequeat: Incendisse Regium domicilium: quo cõflagrante Iasonem euasisse Creonte & filia igne absumptis: Quidam prodiderunt Medeæ filios dona quædam sponsæ attulisse illita uenenis: q̃ cum illa corpori applicuisset incidisse in morbum: & patrẽ auxilio filiæ ferentẽ: cũ corpori illius hesisset illico expirasse: sed Apuleius noster. & Plinius coronã

naphtha

fuisse asserunt: quæ a Medea dono missa ad Iasonis sponsam sit: Cuiusque ueneno pellex cum regia cremata sit: Autumat Plinius in secundo uolumine uenenum id fuisse naphtham: Quod genus est bituminis: Cuius uis ardens ignium naturæ cognata transilientium protinus in eam undecunque uisam. Ita inquit ferunt a Medea pellicem crematam. postquam sacrificatura ad aras accesserat: Corona igne rapta. Idem in triginta quinque meminit eiusdem naphthæ: inter genera bituminis. Galenus libro tertio complexionum mentionem facit huiusce medicamenti: quo Medea

Asphaltũ Pissasphalton

usa est ad pellicem ulciscendam: aitque id ex sulphure & asphalto fuisse compositum: asphalton autem græci bitumen appellant & pissasphalton ex argumento picis & bituminis. hinc asphalthites lacus iudeæ dictus: qui nihil preter bitumen gignit.

Inducię:

INDVciis. Licaon primus inducias inuenit Auctore Plinio: sunt autem inducię pax in paucos dies ex eo dictæ: uel q̃ in diem dentur. uel q̃ in dies ocium præbeant: ut docet Donatus: Alibi locum mendosum apud gellium ex libro primo repurgauimus. græci ἐκεχειρίαν uocant ex eo quod tempore inducirum manus cohibeantur. Marcus Varro festiuiter indutiæ inquit sunt pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco.

Deuotiones.

Inducię inquit sunt belli feriæ. DEVOtionibus sepulchralibus. Seruius Deuotiones interpretatur imprecationes: Vnde Deuotor & Deuotrix dicti. qui imprecantur diris incantationibus magicisque carminibus. Deuotiones enim execrationes sunt: & diræ: & deuouere significat interdum

Deuotũ.

detestari execrarique: Ouidius illum ego deuoueo: quem mens intelligit ibin. hinc Deuotum dirum & execrandum. Idem ait uiuite deuoto fœmina uirque thoro. hinc carmina Deuotoria. apud Liuium & Macrobium: quibus homines urbesque deuouentur: Quibus Decii pater. filius. & nepos. se deuotauerunt. sepulchrales appellat: quibus uti solebant Sagæ fœminæ Euocatione manium ad sepulchra defunctorum: Tibullus manesque sepulchris. Elicit. consimiliter erictho illa apud Lucanum in. vi. pharsaliæ adhibet & deuotiones sepulchrales.

subinde: ac multi nocerentur: publicitus indignatio percrebruit: statutumque est. ut in eam die altera seuerissime saxorum iaculationibus uindicaretur. Quod consilium uirtutibus cantionum anteuertit. & ut illa Medea unius dieculæ a Creone impetratis induciis: totam eius domum: filiãq; cum ipso sene flammis coronalibus deusserat: sic hæc deuotionib⁹ sepulchralibus

IN scrobem procuratis. Tangit ritum magicum/Cuius meminit homerus. In. xi. odyssee referēs. Vlyssem scrobem cubitalem gladio feciſſe. ad euocandos manes/inibiq; melicraton ideſt mulsum cum aqua & polenta commiſcuiſſe. Dein cruorem uictimarum eodem infudiſſe quod emulatus Silius eſt in. xiii. punicorum. dum itidem memorat a ſcipione factam eſſe ſcrobem & illic procurato magico ſacro euocatos eſſe manes: ob id dixit Apuleius in apologia. nec ulyſſes ſcrobem piſculento medicauit. Apud Senecam. Valerium Flaccum. Oratium. Poetas fere omnis inuenitur id genus ſacrificii magici. quod in ſcrobem fit. CONſone. Cōcorditer. Cōmuniq; ſententia. DEierantes. ualde iurantes. nō ſolum grammatici. ſed & iuriſconſulti docēt titulo depoſiti. præpoſitionē hāc de augere in cōpoſitiones. AD mollituros: Nullam uiolentiam illaturos ſe ſe ſagæ illi deierabāt. Sacrum magicū ī

in ſcrobē procuratis: ut mihi temulenta narrauit: proxime cunctos: in ſuis ſibi domibus tanta numinū uiolentia clauſit: ut toto biduo: nō clauſtra perfringi: nō fores: nō deniq; parietes ipſi quiuerint perforari: quo ad mutua hortatione conſone clamitarent: q̄ ſanctiſſime deierātes: ſeſe neq; ei manus admoliturōs. & ſiqui aliud cogitarint: ſalutare laturos ſubſidium. & ſic illa propiciata: totam ciuitatem abſoluit. At uero cetus illius auctor rē nocte ītempeſta: cum tota domo ideſt parietibus & ipſo ſolo. & omne fundamēto: ut erat clauſa: ad centeſimum lapidem in aliam ciuitatem ſummo uertice montis exaſperati ſitam: & ob id ad aquas ſterilem trāſtulit. Et quoniā denſa inhabitantiū ædificia locum nouo hoſpiti non dabant: ante portam proiecta domo diſcedit. Mira inq̄ nec minus ſæua mi Socrates memoras. deniq; mihi quoq; nō paruam incuſſiſti ſollicitudinem īmo uero formidinem. iniecto nō ſcrupulo; ſed lācea: neq; numinis miniſterio ſimiliter uſa:

PROpiciata: Placata. & exorata. ABſoluit. Cum omnes ītra domos incluſos uiolentia magica coercuiſſet. CEtus illius auctori: Senſus ordinatur ſic. ſaga illa tranſtulit hoc eſt tranſportauit in ciuitatem longinquam illum qui fecerat cetum primuſq; ſuaſerat. ut ſaxorum iaculationibus fœmia uindicaretur: Cetus conuentus eſt uel congregatio a coeundo dictus. Quod & in decretis canonicis leges. D. xv. qui cetum fecerit ut inquit Seneca ī declamationibus capitalis ſit: cetus autem ut ipſe docet multitudinis magnæ nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam. NOCTE intempeſta. Media nocte. dicta ex eo quod non habet idoneum tempus rebus gerendis. Quod alii concubium appellarunt: quod fere omnes tūc cubarent: Alii ab eo quod ſileretur ſilentium noctis: Quod tempus a Plauto dicitur conticinium. ſed de hoc in ſuperioribus multa. ET ipſo ſolo. Terram ipſam: quæ alioqui immobilis eſt. una cum parietibus tranſlatam ſignificat: Membra autem domus ſunt. fundamentum. parietes. & tecta. quæ ſimul cōiuncta ut ait Boetius in commentariis Topicorum totum efficiunt. & domus dicuntur. cum fundamenta ſola domus uocabulo minime nuncupentur. neq; parietes neq; tecta. Cetus. Nox intē peſta. Silētium noctis.

AD centeſimum lapidem. Ad centeſimum miliarium: Antiqui enī miliaria lapidibus fixis deſignabant: auctor eſt Plutarchus. C. gracchum ſingulis miliariis columnas lapideas ſpaciis ſigna præferentes conſtituiſſe. Martialis. Ad lapidem torquatus habet prætonia quartum. Iuuenalis. Ad primum lapidem uectari cum placet hora ſumitur ex libro. VERtice motis: Vertex eſt ut docet Quintilianus in. viii. cōtorta in ſe aqua uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis uertex dicitur. ex hoc in montibus eminentiſſimum recte dicimus uerticem. Virgilius. accipiens ſonitum ſaxi. deuertice paſtor. antiqui Vortices dicebant per litteram. o. ſicut & uorſus cæteraque conſimilia: quæ primus Scipio affricanus in. e. litteram uertiſſe dicitur: Montibus dantur a ſcriptoribus latera. Iuga: uertices. radices. AD aquas ſterilem: Montana oppida & in uerticibus editis ſita fere ſemper laborant aquarum ſterilitate. Cuius in ædificando ratio cūprimis habenda eſt: quoniam ut auctor eſt Victruuius ſi animalia fuerint ſine humoris poteſtate exangui nata & exucta a principiorum liquore interrareſcent: ariſtoteles quoque in ſeptimo politicorum præcipit ciſternas in ciuitatibus facienda: ut aqua deeſſe non poſſit. & aquas ſalubres inducendas. Lapis nota miliarii. Vertex. montis.

ANTE portam. Saga ante portam ciuitatis illius montanæ proiecit domum. cum intra urbem ob frequentiam ædificiorum locus non eſſet recipiendo nouo domicilio nouoque hoſpiti. INiecto non ſcrupulo. Scruppi & per diminutionem ſcrupuli lapilli ſunt: qui preſſi ſollicitudinem faciunt. Vnde prouerbiale eſt illud Terentianum inieci ſcrupulum. pro ſollicitudine. & Plinius in epiſtolis ait exime mihi hunc ſcrupulum. Et ſcrupuloſa quæſtio: quæ difficilis eſt explicatu. NVminis miniſterio. Deum artis magicæ miniſterialem ſignificat: Tertullianus auctor eſt demonas præeſſe magicis præſtigiis. & Plato platonicuſque Apuleius. & proculus autumant magorum uaria miracula regi a demonibus: qui inter mortales celicolaſque ultro citroque portant hinc petitiones. Inde ſuppetias. ueluti quæpiam mediæ poteſtates inter homines ac deos. Scruppi. Demōes iternūtiſi

SERmones istos cognoscat:omnis Demon ales est.igit' ut ait Tertullianus in apologetico mo/mento ubiq; sunt.quid ubiq; geratur tã facile sciunt:q̃ enunciant merito ergo timet hic ne Anus illa maga cognoscat sermones suos nunciante uidelicet demõe:qui ubiq; p̃sto est. Cuius ministerium magos infatuat. SOMno leuata lassitudine.somnus donũ est deoꝝ mortalibus ægris cõcessus. ad refectionẽ.Vnde ait Seneca:Placidus fessum lenisq; foues pauidũ leti genus humanũ. cogis lõgam discere mortẽ. ADDVcta fore:Clauso cubiculi hostio:Antiqui singulari numero forẽ usurpabant. cũ nos fores pluraliter enuncie/mus. Plautus i amphytriõe ora/tionẽ cõprimã crepuit foris. ora/tius exclusus forẽ cũ lõgarenus foret itus.fores ex eo dici grãma tici tradũt q; foris aperiãtur: sicut apud ueteres usitatum.Fores do mus publicolarũ extra aperiebã/tur.& Ianua in publicũ reiicieba/tur.hoc erat ut uerbis Plinii utar clarissimũ insigne iter triũphales quoq; domos:Forculũ deũ prisci coluerũt: q foribus p̃esset:auctor diuus Augustinus:in quarto.

Foris.

Ianua foris aperiebatur.

Forculus Deus.

PEssulis.Pessuli sunt instrumẽ/ta.quibus hostia foresq; claudũt. Terẽtius in eunucho pessulũ ho stio obdo.Plautus in Curgulioe pessuli heu pessuli uos saluto lu/bens:& mox paulo. tãdẽ edepol mihi morigeri pessuli fiunt.inde pessulatas fores dicimus pessu/lis clausas munitasq;. GRAbatulo.Lectulo.quod Lucianus græce Clinidion uocat id Apuleius fe/re grabatulũ interp̃tatur. Martialis.ingrabatulis tegetibusq; cõcepti. Vox hæc quoq; græca est.illi enĩ κραββατον και υποκοριστικωμ κραββατιον uocãt nos grabatũ & grabatulũ:hinc illud ex euan/gelio cãtatissimũ tolle grabatũ tuũ & ambula. Quod græce dicit' ετειρε και αρομ σουτομ κραββα/τομ και περιπατει. Vbi annotãdũ qd' apud græcos hæc dictio scribitur dupplici. ββ. prima syllaba producta cũ apud nostros p simplex.b.scribatur prima correpta quod satis liquet uel ex illo maronia/no:Membra leuat sensim uili demissa grabato. PONE cardines.post hostii cardines.alio quodam diuerticulo significationis Cardo in agrorũ limitatione appellatur limes:qui p agrũ currit a meridie ad septẽtrionẽ:sicut decumanus uocatur limes ille qui secat agrũ ab exortu ad occasum:Auctores Pli/nius & Columella.fuit apud Antiquos Dea cardea:q̃ Cardinibus p̃erat. CIRca tertiã uigiliã.i.post mediã noctẽ:Nox enĩ in quatuor uigilias diuiditur:q̃ singulæ triũ horarũ spatio supputãtur: ut tradit Hieronymus in expositione psalmoꝝ:Quod ex disciplina castrensi factitatũ est:Nã qa ip̃ossibile uide/batur p totã noctẽ uigilantes singulos in speculis permanere:Ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ uigiliæ.ut nõ amplius q̃ tribus horis nocturnis necesse sit uigilare:a tubicine ut actor est Vegetius i tertio oẽs uigiliæ cõmittunt'.& finitis horis a carnicine reuocat':Tribuni idoneos eligebãt q uigilias circuirẽt:quos circuitores appellabãt. De i circitores dicti sũt:frequẽtissima apud historicos mẽtio ẽ primæ uigiliæ.secũdæ tertiæ.& quartæ:tot enĩ sũt:ob hoc dixit Lucanus i qnto pharsaliæ;Ter/tia iã uigiles cõmouerat hora secũdos:cũ significare uellet finita pria uigilia cuius horæ tres sũt excita/tos eẽ uigiles secũdæ uigiliæ. PAVlum cõniueo.oculos claudo nõ tã somno uacãs q̃ succũbẽs.Con/niuere enĩ ẽ oculos genis claudere.grauiores alites auctore Plinio iferiore gena cõniuẽt: colũbæ ue/ro & similia utraq; cõniuẽt. COMmodũ quieuerã.Sunt i latina lingua res paruæ qdẽ & minutæ.& hoibus male eruditis aspnabiles.sed ad ueterũ scripta penitus noscẽda cũprimis necessariæ ueluti est hæc dictio cõmodũ:Aduerbiũ ẽ tẽporis significat tũc tũc & ut ait Donatus tãtũ.Au.Cellius i secũdo no/ctiũ atticarũ Taurus sectatoribus cõmodũ dimissis sedebat p cubiculi sui foribus.M.Tullius i epistola ad atticũ.Cõmodũ discesseras heri.cũ trebatius uenit.qd' significat uix.& tũc.Idẽ Donatus exponẽs illud Terẽtianũ cõmodũ huc aduerterat.ait ipso eodẽq; tẽpore. REseratur.aperiũtur. IAnuæ:Ianua est primus domus igressus.dicta ut ait seruius.qa iano cõsecratũ est oẽ pricipiũ. IMMO uero.Correctio ẽ:q̃ exornatio.tollit id qd' dictũ ẽ.& p eo qd' magis idoneũ ẽ reponit hoc p̃acto.Si iste suos hospites rogasset imo inuenisset.hæc exornatio ut ait.M.Tullius in quarto rhetoricoꝝ rẽ facit insignioꝝ. VNO pede mutilus.iminutus.mutilare enĩ ut uit Donatus i ecyræ cõmẽtario.est iminuere. Vnde mutili dicti sũt boues & çapri sine cornibus:hinc illud ueluti prouerbiale apud Ouidiũ:Turpe pecus mutilũ.ait Plinius q; mutilis capris est lactis maior ubertas.i codicibus Plinianis inoleuit mendũ.nã

sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaq; ma/turius quieti nos reponamus.& somno leuata lassitu/dine noctis:ante lucẽ aufugiamus istinc q̃ putas lõgis/sime.Hæc adhuc me suadẽte:insolita uino lẽtia:ac diu/turna fatigatione pertentatus bonus Socrates iam so/pitus stertebat altius. Ego uero adducta fore:pessu/lisq; firmatis:grabatulo etiam pone cardinem suppo/sito:& probe adgesto:super eũ me recipio. Ac primũ/ præmetu aliquantisper uigilo dein circa tertiam uigi/liam paululum cõniueo.cõmodum quieueram. & re/pẽte impulsu maiore:q̃ ut latrones crederes:ianuæ re/secantur:immo uero fractis & euulsis funditus cardi/nibus prosternũtur.grabatus alioquin breuiculus:/& uno pede mutilus:ac putis:impetus tanti uiolẽtia/prosternitur.me quoq; euolutum:& excussum humi

Pessuli.

Clinidiõ

Cardo.

Decumanus.

Vigiliæ quatuor.

cõniueo.

cõmodũ.

Mutilare

pro mutilis passim legitur multis: Columella libro prio agricolatiõis aliter curari ait. Caprinũ pecus mutilũ & raripilũ. Aliter cornutũ & setosum. Idẽ i octauo meliorẽ eẽ ait arietẽ mutilũ q̃ cornutũ: Quia mutilus inqt: cũ se tãq̃ exarmatũ intelligat nec ad rixã prõptus & est in uenere mitior: Scurra Oratianus p festiuã trãslationẽ mutilus dicit: q altero oculo tãq̃ cornu execto erat deformatus: Verba Oratii hæc sunt, o tua cornu ni foret execto frons inqt qd faceres. cũ sic mutilus miniteris: at illi feda cita trix setosam leui frontẽ turpauerat oris. Mutulus uero i edificiis est proiectura prominẽs. & ut docet Victruuius i quarto i operibus lapideis & marmoreis mutuli icli natis sculpturis deformãtur: Mutulos capita trabiũ eminẽtia esse autumãt grãmatici. q & proceres dicũtur. Vnde & nos principes ciuitatis proceres noiamus. quasi eminẽtes i urbe: ut mutuli. quos proceres uocãt eminẽt i edificiis.

Mutilũ pecus.

Mutuli i edificiis.

Proceres

PEDE. ingẽs copia rerũ est sine noie: quas non propriis appellationibus notamus sed alienis cõmodatisq̃ ut refert Seneca libro secũdo de beneficiis: sic & pedem nostrũ dicimus & lecti. & ueli carminis. sic canẽ & uenaticũ & marinũ. & sidus. qa nõ sufficimus. ut singulis singula signemus. quotiẽs opus ẽ mutuamur. Plinius tradit i. xxiiii. herbã quãpiã noiari clinopodion. qa speciẽ lecti pedũ p̃beat.

Pes.

Clinopodion.

RECIdens i inuersum. Significat cũ inuerteretur grabbatus & quod erat i imo fieret sũmũ ex cõcussu: se fuisse coopertũ cõuelatũq̃. Quosdã affectus. Philosophi Latini. affectus uel affectiones uocãt animoq̃ motus: quibus afficimur. ueluti cupiditatẽ. Irã metũ. Amorẽ. odium. & ut latissime scribit Aristoteles i scdo. Ethicoq̃ affect⁹ nõ sũt neq̃ uirtute neq̃ uitia: Iõq̃ scdm affect⁹ neq̃ laudamur neq̃ uituperamur. græci πάθη appellãt: apud Quintilianũ libro sexto caput ẽ de affectibus. Vbi docet duas eẽ species affectuũ. Alteros cõcitatos. Alteros Mites dici: Cõcitatos tragediæ. Mites comediæ similes eẽ.

Affectus

SAEpicule. Aduerbũ est diminutiuũ a sæpe: sicut a sæpius cõparatiuo sit sæpiuscule: ut docet Priscianus i tertio Plautus i Cassina sepiuscule peccas. LAchrymæ p̃ gaudio prodeũt. Vulgatũ ẽ illud Terẽtianũ i hãc sentẽtiã o he lachrymo p̃ gaudio. & apud Liuiũ i quinto: certatim patribus plebiq̃ manare gaudio lachrymæ. Quintilianus in. xi. lachrymas natura mentis indices dedit: q̃ erumpũt dolore aut læticia manãt. DE Aristomene testudo factus. quia lecto inuerso ueluti tegumẽto quodã coopertus latebat: Ideo dicit se factũ testudinẽ: q̃ sub suo tegumento tota cõtegitur & quasi delitescit. pacuuius testudinẽ appellat domiportã. Ex eo qd domũ portet. Tardigradã a gradu tardo & lento. Vnde & plauto testudineus gradus dictus: Apud mythicon fabulatorẽq̃ illũ esopũ apologus ẽ: quẽadmodũ olim iupiter ad nuptias animalia cũcta inuitauerat: q̃ cũ intẽpore affuissent. p̃ter unam testudinẽ: q̃ nouissima oĩum uenit sciscitatur iupiter cãm tarditatis: illa ait οικος φιλος, οικος αριστος Domus dulcis domus optia. s. fuit lentitudinis cã: ex quo ĩdignatus iupiter affecit eã hac pœna. ut domũ semper circũferret. græci χελωφην uocãt. Vnde chelonophagi dicti populi testudinũ carne uescẽtes. quorũ tãta magnitudo ẽ ut singularũ supficie habitabiles casas itegãt. Et his nauigẽt cymbis: puerbiũ græcũ est. ἢ λεῖ χελωφης κρεα φαγεῖν ἢ ὠη φαγεῖν qd significat ex carne Testudinis uel multũ edendũ uel nihil edendũ: qm̃ modica i cibis dolores intestinoq̃ facit. Copiosa purgat & sanat. A testudinis similitudie dicit Testudo i edificiis. Virgilius media testudine tẽpli. testudinatũ edificiũ fornicibus structũ: qualia sub septẽtrione faciẽda eẽ p̃cipit Victruuius i sexto: In machinis Bellicis Testudo est arietia cognominata in qua ut ait Victruuius in decimo suspensus erat aries: q̃ auctore Vegetio uocabulum sumpsit a similitudine ueræ testudinis: qa sicut illa modo reducit: modo educit caput. Ita machinamentũ bellicũ interdũ reducit trabem interdũ exerit. ut fortius feriat. Testudo quoq̃ apud Poetas pro cithara usurpatur. INFImũ deiectus. In infimã partẽ. aduerbium est. infimatis dicitur qui in imo. est. sicut summatis. qui in sũmo. Plautus infimatis infimus. INsit. ait. OPErior. Expecto. attendoq̃.

Sæpiuscule.

Lachrymæ ex gaudio.

Domi porta.

Tardigrada.

Apologꝰ esopi.

Prouerbiũ de carne Testudinis.

Testudo arietaria.

Infimatis

ALTIOris ætatis. Magno natu longæuas. quarũq̃ ætas uergebat in senium. PANthia. Modo nomen est magæ: alias panthia fœmina fuit speciosissima. & uxor abradatæ: Cuius amore captus Araspas urebatur intimus: q̃ historia facundiss. me latissimeq̃ perscribitur a Xenophonte i pedia: ob hoc nos in libello erotico atq̃ uenerio. sub nomine panthie amicam ĩmo dominã celebrauimus. CAtus Endosmyon. Ironicos pronunciandum uidetur & legendum hedyosmion. Quod græce significat dulciculum. nomenq̃ est Amatori: conueniens: sicut a Plauto blandimenti causa dicitur dulciculus caseus. præterea ἡδυοσμον Vocant mentam herbam hortensem odoratam iucundãq̃. ut inde nomen amatoris deriuari posse uideatur: tãq̃ odoratus suauisq̃ Amicæ sit. ut menta est. Cuius odor ut ait Plinius in. xx. Animum excitat. & sapor auiditatẽ in cibis. usus est Plinius hac dictione aliquot

Hedyosmion.

in locis. subiiciam quod suppetit ad præsens illud ex. xxxv. utuntur & ad quartanas bituminis drachma hedyosmi pari pondere: cum myrrhæ obolo subacti. Quid si legas carus Endymion. ut ita appelletur Amator propter Endymionem illum famigeratum. quem Luna dilexit: de quo Propertius. Nudus & Endymion phœbi cœpisse sororem dicitur: & nudæ concubuisse deæ. Sunt auctores Endymionem primum hominum deprẽdisse naturam Lunæ multiformem. Et ob id Amore eius captum fama proditum: Lego apud eundem Plinium in decimo tertio Hedysmata dici unguenta

Hedysmata.

precioſa: ad quem intellectum nõ absurde referri posset hic sensus. Vt hedysmion uocetur nomine unguenti. perinde ac suauissimus Amasius p̃cioſissimusque. CATAmitus meus: Ganimedes meus. Delicium meum: nam dixerunt catamitum ueteres pro Ganimede. qui fuit iouis concubinus. & deliciolum auctor festus. hinc illud Lactantii ex libro primo. rapuisse dicitur in aquila catamitum. Plautus in menechmis. Vbi Aquila catamitum raperet. aut ubi uenus Adoneum. Seruis quoque grammaticus pueros meritorios: qui corpore prostituto quæstum faciunt catamitos interpretatur: hinc illa atrox. Marci Tullii in Marcum Antonium per oratio: o hominem nequam: quid enim aliud dicam magis proprie aliud possum dicere. Ergo te ut catamitum neque opinato cum ostendisses præter spem mulier aspiceret Id circo urbem terrore nocturno Italiam multorum dierum metu pertubasti. ILLVsit ætatulam: illudo tibi dicimus proprie per datiuum illudo te figuratum est. si credimus seruio ita scribenti in enarratione illius Virgiliani. Verbis uirtutem illude superbis. AETATVlam. Lepide dixit ætatulam: quæ est puellarum. Cum ipsa esset uetula atque annis obsita: sed quæ tamen appeteret lusus amoresque puellares. M. Varro. properate uiuere pueræ quas sinit ætatula ludere. esse. Amare. & ueneris tenere bigas: a Varrone pueræ dicuntur pro puellæ ex prisca locutione. SVBTER habitis. uel furtim usurpatis. uel posthabitis: & per contemptionem conculcatis. DIFFAMAT probris: Infamat conuitiis probrosis. FVGAM instruit: Parat: Veteres dicebant pedem struit pro fugam parat.

Catamitus.

Pueræ.

Pedem struit.

hic catamitus meus: qui diebus ac noctibus illusit ætatulam meam. hic qui meis amoribus subterhabitis: non solum me diffamat probris: uerum etiam fugam instruit. At ego scilicet Vlyxi astu deserta sum: & Calipsonis æternam solitudinem flebo. & porrecta dextera: meque Panthiæ suæ demonstrato. At hic inquit bonus consiliator Aristomenes: qui fuge huius auctor fuit. & nunc morti proximus: iam humi prostratus: grabattulo succubans iacet: & hic omnia conspexit: impune se relaturum meas contumelias putat: faxo eum sero: immo statim: ĩmo uero iam nunc: ut &

VLYSSI astu: Comparat Socratem amoris sui desertorem ulyssi qui calypsonem deseruit domũ itionem ad Penelopem desideranter capessens: Vlyssi autem casu patrio hoc est genitiuo dixit: sicuti ueteres usurparunt. apud quos ulysseus ulyssei proferebatur: ut docet Priscianus in. vi. oratius remigium uitiosum itacensis ulyssei: Ouidius neritius machareus comes experientis ulyssei: ex quo uidetur scribendum esse ulyslei: & per synaeresin proferendum: nisi dicere uelis ulyssi pro ulyssis. sicut Virgilius dixit Achilli pro achillis euphoniæ causa detracta scilicet littera: quæ plerumque ut ait Seruius pro sibilo habetur: & apud ueteres detrahebatur: Quintilianus in primo: sic genitiuus ulyssi & achilli fecit: sic alia plurima. ASTV. αστυ græci uocant ciuitatem ut Homerus persæpe: sic athenienses uocabant urbem suam. ut ait Donatus. & indicat Terentius in eunucho. cum ait. an in astu uenit. probus quoque emilius in alcibiade: postquam astu uenit Contione aduocata uerba sit fecit: hinc astutiæ astus astuti dicti. quoniam qui in urbibus degunt callidiores sunt in agro degentibus: interdum astu pro astute ponitur. & est aduerbium. nunc uero nomen: astutissimum autem fuisse ulyssem callidissimumque mortalium quis ignorat: qui a Virgilio scelerum inuentor dictus: ab Homero polytropos. a uarietate scilicet morum ingenioque uersatili. Cuius uita nihil aliud fuit q̃ uersutiarum conciliabulum. & dolorum officina: qui technarum architectus: totus erat ex fraudibus astuciisque conglutinatus. CALIpsonis. Vsus Antiquorum latinorum comprobat dici Didonem. Ionem. Calypsonem: Contra rationem græcam declinandi: quæ calypsus dicit pro calypsonis. calypso pro calypsone: Priscianus Auctor in sexto qui utitur auctoritate Liuii Andronici: a quo inodyssea scriptum est apud nympham Athlantis filiam calypsonem: quauis phocas grammaticus reclamet huic declinationi. Cæsar quoq; Calypsonem ita dicebat ut Iunonem media scilicet producta: sed ut auctor est Quintilianus. auctoritatem consuetudo superauit: fuit autem calypso ut ait Homerus filia Athlantis: quæ δια θε ἀεωρ hoc est generosa dearum in insula ogyzia ερσπε σιβγλα φυροισιν idest in Antris uoluptariis concauisque ulyssen retinebat amorabunda: quem iussu Mercurii abire & in patriam redire permisit: quamuis inuita & gemebunda: & ita in solitudine relicta Dolenter tulit abitum ulyssis. Ouidius ah quotiens illum doluit properare calypso. GRAbatulo succubans. Subiacens. FAXO. Faciam. uerbum uetus. IMMO statim. Correctio est.

Polytropos.

Calypsonem ut iunonẽ.

astu ciuitas.

Vlysseus

PRAEcedentis

PRAEcedentis dicacitatis:qua usus erat Aristomenes appellando scilicet scortum ipsam meroen. ACcepi:audiui. Sudore frigido:inter signa egrotantium est ftigidus sudor:ut inquit Cor.celsus in secundo peior si in capite & ceruice tantum eruperit ut refert Hippocrates in prognosticis.Virgilius i Georgicis sudor & ille quidem morituris frigidus heret.item frigidus e toto manabat corpore sudor haud absimile est illud plautinum.Non temere est quando qui sudat tremit. TREmore uiscera quatior:Metuentibus cor cui est uiscerum principatus cumprimis palpitare consueuit.unde plautus contiuo meũ cor cepit arte facere ludicrã atq; ipect⁹ emicare:idẽ i cassina festiuissime iq cor lyẽosũ opior habeo ita iã dudũ salit de laboꝝ pectũdit.scri.Aristo.i pblematis encycliis metuẽtes tremere:qm̃ deficit calor atq; cõtrahit:ex quo fit ut aluus pleriscq; ob tioꝛẽ soluat:hic illud satyrographi soluunt tibi cornua uẽtrẽ:cũ lituis audita:uẽtrem quoq; eoꝝ q metuũt crepe solitũ idẽ refert. SVCcussus sũ:susũ ex cussus agitatusq; p̃ formidie: succutere enim.& succussare est frequenter excutere succũ.unde succussores & succussatores eq dicti: q sesoꝛẽ cõcutiũt & uexãt ex gradu molesto & incõdito dissimiles gradariis:quoꝝ mollis ẽ gradus & sine succussatura.Lucilius succussatoris tardi rariq; caballi.idẽ cãpanus sonipes succussor nullus seq̃t.hic & succussatura dicta ipa agitatio uexatioq; q̃ fit ab equo succussore.gressũ quoq; ipsũ talis equi significat. AT bõa:irõicos.Terẽtius,ille ãt bõus uir nusq̃ apparet. BACchati diserpimus:dilaniamus more rituq; bacchãtiũ:q̃ furore bacchico extimulatæ oli orphea diserpserũt:& pẽthea obtrũcarũt.orgia.n.bacchi fiũt a bacchãtibus hocẽ furentibus fœminis.unde απο τησ οργησ.i.a furore orgia dicta sunt:unde & a bacchãtibus bacchum dictũ eẽ autumat diodorus.inde bacchari significat furere:Virgilius.iiii.eneidos.sæuit inops aĩ totamq; incẽsa p urbẽ bacchat.i. ut exponit Seruius furit more bacchãtũ.Loca quoq; in quibus sit debacchatũ bacchata dixerũt.Virgilius i scdo Georgicoꝝ & uirginibus bacchata lacẽis taygeta.plautus i aulularia bacchanal uocat locũ furoris & uesaniæ.sic scribẽs ad bacchas ueni i bacchanal cõqnatũ:& mox paulo apit baccbanal adest. MEMbris destinatis:deligatis.ppe peculiariter significat hoc apud Apuleiũ id uerbũ destinare sicut ifra frequẽter:iterdũ destinare significat emere.& idẽ qd p̃stinare:Lucilio plauto. REab se:corrigo reapse hocẽ re ipsa ut ueteres dicebãt pacuuius.si nõ ẽ ingratũ qd reapse feci.sensus ẽ ex re ipsa iquit magisq; ex fabulosa socratis sermocinatõe cognoui meroẽ merito noiari a mero .s. cuius eẽt auidissima. HIC:aristomenes. SALtẽ:particulã hãc saltẽ quidã autumãt.si aliter jdq; ipsum dici p defectionẽ.tãq; plẽa sñia sit si aliter nõ põt:fuerũt ẽt qui dicerẽt saltẽ dici.V.media littera extrita saluteẽ ante dictũ:qd nos saltẽ diceremus:nã cũ alia q̃dã petita & nõ ipetrata sunt.tũ solemus iquiũt quasi extremũ aliquid petituri qd negari minime debeat dicere hoc saltẽ fieri.aut dari oportere:tãq; salutẽ potẽtes.quã & ipetrari certe & obtineri sit æquissimũ.sed hæc Au.Gellio uidẽt eẽ cõmẽticia ideo ipse nihil habet religiõis priusq; iniecta gleba est tumulis . & tũc humatus uocat.& religiosa iura cõplectit.auctores.plinus &.M.Tullius libro secũdo de legibus:hoc gẽus sepulturæ tetigit.Virgilius.illo uersu.eripe me his inuicte malis.aut tu mihi terrã iniice.nãq; potes.in eãdẽ sñiam est illud Oratianũ: licebit iniecto ter puluere curras. PER iugulũ sinistꝝ:Plinius i.xi.terestiũ iqt solus hõ bipes . Vni iugulũi Hũeri cæteris armi:Duplex ãt ẽ iugulũ dextꝝ & sinistꝝ.Cor.celsus i.viii.a dextro iugulo.si id fractũ. ẽ ad alã sinistrã:a sinistro ad dextrã rursusq; sub ala sua fasciari debet.Oui.pq; lat⁹ sũmũ iugulo ẽ exacta sinistro.& qa iuguli locus maxie mortifer ẽ.ide fit iugulare qd nõ solũ de ferro dr.sed ẽt de morbo.idẽ celsus.q̃rtana neminẽ iugular.qd sit petere iugulũ i causis forẽsib⁹ i cõmẽtariis Suetõii leges explanatũ CApulotẽus.sic Virgi.& lateri capulo tẽus abdidit ensẽ.ẽ.n.capulus manubriũ gladii:ex eo dictus qd mãu capiat.tradit Pli.idos ex sardonyce gẽma capulos factitare.capulũ quoq; ueteres dici uoluerũt sarcophagũ.i.sepulchꝝ qd corpa capiat.Plau.i asinaria.ut osculat carnifex capuli decus & dicet mox Apuleius i.iiii.ibi capulos carie & uetustate cõtectos.qs ihabitãt puluerei mortui:ide capularis senex capulo dignus.& capulo pximus.Lucilius icedit capulare cadauer.idẽ plautus.capulare stamẽ appellat filum parcarũ pertinens ad Senem.& acheronticum hominẽ:sic enim ab eodẽ uocatur:qui iã iam acheronta & manes est ex senio petiturus.Quidam capulum accipiunt pro pheretro quo cadauera efferunt.

Frigidus Sudor.

Cor artẽ ludicram Cor lyenosum.

Succussatores eq

Succussatura.

Origa bacchi.

Bacchari Bacchanal.

Destinare.

Reapse.

Saltem

Humati.

Duo iuguli.

Capulus Capulat. stamen acherõticus.

Vterculꝰ. VTERculo. puſilum utrẽ ſignificat ſiue ueſicam. ſimiliter plinius uterculos uocat in apibus uentriculos. in quos congeritur mellis liquor aerius. STILla: gutta. interrogatus themius palemon quæ diferentia foret intergutam & ſtillam. gutta inquit ſtat. ſtilla cadit. ſtillaticiam reſinam Vocant q̃ ruſſo colore lenteſcit. ex eo opinor q̃ guttatim diſtillaret. A. Victimæ religione. i immolatione uictimarum ſolet uictimarius uiſcera interiora educere: ut aruſpex ex eorum contemplatu ac inſpectiõe prænoſcat prædicatq; futura. Quod diſciplinæ genus aruſpicinam uocant & extiſpicium. itidem nunc tã quam aruſpicina fiat expromitur ex interioribus uiſceribus cor Socratis. ſicut ex uictima reuellebat aruſpex. CONtubenalis mei. ſocratem ſignat. cum quo ſibi contubernalitas erat. ſic enim Cypria nus appellat ius contubernii.

Stillaticia Reſina.

Extiſpicium.

PROtulit: extulit in apertum. & ex penitioribus præcordiis exprõ pſit. TEli: mõ gladium ſignificat ut apud Virgilium. ſilium. & cæteros poetas frequenter uſurpatur: alias telum: quicquid lõge iaci poteſt ἀπο του τηλοθεν & ut ſcriptum reliquit Gaius iuriſconſultus ex interpretatione legum. xii. Tabularum. teli nomine ſignificatur oẽ quod manu mittit. unde lignũ & lapis. & ferrũ hoc noĩe continent. SPIritũ rebulliret: quaſi per bullas eſtuantes refunderet. Ebullire eſt ferueſcere & rebullire referueſcere. SPONgia effulciens: ſeptimus caſus eſt. & ſignificat panthiã ſpongia obturaſſe occluſiſſeq; ipſum uulnus. offulcire. n. eſt fulciẽdo ſarcire. ĩplere. obturare. SPONgia in mari nata: ſpongiarũ tria genera celebrant ſcriptores naſcunt ĩ petris: fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſime fouent: uulnerũ inflãmationibus ĩponunt. ſanguinis profluuiũ ſiſtunt ex aceto aut frigida. medici affricanas laudant: quarum firmius ſit robur & rhodiacas: q̃ ad fouendũ molliores ſũt. polybius auctor eſt: ſuper egrũ ſuſpenſã ſpongiã quietiores facere noctes. de his ſatis multa plinius in nono & in. xxxi. qui ſpongiã aĩal eẽ autumat: & inter aquatilia marina percenſet. ſenſus Apuleianus ẽ ait panthia o ſpongia q̃ marina es noli tranſire per fluuiũ: hac eſt cũ ad amnẽ bibendi cã acceſſerit Socrates. Egredere & exili: ne aqua amnica ſiue fluuiali cõtingaris: qđ infra factũ eẽ mõſtrabit. a ſpongia uerbũ fit ſphõgiare qđ ſignificat ſpongia extergere: quo frequenter utit apitius. VAricus reſidentes: auerbiũ eſt ſignificatq; cruribus diuaricatis diuiſiſq;: qđ fieri ſolet a fœmia micturiente. uaricare. n. ẽ crura aperire diungere extendere & in diuerſũ ſeparare: Quintilianus in. xi. uiaricare ſupra modũ & ſtãdo deforme eſt: & accedente motu prope obſcenũ. ide uarica fœmina dicta ab Ouidio q̃ nõ tã icedit q̃ ambulat gradibus prægrãdibus gradiẽs: qđ fœminã parũ decet: uerſus Ouidii ex poemate erotico hic eſt ambulat ingentes uatica fertq; gradus. Diuaricare quoq; ſignificat diſtẽdere & idiuerſũ ſeparare. qđ a proſtitutis meretricibus fit. hinc ait Hieronymus in epiſtola ad euſtochiũ. diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti. qđ tranſtulit ex ezechiele propheta. qui in iaſtrumẽto ueteri ſic inquit diuiſiſti: pedes tuos oĩ tranſeunti. & multiplicaſti formicatões tuas. Marcellinus. cruribus innexis diuaricatũ ſine ſpiramento ullo aduſq; prætoriũ traxere præfecti: uarri quoq; dicunt hoĩes obtortis plantiſ. unde & uarices uenæ dictæ in ſuris in uerſæ uel obtortæ. ut nonius Marcellus refert. M. Varro libro ſecundo de re ruſtica ſcribit canes eẽ debere cruribus rectis ac potiꝰ uariis q̃ uaciis. idẽ. M. Varro lib. y. latiæ linguæ ſi qs puerorũ inquit per delicias pedes male ponere atq; imitari uacias cœperit hos corrige oportere. ſi cõcidat, contra ſiquis conſuetudine ambulãdi iam factus ſit uacia aut cõpnis. uaciæ ãt. ut id quoq; Varronianũ uerbũ obiter explicemus cõtrarii ſunt uaris. & in exteriorẽ partẽ inflectunt. hic uaciæ apud romanos cognominati. ut refert plinius. quoꝝ. ſ. crura erãt obtorta. & ſeneca in epiſtolis moralibus meminit cuiuſdã ſeruillii uaciæ: qui nulla alia re q̃ ocio notus in uilla cõſenuit. & ob hoc unũ felix habebatur de quo dicere ſolebãt hoĩes ſynchroni hoc eſt cõtẽporanei o uaciatu ſolus ſcis uiuere. ualgũ ẽt itor tũ a ueteribus dictũ: & uatrax. & uatricoſus. qui erãt pedibus uicioſis. VEſicã exonerãt: onus ueſicæ eſt lotiũ ſiue urina q̃ exonerat micturiendo oĩa aĩalia: q̃ ueſicã habent aluũ ẽt habent: at uero q̃ aluũ habẽt nõ & oĩa ueſicã poſſident: humidi excrementi conceptaculũ ueſica eſt: ſicci aluus: auctor Ariſtoteles in primo de animalibus. ueſica membrana conſtatq; uulnerata cicatrice nõ ſolideſcit. in ueſica lupi lapillus reperitur qui ſirites appellat ueſicæ fœminæq; ut ait plinius iunctus uterus eſt: quam uulgo matricem uocant: ueſicæ morbum ſtrangluriam appellant: quo ueſica exonerari nõ põt & ægre lotium it: ſitque ſubſtillum. ita. n. appellat cato urinæ difficultatem. MAdore nomen: eſt a madendo inclinatũ. ut fluor a fluendo. ſe autem profluuio urinæ ueluti proſyphones emanantis madefactum ſignificat.

Vterculꝰ.

Stillaticia Reſina.

Extiſpicium.

Telum.

Offulcire

Spongia

uaricus.

uaricare.

uarica fœmina.

Diuaricabit.

uari.

uarices.

uaciæ.

ualgum.

ueſica.

Strangu/ria.

Subſtillũ.

Mador.

Patẽor. spõgiare Exaĩatus Exanim9 Auius. Auiũ dulcedo ducit auiũ. Lares. Lares. Vltroneas putere merces. Celicolæ Habitus. Habitudo. Habitissimus. strigosus

VT cũq; fata decreuerint: In hanc ſententiã ait manlius. fata regunt orbẽ. Certa ſtant omnia lege: utcunque fata decreuerint: ita cuncta mortalibus pro uenire. Nam & mihi & tibi: & cunctis hominibus mul ta uſu euenire mira: & pene infecta: quæ tamen ignaro relata fidem perdãt. Sed ego huic & credo hercules: & gratas gratias memini: q; lepidæ fabulæ feſtiuitate nos auocauit. aſperam denique ac prolyxam uiam ſine la bore & tedio euaſi. Quod beneficium etiam illum uectorem meum credo lætari: ſine fatigatione ſui: me uſque ad iſtam ciuitatis portam: non dorſo illius: ſed meis auribus prouecto. Is finis nobis: & ſermonis & itineris communis fuit. Nam comites utrique ad uil lulas proximas leuorſum abiere. Ego uero quod pri mum ingreſſu ſtabulum conſpicatus ſum acceſſi. & de quadam anu caupona illico percõtor. Eſt ne inq; hypa ta hæc ciuitas? Annuit. Noſtri ne Milonem quendam

Fato ſtat iupiter ipſe.

Tertullianus in apologetico ſcite inquit fato ſtat iupiter ipſe. Idẽ ſignificat græcus ille in hanc ſenten tiã uerſus. fatũ ſũmũ exuperat Iouẽ: ſignificãter aũt & proprie decreuerint dixit. eſt enĩ decernere cõſti tuere ex poteſtate. unde decreta fatorũ & ſiderũ dicta. Iulius firmicus frequẽs eſt in hac elocutione: ut dicat ſidera decernere fœlicitates infœlicitateſq; mortalibus. & Plinius ait. deo ſemel decretũ ĩ oẽs fu turos unq;. hinc ſenatus decretũ. quod a cõſulto helius gallus ſic diſtinguit. ut decretũ dicat particulã quãdã eſſe ſenatus cõſulti: ueluti cum prouincia alicui decernitur idẽ Firmicus maternus ait in pri mo. fatũ nobis uitæ ianuas pan dit. finẽq; uiuendi fatalis legis ne ceſſitas ſtatuit. Et nihil nõ poſitũ eſt ĩ fati poteſtate: Seneca quoq; libro de mũdi gubernatione. fa ta inquit nos ducũt. & olim cõſti tutũ eſt quid gaudeas quid fleas.

Decerne re quid.

Senatus decretũ & conſul tum.

VSV euenire. Cõtigere. EVE nire. Archaiſmos eſt. PEne infe cta. Quaſi nunq; prius facta. & ob hoc icredibilia. HERcules: Cer te. medius fidius: aduerbiũ eſt iu ris iurãdi quod me Hercules dici tur quod ſolis uiris cõuenit: Fœ mine enĩ per Herculẽ nõ iurãt. & Herculaneo ſacrificio abſtinent. de quo in cõmentariis Propertii copioſius. AVOcauit. Amouit abduxit. abſtraxit a ſenſu laboris per uoluptariã ſermocinationẽ: Comes enĩ facũdus ut inquit pub lius mimographus. In uia pro uehiculo eſt. Auocare enim eſt remouere alienare. auertere. Virgilius. oblectat hortus auocat paſcit tenet. Caliſtratus iuriſcõſultus. Titulo de nũdinis. cũ auocẽtur iqt agro tũ cultores. ab opere ruſtico. & Põponius ait. Cũ cõſules auocarentur bellis finitimis. VECTOrem meũ: equũ ſignificat. qui merito letatus eſt ſe tantiſper exoneratũ fuiſſe ſarcina ſeſſoris ſui. dũ ille pelle ctus feſtiuitate fabulatoris ſititorq; audiendi prouectus eſt uſq; ad hypatã. MEIS auribus: Auribus prouehi dicimur elegãter & feſtiuiter quãdo audientes aliqd auditu dignũ & delectabile laborẽ pedũ nõ ſentimus tãq; aures nos uehãt nõ pedes. Dixit olim xerxes perſarũ rex animũ in auribus hominũ habitare: qui bene audit uoluptate perfunditur qui uero male is perturbat & excãdeſcit. FINIS ſer monis & itineris: Conſimiliter Oratius brunduſium nobis finis Carthæq; uiæq;. LEVorſum abie re: Siniſtrã partẽ petierũt: leuorſum enĩ ſignificat ad leuã partẽ. aduerbiũ eſt. ſicut & ſiniſtrorſum. Ora tius ille ſiniſtrorſum hic dextrorſum abit. Aliorſum dixit Cato & illorſum pro in aliã partẽ & in illam partẽ. INgreſſu. Pro ingreſſui Caſus dandi eſt. quo ita uſi ſunt ueteres. ut dicerẽt uictu p uictui. Anu dominatu pro anui & dominatui: Et cætera his cõſimilia. Lucilius quod ſumptũ atq; epulas uictu p ponis honeſto: Virgilius quoq; in georgicis ait quod nec cõcubitu indulgent. Idẽ teq; aſpectu ne ſub trahe noſtro. Cæſar dictator in anticatone unius inquit arrogantiæ ſuperbiæq; dominatuq;. Caput eſt apud gelliũ in quarto noctiũ atticarũ ſup hac re ſcienter cõditũ & grãmatici obſeruauerunt. STA bulum. Cauponã hoſpitiũ de quo ſupra. ET de quadã anu. Splendida locutio eſt ut dicamus percõ tor de te. Quero de te. pro a te ita. M. Tullius decẽter uſurpat. Quæſiui de mea tullia qd egiſſet: Ita uete res oẽs frequẽter locuti ſunt. Oratius in ſecũdo ſermonũ. Quærit de pueris nũ ſit quoq; fracta lagena. CAVpona: Cauponã tã mulierẽ dicimus q̃ tabernã: ut docet Priſcianus in quinto καπηλου hoc eſt Caupones appellat. Plato in ſecũdo de re publica qui ſe in foro ad uenditionẽ emptionẽq; conſti tuunt quos neceſſarios eſſe ait in ciuitatibus magnis beneq; inſtitutis: idem tamen in libris de legi bus interdicit ciuibus Cauponationẽ tanquã tota hæc res p peregrinos ſit exercenda: iuriſconſultus Titulo de nundinis meminit Platonicæ ſententiæ de cauponationibus. PERcontor. in rerrogo p quiro. uerbum eſt a conto deductũ quo nautæ utuntur ad loca nauibus oportuna: & ita ſcribitur p. o ſi uero pereunctor ſcribatur per. u. &. c. tunc dicitur ab eo quod a cunctis perquiratur. auctor Dona tus in Ecyræ cõmentario. ANnuit. nutu id eẽ ſignificauit: inter annuere & nutare. & nictare ueteres hoc intereſſe uoluerunt: ut annnere ſit narium uel labiorum: nutare capitis: nictare oculorum: & ita grãmatici uerſum illum Plautinum ex aſinaria interpretantur: Nec illa ulli homini nutet nictet. An nuat: ſed hæc grãmaticorũ ſubtilitas ſcrupuloſior eſt q̃ uerior. annuere enĩ eſt ipſo capitis nutu appro bare affirmareq;: Cuius contrarium eſt renuere. Vnde nutus & renutus. Plinius in primo epiſtola rum nam ego ſimili nutu & renutu reſpondere uoto tuo poſſum. græci dicunt νευω και αμαρευω.

Auocare

Aium in auribus habitare.

Leuorſũ. aliorſum

anu pro anui.

Quæro de te.

caupona caupões.

Caupo natio.

Percõtor

annuere

Nutare.

Nictare.

Renuere renutus.

EX primoribus:summatibus.& primi ordinis hominibus. ARrisit:quia scilicet Milonẽ e ptimo tibus hypatæ appellaueram. PRImus istic:ironicos dictum.cũ a contrario significare uelit infimũ & sordidum fuisse milonem:nec inter hypatinos ciues numerandum:cum esset exopolis ideſt extra muros urbis habitaret. EXtra pomerium:pomerium locus est circa murum: quem in condendis urbibus consecrabant.quod spatium neq; habitari neq; arari fas erat.cuius uerbi uim solum intuentes post mœnium interpretantur esse:Sed ut ait Liuius non magis quod post murum esset q̃ murus post id pomerium Romãi appellauerunt:pomerium augures romani ita diffinierunt:pomerium est locus intra urbem effatus p totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus qui facit finem urbani auspicii.ex septem urbis mõtibus auentinus solus extra pomerium fuit:quasi ominosus quod in eo monte remus auspicauerit aues q; irritas habuerit superatusq; a romulo in hospicio sit:uel ob id quod plebs eo secessisset:ut innuit seneca i libro de breuitate uitæ mos fuit apd antiquos proferre pomerium agro nõ prouinciali sed italico acquisito.legimus apud historicos seruiũ tulliũ regẽ romanũ luciũ syllã dinũ iuliũ diuũ augustũ protulisse pomeriũ:claudius quoq; ut inquit Cornelius tacitus pomeriũ urbis auxit more prisco:quo his qui protulere imperiũ etiã terminos urbis propagare dat. PArens optima:nomẽ ueneratõis:quo anũ cauponã appellat. VIdes ne inquit:dicticos est.demõstrat.n.mãu & gestu milonis diuersoriũ. ALtrinsecus:in altio ri parte uel ex altera parte uel potius ex utraq; parte.hoc.n.significat altrinsecus apud auctores. ANgiportũ:quod exitũ nõ habet:hac peruiũ nõ est id angiportũ appelarunt quasi angustũ ab angẽdo & portu.auctor.M.Varro in adelphis ait Terentius:id quidẽ angiportũ nõ est peruiũ.ideſt ut expõit Donat° angusta & curua uia quasi angiportus:ut angicia:alii qd inter portus sit locus angustus:hoc ẽ inter domos quas uel portus uel insulas ueteres dixerunt.de insulis in hoc significatu satis multa apud Suetoniũ.Oratius dixit angiportu tanquam nomẽ sit quarti ordinis sic enim ait in sapphico carmine. flebis in solo leuis angiportu.ubi cõmentatores exposuerunt angiportũ dici uicũ sine exitu angustũ & flexuosum in modũ anguis. DIuersat:habitat colit. AMpliter nũmatus:bene nũmatus græce dicit polycrematos & polyplusios:quod genus ait plautus eẽ honoratissimũ in captiuis. ET sordis infimæ ueteres hoies & deparcos merito sordidos appellant.cũ auaritia ad incuriã usq; corporis crassef:ut per illã unã neq; uirtutis neq; uiriũ.neq; corporis.neq; animi adsit cura:uictus autẽ sordidus a tenui uictu distabit ofello iudice ut ait Oratius. SVB arrabone auri:sub pignore arrabonem pignus ueteres dixerunt.quod alio nomine arram.Terentius ea relicta huic arraboni est pro illo argento:claudius quadrigarius in annalibus arrabonem dixit obsides & id maluit quam pignus dicere:quoniam uis huius uocabuli in ea sententia grauior acriorq; uisa est:ut curiose persitat Au. Gellius: sed nunc arrabo: ut idem gellius autumat in.xvi.in sordidis uerbis haberi ceptus ac multo rectius uidetur arra.De arra frequens est mentio apud iurisconsultos:& uersiculus ille notissimus:utilis hæc arram si dederitis erit.& nunc uulgo ita usurpatur.cum in quotidiano sermone negociatorum sit.da arram pro pignus plinius in.xxxiii.nõdũ inquit erat arra uelocior de annulo loquens.q ad sponsiones exilit:& p pignore opponitur:de arrabone ait.Marcus. Varro hac.arrabo sic dicta ut reliquum reddatur hoc uerbum a græco ἀρραβὼν. EXIGVO lare:domuncula & tuguriunculo:hoc proprium est diuitis sordidi:ut exiguo lare includatur:dissimulator opulentiæ simulator inopiæ. Saturnus auctore Firmico materno si fuerit in secundo signo ab horoscopo per diem reddit absconsos latentes & animo pauperes:& habere se aliquid semper negantes. infruniti est inquit seneca iactare diuitias. Timidi abscondere.

ERVgini intentus:rei nummariæ incubans inhiansq;.eruginem.n.pecũiam intelligi uoluit:quæ ex ære fit.ita Oratius ad hæc animos erugo & cura peculi cum semel imbuerit:iuuenalis si reddat uetera rem cum tota erugine follem:est autẽ erugo proprie rubigo æris sicut ferrugo ferri:eruginis magnus est usus pluribusq; fit modis.ut docet plinius noster in.xxxiiii.Vitruuius quoq; in.vii. ait ex lamellis æreis in aceto obturatis fieri eruginem:cum autem ex ære signato sit nummi usus & pecuniæ. unde & ærarium & tribuni ærarii:& æra militum & obærati dicti:hinc fit ut erugo quoq; pro ipsa pecunia accipiatur: cruda erugo uulneratiis emplastris miscetur & callum fistularum erodit. CALAmitatis: auaritiæ;Quid enim calamitosius auaro:qui in omnes malus est in se pessimus: cui tam deest quod habet:quam quod non habet:qui inter opes inops degit uitam calamitosam.

Exopolis.

Pomeriũ

Auẽtius. extra pomerium.

Mos proferendi pomeriũ

Altrinsecus.

Angiportum.

Domus. portus.insula.

Polyplusios.

Arrabo Arra.

Aerugo.

PRAEter unicã ancillulã:consimiliter Lucianus in asino aureo tradit se usum eẽ hospitio hypatini hipparchi:qui ωιαν θερρα παιμην τρεφει και την αυτου γαμετην μομας ideſt ancillam & uxorẽ solas domi alebat.cũ esset ut ipse ait φιλαργυρωτατος ideſt auariſſimus mortaliũ. BEnigne & perſpicue:liberaliter & nitide aduerbia ſunt ironicos legendũ. NEC nidoris nebulã:in domo auari & ſordidi nunquam culina colit nec edulia lautiora diſcoquunt:quoꝝ nidor nares pmeat:plautinus euclio.aridior pumice diuũ atq; hoium inclamat fidẽ de ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras .idẽ minitans ſtaphilæ aniculæ iqt.ſi ignis uiuet tu extinguere exemplo.eſt autem nidor.odor qui ex edulis coctis olfactum excitat:intantum ut quandoq; deſideremus illud Catullianum.Quod cum olfacies deos rogabis.Totum ut te faciant fabulle naſum.de nidore epularum illud celeberrimum.Captũ te nidore ſuæ putat ille culiæ.græce dicitur:κνισσα.ut illud homeri ex pria iliados rhapſodia κνισσι λουραμομικεμ ελισσομενμη περι καπνω.iterdum nidor,putore uſtrinæ accipit.ut apd Virgilium occupat os flammis.illi ingens barba reluxit.Nidoremque ambuſta dedit. MOdico ſecus: non longe a caupona. OPpeſſulatam:clauſam & peſſulis imiſſis munitam. PVLſare uocaliter.Morem expreſſit uſitatiſſimũ ut ſcilicet qui pulſat hoſtium etiã forinſecus inclamet. Lucianus. εγωκο πτωπροσελθωμ τηθυραν.ego accedenſ ianuam pulto.

Philargyrotatos.
Nidor

præter unicam paſcit ancillulam.& habitu mẽdicantis ſemper incedit. Ad hæc ego riſu ſubiicio:benigne inquam:& proſpicue Demeas meus in me conſuluit:qui peregrinaturum tali uiro conciliauit:in cuius hoſpicio;nec fumi;nec nidoris nebulam uererer.& cum dicto;modico ſecus progreſſus hoſtium accedo.& ianuam firmiter oppeſſulatam pulſare uocaliter incipio. Tandem adoleſcentula quædam procedens. Heus tu inquit:qui tam firmiter fores uerberaſti:ſub qua ſpecie mutuari cupis? An tu ſolus ignoras:præter aurum argentumq; nullum nos pignus admittere? Meliora inquam ominare:& potius reſpõde:an intra edes herũ tuum offenderim? Plane inquit.ſed quæ cauſa queſtionis huius? Litteras ei a corinthio Demea ſcriptas ad eũ reddo.Dũ annũcio iquit:hic ibidẽ opperi minor. et cũ dicto rurſũ foribꝰ oppeſſulatis intro capeſſit. modico deinde regreſſa:patefactis edibꝰ.Rogat te iquit.iutili me. eũq; accubãtẽ: exiguo admodũ grabattulo; & commodum cenare incipientem inueni o.aſſidebat pedes uxor:

SVB qua ſpecie mutuari cupis ſub quo pignore:quorum multæ ſunt ſpecies:uſus eſt uerbo iuriſconſultoꝝ.qui ita ſcribunt titulo de rebus creditis mutuũ damus recepturi nõ eandẽ ſpeciẽ quã dedimus.alioquin aut cõmodatũ erit aut depoſitũ.ſed idẽ genus:hoc aũt iõ dixit puella:tãq; nullus unq; accederet domũ milonis niſi qui pecuniã mutuaticã:uel potius fœnaticiã oppoſitis pignoribus ſumere uellet:mutuũ aũt a fœnore hoc diſtat.qd mutuũ ſine uſuris fœnus cũ uſuris ſũmit.hinc ait plautinus amator in aſinaria:nã ſi mutuas nõ potero certũ eſt ſũmã fœnore.paulus iuriſconſultus mutuũ ait appellatũ ab eo qd de meo tuũ fit:mutui datio conſiſtit in his rebus:quæ pondere numero menſuraue conſiſtunt.mutuari aũt nõ ſignificat mutuã pecuniã dare ut ſemidocti litteratores opinãt:ſed mutuũ ſumere.Macrobius ait de Virgilio.quod.ſ.ad excolendũ ſe q̃dã ab antiquioribus mutuatus ſit.i.mutua uſurpauerit.& hæc eſt proba & erudita eloquutio.aduerbiũ ẽ mutuo uſitatiſſimũ:eſt & mutuiter minus frequens:qd idẽ ſignificat:Varro uiue meq; ama mutuiter. MEliora ominare:nõ ſolũ deoꝝ uoces pithagorei obſeruauerũt:ſed etiã hoium.q̃ uocãt omĩa:q̃ maiores noſtri ut ait.M.Tullius plurimũ ualere cenſebant:ideo ait Apuleius ad ancillã:dic quæſo meliora uerba.itidem apud Macrobium:bona uerba quæſo prætextatus ait.antiqui ominare:& ominari dixerũt in eadẽ ſignificatõe Põpõius ita ſit & tibi bñ q recte ominas:ẽ ãt ominari quaſi uerbis diuinare & augurari. Offenderim inuenturus ſim. Quæſtionis:inquiſitionis.Terentius.caue in quæſtione ſis.

Mutuũ dare.
Mutuo
Mutuiter.
Omina.
Ominari

A corinthio demea:imitatur Lucianum qui ad hoſpitem hipparchum litteras decriani ſophiſtæ deferebat. OPEriminor:elegantius leges operitor:quod ſignificat expecta & præſtolare. MOdico deinde.poſt paulum. ACcubantem:accubare uerbum eſt conuiuale.Marcus Tullius qui mihi accubantes inconuiuiis:fuit enim mos priſcorum ut cubantes in lectulis cenitarent:qui mos apud græcos Turcaſq; hodie quoq; eſt uſitatiſſimus:unde diſcumbere & accumbere & accubare recumbere uſurpata.ſcribit Valerius maximus fœminas cum uiris cubantibus ſedentibus cenitare conſueuiſſe.

Accubãt.
Fœmine ſedentes cenabãt.

COMmodum:tunc tunc id horæ eo momento de hac dictiõe in ſuperioribus ſatis multa. EXI guo grabattulo:Lucianus conſimiliter κατεκειτο επικλινιδιουστερου ideſt diſcumbebat in lectulo admodum Anguſto. ASSIdebat pedes:ſedebat ad pedes.ego autem corrigo penes pro pedes. ut ſignificet uxorem penes ideſt iuxta maritum milonem aſſediſſe:conueniatq; cum uerbo Luciani qui ait γυνηαυτουκαθηστοπλησιον.ideſt uxor autem ipſius prope aſſidebat.

Clinidiõ lertulus

MENsa uacua: ex luciani filis textura concinnatur. ille. n. ait καὶ τράπεζα ὠμὴ ἐπεκεῖτο. i: mensa nihil continens adiacebat. BEne ego: quasi dicat gratias ago pro hospitio oblato. ILlico: statim. EIS: lege ei scilicet Miloni. PROsperiter: legendū properiter: quod significat propere & festinanter. catullus animula miserrima properiter abit. EAM: corrige etiā. VErecundia contantē. pudor & uerecundia hoies facit contabundos & renitentes. nec nō fari prohibemur ex pudore: unde nō in eleganti epitheto dictus infans ab oratio. quia nos infantes efficiat & mutos. infans nāq; pudor prohibebat plura profari. LAcinia: ueste de lacinia & lacinioſa conualle iā dictum est. Pudor infans.

& mensa uacua posita: cuius monstratu: En inquit hospitiū. Bene ego. & illico ei litteras Demeæ trado. Quibus properiter lectis: amo inquit meum Demeam: qui mihi tantum conciliauit hospitem. Et cum dicto: iubet uxorem decedere. Vtq; in eius locū assideā: iubet: meq; etiam nunc uerecundia contantem: abrepta lacinia detrahens: adside inquit istic. Nam præ metu latronum: nulla est fibula: anne sufficientem supellectilem parare nobis licet. Feci. Et sic: ego te inquit etiam de ista corporis speciosa habitudine: deq; hac uirginali prorsus uerecundia: generosa stirpe proditum. & recte cōiicerem. Sed & meus Demeas eadem litteris pronūciat. ergo breuitatem Gurgustioli nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens: & ecce illud cubiculum. honestum receptaculū: fac libenter diuerseris in nostro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris: & tibi specimen glorioſū arrogaris. sis contentus lare paruulo: Thesei illius NVLla est fibula. cā reddit cur uocauerit apuleiū. ut assideret in uxoris sella: quoniā inquit nihil satis clausum satisq; munitū est abī cursu latronū. qui nullas nobis sellas reliquas fecerunt: & ita fibula accipiet pro claustro & obiice: sed elegantior lectio est & uerior. Sellula siue sessibula: ut sit sēsus nullā aliā domi suæ sed sellā siue sedile p̄ metu latronū qui sunt in cā ne supelex idonea pareat. est. n. sellula diminutiuū a sella quasi parua sella: sedes autē & sedile & sella & subselliū & soliū a sedendo dicunt. d. littera in. l. conuersa. M. Varro & Festus pōpeius auctores. selliquastra quoq; sedilia ab idoneis scriptoribus appellāt a sedendo & ipsa dicta: higinus cassiopea sedens in selliquastro collocata est: idē alibi ait iter sidera sedēs ī selliquastro cōstituta ē. mēda ēī codicibus īpressis ī quibus passim legit silliquastro p̄ selliquastro. magna. n. diferētia ēī significatu iter silliquastr̄ & selliquastr̄: quis ī scripto sit pusillū dissidiū. ē. n. selliquastr̄ ut iā docuimus sedile: silliquastr̄ uero herba ē hortēsis: q̄ alio noie piperitis appellat cuius meminit. plinius ī. xix. & ī. xx. libro naturalis historiæ. FEci: ut iussit milo. assedi ī uxoris sella. qm̄ icidit mētio sedilis. declarādū ē Gellianū uerbū: ī quo pleriq; oēs hesitāt. ī decimo octauo noctiū atticarū sic scriptū ē: offendimus eū cubātē ī symphodio greciēsi: tu lege ī scimpodio & expōe ī sedili uel potius i grabatulo. græci. η. σκιμποδα uocāt scabellū & grabatū: cuius diminutiuū ē scimpodiō Lucius. τῶ σὲ παιδί σου σκιμποδιον αὐτου παραθησω. i. seruo tuo grabatulū ipsi cōueniēs apponā. ET sic: lege & si uerba sunt milōis ad Luciū. VIRginali uerecūdia. laudamus ī iuuene uerecūdiā ē. n. uirtutis color. plautus adolescētē decet eē uerecūdū. argyripe. sed ī sene ut ait Aristoteles ī. iiii. ethicorū dignā laude nō ē: cū nō oēm deceat ætatē uerecūdia. optimū autē uerecūdiæ epithetō ē ut uirginalis appellet. ē. n. uirginū prope peculiaris pudor. claudiāis flāmea sollicitū puelatura pudorē Maro quoq; de lauinia uirgie scribēs affectū naturalē decēter expressit flagrātes perfusa genas cui plurimus ignē subiecit rubor & calefacta per ora cucurrit. REcte cōiicerē: cōiectarē & cōiectatorie cognoscerē. EAdem te: scilicet eē generosa stirpe genitū. GVRgustioli: tuguriūculi casulæ domūculæ. gurgustiū. n. cuius diminutiuū ē gurgustiolū significat genus habitatōis angustū: a gurguliōe dictū. DIgnatōe tua: domus nō solū domino honestat: sed etiā hospitū dignitate nobilitat hodieq; gloriari solemus domi nostræ fuisse hospites illustres. ut uerū sit illud sidonii gloria magna uiri gratia patua loci. SPEcimē arrogatis: gloriā tibi uindicabis ex humanitate qm̄ laudaberis nō spreuisse tenue hospitiolū. CONtētus lare paruulo. in hāc sentētiā est illud uirgilianū: aude hospes cōtēnere opes & te quoq; dignū finge deo: rebusq; ueni nō asp egēis. & illud nasōis subiere mīores sæpe casas superi. THEsei illius cognominis patris tui. Hīc liquet patrē Apuleii appellatū eē theseū: ē autē sensus si hospitiolū meū nō spreueris: uideberis eē imitator thesei illius īclyti & famigerati q̄ oli nō erubuit uti hospicio hecales rusticæ uetulæ: q̄ illi apposuit olera uel potius herbas siluestres pro eduliis ueluti sonchō & crethmō ut scribit Callimachus. & rettulit. plinius: corrige autē pro ales anus hecales anus sicut in libro annotationum corrigēdū eē docuimus. hæc ē illa hecale: q̄ in carmie obscēo signat cū ait æqualis tibi quā domū reuertens theseus repperit in rogo iacentē. hecales meminit & plutarchus in theseo. de hac opinor intellexit Ouidius in libris de remedio sic scribens. cur nemo est hecalen nulla est quæ ceperit Irtū. Nēpe qd alter egens. Altera pauper erat. scio in codicibus Ouidianis hecatem legi non hecalen. Sellula. selliquastra. Silliquastrum. Locus Gellii de scīpodio. Virginalis pudor Gurgustium. Hecale hospes thesei.

Cognomines. COgnominis.cognomines dicuntur eiusdem nominis.ut docet Seruius enarrans illud Virgilianum. Gaudet cognomine terra. hinc plautus in bacchidibus. quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines. Theseum appellat cognominem patris Apulei.quia & ipse pater dictus est theseus.

Emulare EMVlaueris.imitatus fueris.locutio uetus antiquitus enim emulare pro emulari dicebatur sicut luctant dixerunt pro luctantur.& præliant pro præliantur.& conuiuant pro conuiuantur.& hoc genus prope infinita.quod multorum exemplis satis liquet & grammaticorum obseruatione declaratur.

Emulatio. Emulari autem est imitari.& inuidere. Vnde emulatio dicit imitatio uirtutis cū laude. est & egritudo si eo quod quis concupiuerit alius potiat ipse careat. PHOtis.apud Lucianum ancilla hospitis hipparchi palestra non inscite appellat. Tanquam omnis luctæ uenerie scia.& gnara.photis uero Apuleiana uideri pōt dicta απο τουφωτος quod significat lucē. & lumen tanq̄ esset lucida puella & ardescens in uenerem. CVM fide conde.fideliter repone. IN illud cubiculum.Lucianus græce inquit. δος κοιτωμα. i. da cubiculum.interpres Luciani hallucinatur interpretatus da tunicam uidelicet deceptus ꝓximitate uocis & litteraꝝ. si quidem græce χιτωμ est tunica κοιτωμ uero cubiculū.in significatu autē tam distat κοιτωμ & χιτωμ quantū hypāis ueneto dissidet eridāo. EX prōptuario. cellariū significat.exquo promūt usui necessaria a promēdo dictū:sicut & ꝓmos dici uoluerūt ministros qui ꝑsunt cellæ prōptuariæ ut promāt de intus usuaria.sicut cōdos qui cōdāt auctor fulgētius placiades.hinc plautinū illud sum promus cōdus procurator peni Apuleius in apologia promū librorū elegāter uocat ministrū a libris symachus prōptuariū decenter appellat ingeniū perinde ac repositoriū Thesaurū; doctrinaꝝ. uerba symachi ex epistolis hæc sūt utinā mihi falsis laudibus blādiaris cū ais aliqd ex nostro desiderare prōptuario: plautus dixit carcerem prōptuariā cellā. VNctui:ad ungendū.in balneis.n.oleo corpora perungebāt:Quod in lecytho cōtinebat.sic.n.uocauerūt ampullā olearia:quā cyprianus capsacē noīat iuuenalis guttū.cuius meminit. M.Tullius in libris de finibus:& nos scripsimus in libro annotationū:loti distringebāt strigilibꝰ mox tergebāt linteis q̄. M.Varro appellat termētaria qd corpore terāt:de qbus epigrāmatarius poeta:non tā sæpe teret lintea fullo tibi. TERsui:ad tergēdū plinius in epistolis:nā dū distrigit tergit q; audiebat aliqd aut dictabat. Eldē usui:scilicet balneatorio.ad balneare autē instrumētū pertinebāt & strigiles: de qbus plurima mētio est apud scriptores. OCIter.uelociter. SAtis arduo itinere fatigatus:Lucianus πεμπε αυτον εις βαλαμειον:ου χι μετριαν γαρ ελη λυθε ροδον produc inqt ipsum ad balneū.nō.n.paruā uia cōfecit. ITIneris ubiq;:in oī itinere.sic.n.dicimus ubiq; locoꝝ.ubiq; gentiū:ipse alibi dixit qd minus frequēs est ubiq; imaginū pro in oībus imaginibus. STRenue nauiter.& perniciter.strēua mors dicit a curtio.q̄ cito cōficit. ORdeū emito:Luciāus κριθιδιον τιμης εις τον ιππον.i.preciū ordei pro equo.græce.n.κριθος dicit ordeū:& υποκοριστικως κριθιδιον quasi ordeolū ordeum autem quadrupedum refectibus uita tradidit:ut auctor est plinius iuuenalis & infundens iumentis ordea lassis.ex ordeo fit ptisana Hippocratis preconio celebrata.apud indos panis ex ordeo precipuus fit:& gladiatorum cognomine.qui ordearii uocabantur apparet. antiquissimum in cibis ordeum fuisse:ex quo polentam græci præcipuam conficiebant.de panibus ordeaciis meminit Gallenus libro de alimentis primo.plinius sic ait.panem ex ordeo antiquis usitatum uita damnauit.

Photis unde.

Error luciani interpretis.

Prōptuarium. promos. Condus Prōptuaria cella Lecythꝰ. Capāsce. Guttus Terrēta ria.

Vbique imaginū Strenua. Mors. Ex ordeo ptisana. Ordearii gladiatores.

FORVM cupedinis: numerius cupes siue cupedius.& Macellus consules Romani ob latrocinium damnati actique in exilium sunt: bona eorum publicata.& edes dirutæ: ibique edificatus est locus. in quo uendebantur ea. quæ uescendi causa in urbem erant allata: itaque ab altero macellum. ab altero forum cupedinis appellatum est. Auctores Marcus Varro:& Donatus: Alii a cupidita te forum cupedinis dici Autumant locum ubi esculenta & poculenta uenerunt. Alii forum piscarium hoc nomine significari tantummodo arbitrantur: de foro cupedinis Festus Pompeius cæteri: inde cupedinarii: quorum meminit Terentius dicti omnes qui esculenta uendunt & pocu-

Forum cupedinis macellū. Cupedinarii.

cognominis patris tui uirtutes emulaueris: qui non ē aspernatus Alesanus hospitiū tenue. Et uocata ancilla. Fotis īqt sarcinulas hospitis susceptas cū fide cō dē illud cubiculū. Ac simul ex promptuario oleū unctui: & lintea tersui: & cætera hæc eidē usus profer ociter. Et hospitem meum produc ad proximas balneas. satis arduo itinere: atq; prolixo fatigatus est. His ego auditis: mores atq; parsimoniam ratiocinās Milonis: uolensque me artius ei conciliare. Nihil inquam rerū istarum: quæ itineris ubique nos comitantur: indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Plane qd est mihi summe principium: æquo qui me strenue peruexit: fenum atque ordeum: acceptis istis numulis tu Fotis emito. His hactis: & rebus meis in illo cubiculo conditis: pergens ipse ad balneas: ut prius aliqd nobis cibatui prospicerē: forū cupedinis peto. Inq; eo

lenta.Symachus forum cupedinarium appellat.Coempta iquit ex foro cupedinario: Cupedias Antiqui lautiores cibos nominabant.siue a cupiditate.siue a cupidinis foro.Au. Gellius inseptimo. atq; has undiq; uorsum indagines cupediarum maiore detestatione dignas censebimus. Idem in sexto. Conuectabamus ad cenulam non cupedias ciborum.Sed argutias questionum. Marcus Tullius ut sentit Nonius cupediam dixit pro cupeditate. Cum ait in Questionibus Tusculanis. Auaritia ambitio.Mulierositas.Peruicatia.Ligurritio.Temulentia.Cupedia & si qua sunt similia:sed quod cū uenia Nonii dictum sit.Cupedia dicitur a Cicerone non simpliciter quecunq; cupiditas. Sed opinatio uehemens de ganea. tamq; lautiores cibi sint ualde expetendi.Forū aūt a ferēdo dictū. quo ferūt. quæ uēdere uelit: ubi qd generati: Additū ex eo cognomē. ut forū olitoriū.Forū piscariū. Forū boariū PIscatū oppiparē: Pisces copiosos & pretiosos.opiparum enim copiosum significat. opipare epoiose & abūdanter.Marcus Tullius in tertio officiorum opipare a pythio apparatum conuiuium: dicitur opiparus & opiparis.In secundo & tertio ordine. INDicaret: Extimaret. & ut uulgo dicitur appretiaret: utendum enim interdum est uulgaribus uerbis & uernaculis dictionibus ad rem dilucidandam. Iuxta græcū uetus uerbum & peruulgatum quod ait. ἁπλούστερον πόσ εἰπε καὶ σαφέστερον hoc est indoctius loquere & apertius.Indicare autē uerbum negotiationis est & rebus uenalibus accomodatum.Quod in mercibus distrahendis usurpatur:quando ille cuius est merx precium facit rei quam uenundat.& in hunc signficatum accipiunt latinissimi uetustissimiq; scriptores: Plautus in aulularia. Venio ad macellum rogito pisces.Indicant caros.Idem in persa indica fac precium: & mox age indica prognariter.Marcus Tullius in tertio de officiis.cum postulasset ut sibi fundus.Cuius emptor erat semel indicaretur.Idq; uenditor Ita fecisset dixit se pluris estimare: Nonius marcellus parum prospicienter pensitauit uerbum Ciceronianum.exponens indicare pro addicere & promittere: cum non tam uendere significet.q̄ estimare & precium facere rei uenalis:quæ res proprie pertinet ad uenditorē ut ipse dicat quanti mercē suam uendat:unde ait Plautinus leno in persa. Tua merx est tua indicatio est.ubi indicatio accipitur pro estimatione ac precio.& ut dici solet appreciatione:quæ & idicatura nominatur:Plinius in prohemio.Na.historiæ:hæc fidutia operis hæc est indicatura. Itē libro nouissimo: neq; est hodie murrini alterius prestantior indicatura.Idē in uigesimo octauo signate ut omnia iquit Eadē ex causa emilyenē uituli quāti indicatus sit iubēt: Quod significat quanti estimatus.& quautum a uenditore precium petitū sit:Sed ut ad Apuleium reuertamur:sensus est piscatorem petiisse centum nūmos pro precio piscatus expositi:quod cum immodicum Apuleio uisum foret emit piscículos uiliores precio uiginti denariorum: PREstinaui.Expone emi: ut supra. COMmodum: Ipso eodemq; tēporis momento. CONtinuatur:subsequitur. APVD athenas atticas:Emphaticoteron.atticas dixit.uel differētiæ causa:Cum Trinæ fuerint athenæ:ab una dicti athenei.ab altera atheniēses.a Tertia atheneopolitæ.auctor Marcus Varro in libro de analogia primo. INuadit:Aggreditur.& in bonam partem accipitur. COMmiter:Hilare.Suauiter:benigne. MIluci: Pernomē apuleii est Lucius. quo prisci nominatim quempiam appellantes utebantur. Oratius quinte puta ant publi gaudent pernomine molles auriculæ:eos qui luce nati essent lucios dicebant:sicut manios qui mane:auctor Marcus Varro in libris de Analogia.pueris non prius q̄ togam uirilem sumerent. puellis non ante q̄ nuberēt pēnomina imponi moris fuisse auctores tradunt. Liber homo ut Quintilianus docet pēnomen. Nomen:cognomen:tribum habet:hinc a Iuuenale dictum est tamquam habeas tria nomina.hoc est tamquam liber sis & ingenuus.Cui sententiæ subscribit illud Ausonii tria nomina nobiliorum. Romulus & Remus conditores urbis Romæ neque prenomen ullum neque cognomen habuerunt. SAT pol diu: Satis longum tempus est: & interponit iusiurandum pol. quod significat certe quasi per pollucem Deum.sicut edepol.Quod iusiurandum ut inquit Gellius. & uiro & fœminæ commune est.quamuis Marcus Varro asseueret Antiquissimos uiros neque per Castorem neque per pollucem deierare solitos.sed id iusiurandum fuisse tantum fœminarum. INTERuisimus: Quasi ex interuallo inuisimus:Alias interuiso significat totum uideo. hæc enim particula inter totum significat: ut itercipit apud Terentium:pro totum: capit.Interbibere apud Plautum pro totum bibere.Interlegere uero agricolationis scriptoribus est poma per iteruallа decerpere ne turba oneret parētem: Palladius si spissa poma ramos onerabūt interlegēda sunt queq; uitiosa. ut alimētum cæteris succus æquiparet. HERcules:mediusfidius.Hercules me hercules.Iusiurandum. per herculē p quē soli uiri deierāt sicut fœminæ solæ per castorē:mox fuit antiquorū Romanorū:ut pueri per herculē deierantes id sub dio facerēt nō sub tecto.Causam refert Plutarchus in problematis:qa scilicet herculem ferūt non umbraticā

piscatū,opiparē expositum uideo:& percōtato precio: q̄ centū numis indicaret aspernatus.xx.denarios presti naui.Inde me commodum egredientem: continuatur Pythias cōdiscipulus apud athenas athicas meus. qui me post aliquātulū multum temporis amanter agnitum iuadit.amplexusq; accomiter deosculatus. Mi luci ait:sat pol diu est:q̄ iteruisimus te, At hercules exide

Cupedia

Eoror nonii.

Forum:

oppipa

indicare.

indica

fac p̄ciū.

halucinatio nonii marcelli.

indicatio.

idicatura.

athenæ.

athenei

atheneo/

politæ.

lucii luce

nati/mãi

mane.

tãq̄ hẽas

tria noia.

ituisimus

it̄ p totū

iter bibe.

iterlege.

sub dio

iurãt per

herculē.

uitam domi egisse sed foris ac sub dio semper uixisse: uel illud potius p hanc rē occulte agitur ne pueri insuescant deierare sicut fauorinus existimabat. hoc enim dū sub dio progrediūtur & in propatulum. Hercules quasi de industria moram efficit: & deliberādi dat spatiū: præterea proditum est herculem cumprimis semel iu rauit. religiosum fuisse. & ad iusiurandum uerecundissimum. quippe qui semel in omni uita iurauerit.

CVM a uastio magistro: post digressum ex scola litteraria in qua fuerūt cōdiscipuli: nūq̄ nisi in horæ se Apuleium inuisisse significat: Vastius nomen est doctoris sub quo in condiscipulatu litteras græcas didicerāt. SED quid istud ex cultu crebroq; famulitio: quod circa pythiam condiscipulum uidebat sic interrogat. VOTI gaudeo: Ex animo gaudeo. Te uoti compotē factum esse lætor. Constructio prisca. Ita Virgilius in xi. Nec ueterū memini lætor tue māloꝝ. quod ex figura græca dictū esse ait seruius:

e Vastio magistro digressi sumus. Quæ autē tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies inq̄. Sed quid istud? uoti gaudeo. Nam & lixas & uirgas: & habitum prorsus magistratui congruentē in te uideo. Annonā curāus ait. & edilē gerius. & siqd obsonare cupis: utiq̄

Voti gaudeo.

Lesæ. q.

LIxas: modo ministros magistratui seruientes. Alias lixæ ministri sunt militares: quorū officium est. ut militibus aquam subministrent: quam ueteres lixam uocauerunt. Vnde elixum dicimus aqua coctum. Alii lixas a lica herculis puero appellatos dicunt quidam a liguriendo questum: Cuius gratia exercitum sequātur. apud Liuium miles gregarius seditionis princeps appellatur a Scipione semilixa quasi semimācipium: nomine sordido & ignominioso: Quod & in secūdo Suetonii cōmentario annotauimus: Silius ait lixarū uulgus esse iutile marti: Lixula uero quāuis diminutiuū a lixa esse uideatur non tamē paruū lixam seruulumq; significat: sed ut docet. M. Varro lixulæ & semilixulæ dicūtur cibi ex farina. Caseo. & aqua cōmixtis uocabulo sabino. VIRgas: quas ministri magistratuū preferunt. querit plutarchus in questionibus cur magistratuū uirgæ securibus alligatæ preferātur: An quia signū est non oportere magistratus iracundiā dissolutam esse sed cohibitam. An dum uirgæ dissoluūtur ad plectendum interea mora & tarditate ira magistratus infringitur. & impetus mitigatur: ex arbore betulla. quæ cādore atq; tenuitate precellit: fiebant hæ uirgæ. Ideoq; Plinius in xvi. Betullam appellat terribilem magistratuum: uirgis. HAbitum: Vestitum. qui in magistratibus cōspectior erat. & probe peculiaris. ut toga pretexta: de qua sic ait Liuius in. xxxiiii. magistratibus in coloniis municipiisq; toge pretextæ habendæ ius est. nec id ut uiui solum habeant tantum insigne. sed etiam ut cum eo crementur mortui. preterea tunica palmata. & toga picta erāt cōsulum triumphantiumq; gestamina. ANnonā curamus: De prefecto Annonæ scribit Liuius in quarto: aitq; Lucium minutium primum creatū Annonæ prefectum. Cum fame laboraret res Romana. hic non tā significatur prefectus ānonæ frumentarie: q̄ macelli. Annona enim non solum ad fruges sed etiā ad obsonia refertur. Vnde Annonā macelli dixit Trāquillus. & a Marco Tullio scriptum est. putarem annonā in macello cariorē fore: Satyrographus quoq; licenter quidem. sed decēter dixit. his opibus nūq̄ cara est annona ueneni. Cesar in cōmentariis Naues annotinas uocat. quibus Annona frumētaria comportatur: Ab annona lex annonaria dicta pertinens ad annonā. olim Clodius legem tulit annonariā: quæ ut inquit Pedianus Asconius summe popularis fuit: Vegetius annonarias expēsas uocat eas frugū pabuliq; speties. quas prouinciales militibus expendunt. EDilem gerimus. Edilitatem siue ut ueteres dicebant edilatum agimus. de edilibus relege. quæ scripsimus in primo Trāquilli cōmentario. In hoc loco significatur edilis: qui edictiones edilitas habet: ad moderāda precia cibariorum: qui agoranomus dicitur: Ita enī græci appellāt prefectū fori & obsoniorum: quæ in foro uenduntur: ut iusto scilicet & moderato precio diuendātur. ἀγορα forum græcæ. & ρο.ος lex. Vnde agoranomos. quasi lex & regula fori rerumq; in foro uenalium: Plato in sexto de legibus curatores appellat rerum uenalium eos magistratus. qui fori uenditionisq; curam habuerint. In hanc sententiam est illud Plautinum ex captiuis: euge edictiōes edilitias hic quidem habet. mirumq; adeo est nisi hunc fecerunt sibi etoli agoranomum. Idem i curgulione. Nec strategus nec tyrannus quisquam nec agoranomus. Vbi strategus significatur dux exercitus græco uocabulo. scribit Dionysius allcarnaseus ediles tribunorū ministros fuisse: eosq; & ānonæ forēsis. ut affatim suppeteret: curam habuisse: similesq; inquit quodāmodo sunt apud græcos agoranomis: Pomponius iurisc̄snltus prodidit Iuliū cesarē ediles duos cōstituisse qui frumento pessent & a cerere cereales appellatos. perant ēt ediles cibariis quæ in popinis cocta uenduntur. ob hoc dixit Seneca in libro ad gallionem de uita beata. Voluptatem iuenies latitantē sæpius ac tenebras captantem. circa balnea & sudatoria ac loca edilem metuētia. Ediles sacrosanctos & dici & esse Liuius festusq; notificāt. ABSOnare: legendū est obsonare. quod significat obsonia parare. Vnde obsonatores dicti coemptores obsoniorū: de quibus copiose diligēterq; pscripsimus i libro Annotationū. Dixit Seneca obsonatoribus noticiā esse subtilē dominici palati. apud plautū i mostelaria obsonare pollucibiliter significat parate obsonia lauta & copiosa: pollucibiliter idē pollet quod splendide & magnificenter & pollucibilē cenā appellat Macrobius itelligi uolēs lautā adiicialē esculētam: pollucibilitas quoq; dicta pro lautitia & epularum magnificentia: Demiror fulgentium in mytilogiis pollucibilitatem

interpretari

Semilixa.

Lixulæ. semilixulæ.

Virgæ ex betulla.

Pretexta.

Palmata.

Picta.

Annona Macelli.

annona ueneni.

annotinæ naues

annonaria lex.

annonariæ expēsæ

Agoranom⁹

Strateg⁹.

Ediles tribunoꝝ ministri

Cereales ediles

Sacrosancti ediles.

Obsonari

Obsonatores.

Polluciliter

Pollucibilis cena

Interpretari humanitatē nisi forte humanitatē capit pro benignitate ac largitate: qua in apparatu cō uiuali uti solemus: Plautinū testioniū qđ fulgētius citat: nihil admodū fulcit roboratq; hois interpre tamentū cū Plautina uerba a nobis sint nō a fulgētio: polluctū quoq; Herculis Antiqui dixerūt sacrifi ciū qđ herculi decuma data fiebat. qđ erat splēdidū. & pollucere est libamenta herculi in arā porricere. Corrigēda ē obiter apud Macrobiū dictio mēdosa: sic. n. passim i tertio saturnaliū scriptū est. pprie autē catilōes dicebātur. qui ad pollutū herculis ultimi catilos liguribāt. Tu illud ad pollutū imissa littera. c. lege ad polluctū. sic enī significat herculis sacrificiū. cū pollutū dica tur maculosum & fedū: Catilōes autē. ut id quoq; Macrobii uerbū itelligas antiqui gulosos appella bāt a carne uidelicet catulia: quā esitauisse hoc est comedisse Ro manos. Plauti fabule sunt iditio Plinius quoq; in. xxix. auctor est catulos lactentes existimatos eē adeo puros ad cibū. ut etiā placā dis numinibus hostiarū uice ute rent his: Catulināq; i cenis deoꝝ poni solitā: unde Lucilius catilo nē appellat piscē lupū quasi ligu ritorē & gulosum qui stercus se

Pollucibilitas.

Error fulgentii.

Pollucere.

Polluctū.

Catilōes qui.

catulina in cibis.

cōmodabimus. Abnuebā: quippe q iā cene affatim pi scatū prospexeram⁹. Sed enī Pythias uisa sportula: succussisque in aspectū planiorē piscibus. At has quisquilias quanti parasti? Vix inquam piscatori extorsimus accipere. xx. denarios. Quo audito statim adrepta dextra postliminio me in forum cupedinis reducens. Eta quo inquit istorum nugamenta hæc comparasti? Demonstro seniculum. in angulo sedebat. Quem confestim pro edilitatis imperio uoce asperrima increpans. Iam iam inquit necamicis quidem nostris: uel omnino ullis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pciis

ctaretur. COMmodabimus: potest & qui edilis est facere ut minoris obsonia amicus cōparet cū ip se presit rebus uenalibus. Plato libro octauo delegibus pcipit censoribus uenalia curæ eē. neqd uēdatur ematurq; pluris minoris ue q̄ lex iusserit: q̄ rerū uenaliū mēsuræ & pcia cōstituta sint. AFFAtim. copiose admodū habundāter. aduerbiū est: Salustius in iugurta frumētū & alia oīa q̄ usui forēt affati pbita. hāc dictionē prima acuta nō media ueteres pronūciabāt ut docet Gellius: necnō probus grāma ticus hūc Plauti uersum prima acuta legere solebat: aliorū est affatim qui faciant. cōiungitur sæpe cū genitiuo: ut apud Liuiū habetis affatim lignoꝝ. SVCcussisq;: Concussu & agitatu eiectis. Quisqui lias: Verba sūt pythie edilis. qui piscículos uiles cōspiciēs friuolosq; coemptos ab Apuleio. Eos qsquilias appellat quasi spurcicias piscium & purgamenta. quisquiliæ enī purgamēta dicūtur ut docet Seruius in primo cōmētario georgicoꝝ. & ut auctor est Pōpeius festus. quisquiliæ putātur dici quicquid furculoꝝ foliorūq; minutim cadit ex arboribus. uelut qcqd cadiæ. Neuius abi deturbate saxo quisquiliæ. qd est: Plinius uolumine sexto decio qsquiliū uocari tradit frutices paruos aqfoliæ ilicis. POST liminio: Verbū iuris. Titulus est apud iurisconsultos de captiuis & postliminio reuersis. ubi Plautus qd sit postliminiū sciēter explicat his uerbis. postliminiū est ius amissæ rei recuperādæ ab extraneo. & in statū pristinū restituēdæ Inter nos ac liberos oēs populos regesq; moribus legibus cōstitutū: Nā quod bello amisimus aut etiā circa bellū hoc si rursus recipiamus dicimus postliminio recipere: Idq; natura li æquitate itroductū: ut qui p iniuriā ab extraneis detinebatur: is ubi infines suos redisset pristinū ius suū reciperet: in bello & in pace postliminiū est: postliminio redeunt. homo nauis. mulus clitelarius. equus. equa. q̄ frena recipere solet. i. domita. ut auctor est Boetius in cōmētariis Topicorū. Marcellus iurisconsultus negat Arma postliminio reuerti. qđ turpiter amitātur: De postliminio receptis copiose scribit Gallus libro primo significationū: q̄ ad ius pertinēt: qd aūt sit ipm postliminii ius pōt ex ipsius nois interptatione cognosci: postliminio enī redit. quisquis captus ab hostibus ad patriā remeauerit: Nāq; dū captiuitatē hostiū patitur ius ciuiū amittit. oīa autē iura recipit si postliminio reuertatur. Itaq; postliminii uocabulo q̄dā reuersio significatur ut docti autumāt. qui ex aduerbio post uim nois interpretantur: reliquam uocabuli partem protractionem solam & additamentum esse ostendentes. tanquam liminium nihil significet. sicuti Tullium supplemētum est in meditullio. Igitur Apuleius post liminio scite & decenter dixit per aduerbium: quasi reuersionem quandam & reditum significans in forum cupedinis. de quo paulo ante satis multa. NVGAmenta: Quod supra quisquilias. dixit. nūc nugamenta appellat ex uarietate elocutionis elegantiam captans. sicut Virgilius in tertio Eneidos. nunc siluam. nunc nirgulta. nunc uimina. nunc arborem dicit. pro eodem. Plinius in. xvi. Nucamēta per litteram. c. appellat paniculas quasi quasdam dependentes ex ramis abietis. & piceæ. Verū Nugamenta a nugis. Nucamenta a nuce inclinari uidentur. SENIculum: Senecionem. a sene enim fit diminutiuum seniculus & senecio: Afranius. Tu senecionem hunc satis est si seruas anus. PRO edilitatis imperio. Pro potestate magistratus. magna est in oratione latina uarietas huiusce particulæ pro: aliter enim dicitur pontifices. pro collegio decreuisse aliter testem pro testimonio dixisse. Aliter pro rostris. Aliter pro tribunali. Aliter magistratum pro potestate intercessisse. Istam autem uarietatem eiusdem quidem fontis & capitis. non eiusdem tamen esse finis non insubtiliter disserit Gellius in. x. & ita facile putabit siquis habeat bonorum scriptorum noticiam celebriorem.

Affatim.

Quisquiliæ

Postliminium.

Postliminio redit

Postliminiū unde

Nugamēta.

Nucamenta.

Seniculus.

Senecio.

Pro.

PISCES friuolos indicatis. supra docuimus quẽadmodũ indicare nõ tã significat uẽdere q̃ estimare: & p̃ciũ facere rei uenalis: Castigatio est edilis in piscatores. quod magnũ nimis p̃ciũ petãt pro piscibus uilioribus nugatoriisq; id enĩ est friuolum. cũ friuola sint proprie uasa fictilia quassa. Vnde dicta

Friuola.

uerba friuola: q̃ minus sunt fide subnixa. & res friuolæ. quæ nullius p̃cii sunt cõtẽptibiles. ſ. & abiicien dæ. FLOrẽ. hypatã significat: q̃ ueluti flos & metropolis erat Theſſaliæ. INſtar ſolitudinis: Senſus est ciuitaẽ: q̃ alioqui florentiſſima est & primaria facitis ueluti deſolatã uiduatãq; cultoribus caritate cibariorũ: illa enĩ loca naturaliter frequentant' ab hominibus. Vbi annona uilis est. & edulia minimo cõſtant. EDIlium: Corrige edulium. hoc est cibariorũ. CAritate: Precii enormitate. FAxo: Faciam. SVB meo magiſterio: Magiſtratu. & edilitate: Magiſterium enĩ aliquãdo accipitur pro ipſo magiſtratu. ut apd Plinium dicitur magiſteriũ equitũ pro ipa dignitate magiſtri equitũ. Ita magiſtri dicũtur maiores magiſtratus: unde magiſter populi. apud Antiquos is dicebatur: quẽ nos dictatorẽ dicimus: Auctores. M. Tullius. Seneca: & Varro. Magiſtrare enĩ moderari est & regere. Vnde magiſteria. & magiſtri. & magiſtrat9 dicti. M. Varro & Paulus iuriſcõſultus. autumãt magiſtratus dici. quaſi per diminutionem a magiſtris: tãq; minores hi magiſtri ſint. OFFIcialem: Miniſtrũ: Antiqui p̃tores qa cũ officio mittebantur in p̃uincias. officia prouinciæ nominauerũt: Vnde officiales dicti apparitores miniſtriq; ipſorũ magiſtratuũ: & hæc ẽ uera uerbi ſignificatio: Vulgo officialis accipitur pro ipſo magiſtratu. Julius capitolinus officia palatina appellat intelligi uolens officiales. hoc est miniſtros iperatorios. ſic enĩ ſcribit i Gallienis: cũ iret ad hortos noĩs ſui oĩa plautina officia ſequebantur. OBterere: Conterere. Cõculcare Ignominiæ cauſa: Plautus in rudente euidenter oſtendit edilis officiũ hoc fuiſſe. ut merces uenales. ſi iprobæ forent iactaret Conculcaretq; ſic enĩ ſcribit: Neptunus quãuis faſtidioſus edilis est: ſi quæ iprobæ ſunt merces iactat omnes. SEVEritudine: ſeueritate acerbitateq; caſtigatoria: ſicut quicq̃ nihil intereſt ſuauitudo dicas an ſuauitas: ſanctitudo an ſanctitas: acerbitudo an acerbitas. Caſtitudo an caſtitas. Ita nihil refert ſeueritudo dicas an ſeueritas. Plautus in epidico. quid illuc est quod illi caperat frons ſeueritudine: ubi caperare ſignificat rugis frontem contrahere & aſperare: unde caperata frons dicta. pro triſti & ſeuera. O LVCI: Apuleius ſignificatur. SENIculi: Piſcatoris a ſene diminutiuum nomẽ: Cui ſubeſt occulta cõtemptio. PRVdentis. Ironicos. Intelligi enĩ uult a cõtrario iprudentẽ fuiſſe pythiã edilem. qui tali conſilio Apuleium priuauerit & nũmis quos ipenderat piſcatori: & cena. cum piſces pedibus miniſtret obtriuiſſet. LAVtus. modo lotus in balneis. alias ſplendidus & nitidus. Vnde & lauticia dicitur epularũ magnificentia. Epigrammatarius poeta. Lauta quidem cena est fateor lautiſſima. locus extra urbem Romam dictus est lautulæ: quia cum illuc aqua flueret lauandi uſum exercebant. HOSpes. Milo ſignificatur. hic enim hoſpes accipitur pro eo qui recipit alias pro eo qui recipitur. hinc illud notiſſimum. Non hoſpes ab hoſpite tutus, græce xenos dicitur. Vnde xenios iupiter hoſpitalis. quem inuocat Dido uirgiliana. illo uerſu. Iuppiter hoſpitibus. Nam te dare iura locuntur.

Magiſterium.

Magiſter populi.

Magiſtrare.

officialis.

Officia palatina.

Seueritudo.

ſeueritas

caperare.

Capera ta frons.

Lautus.

Lauticia.

Lautulæ.

Hoſpes.

Xenios iuppiter.

piſces friuolos indicatis: & florẽ theſſaliæ regionis inſtar ſolitudinis: & ſcopuli edulium caritate deducitis: ſed nõ ipune iã enĩ faxo ſcias: quẽadmodũ ſub meo magiſterio mali debeãt coherceri. & profuſa i mediũ ſportula: iubet officialẽ ſuũ inſup piſces iſcẽdere. ac pedib9 ſuis totos obterere. qua cõtentus morũ ſeueritudine: meus Pythias: ac mihi ut abirẽ ſuadens, Sufficit mihi o Luci inquit ſeniculi tãta hæc cõtumelia. His actis: cõſternat9 ac prorſus obſtupidus. ad balneas me refero: prudentis condiſcipuli ualido cõſilio: & numis ſimul priuatus & cena. lautuſq; ad hoſpitiũ Milõis: ac dehic cubiculũ: me reporto. Et ecce Fotis ancilla: rogat te inquit hoſpes. Ato iam inde Milonis abſtinentiæ cognitor: excuſaui comiter: q̃ uiæ uexationẽ nõ cibo: ſed ſomno cenſerẽ diluendã. Iſto accepto pergit ipſe. & iniecta dextra clemẽter me trahere adoritur. Acdũ cõtordũ modeſte renitor'. Nõ priusinquit diſcedã: q̃ me ſequaris. Et dictũ iureiurãdo ſecutus iam obſtinationis ſuæ: me ĩgratis obediẽtẽ pducit ad illũ ſuũ grabattulũ:

ABSTInentiæ: Parſimoniæ uel potius auaritiæ. modo ad uituperationem. alias ad laudem ponitur. SOMNO diluendam. Moraliter locutus. Contingere enim fere ſemper ſolet: ut laſſitudo magis ſomno diſcutiatur. q̃ cibo. Et ut homo delaſſatus ex itinere magis ſomnum cupiat q̃ cœnam.

Ingratis. Ingratus Pronomina ad cõtẽptũ.

ISTO accepto: Cum hæc accepiſſet: audiuiſſetq; ex photide milo. DVM contor: remoror. & quaſi reſiſto. INGRAtis. Inuitum & nolentem. aduerbium est. & ut ait Donatus ſignificat non ultro. ſicut ingratus ſignificatur inuitus Et coactus: quæ enim ultronea ſunt grata ſunt. ingrata uero quæ ab inimicis fiunt ac recuſantibus: Plautus in amphytrione. hæc heri immodeſtia coegit me: qui hoc nocte is a portu ingratis excitauit. GRAbatulum: græce clinidion Lucianus appellat. AD illum. Quaſi contemptibilem & faſtidiendũ. hæc enim pronomina. Iſte & ille. ut ſcienter inquit Donatus. ſæpe

ad contemptum.aut ad fodium referuntur. In pronominibus magnum est pondus. Virgilius ille Salue.
ficheum impius ante aras.ille hoc est sceleratus & nepharius. ut Donatus exponit. RESIDENti:
mihi. Quam salue: Quam prospere q̃ feliciter. aduerbium est in hac loquendi consuetudine fre-
quens: apud Liuium quærit maritus de Lucretia. Satin salue.illa respondens minime inquit: quid
enim salui est mulieri amissa pudicitia. Apud eundem in.x. satin salue inquit appius luci uolumni.
ut se se in sanniores habent. Quid uxor? Breuis interrogatio: quæ tamen multa complectitur: dum Vernæ.
quærit qd agat uxor demeæ qd Vernacu
filii.quid tota familia. Quid uer li.
naculi? Scilicet agũt. Vernas au-
tem seruos dici uoluerũt: qui ut
Sanctifi. SVſpice:uenerare & cole tanquã inuiolabilẽ.& caſtitate religioſa uallatũ. VErũeni uero:particula ratiocinatiua eſt ut grãmatici dicunt. ANnixe uehementer oĩq; nixuq; & uiribus. SCItula:elegãs pulchra.uenuſta.græce ſcitus ωραιοσ dicit. FORma:ſeptimus ẽ caſus. ARgutula:loquacula dica cula uenuſtula:argutari dixerunt ueteres loquaciter loqui.Neuius totũ diẽ argutat quaſi cicada: argutos dici ait probus grãmaticus.qui multũ ac celeriter locunt:ut arguta hirũdo.undeυποκοριστικωσ argutula. CVM ſõno cõcederes:ſuccũberes ſõno:& ob hoc ires cubitũ.ſermocinatio eſt.cũ ipſomet qua cãm ſuã tutat:& ſe fotidi nun quã ingratũ neq; iamabilẽ uideri colligit. VVLtu prodidit:ſignificauit.uultu.n.& oculis & nutu & ſuperciliis interiora aĩ produnt amatores. REtrorſa.reflexa ob liquata:retro cõuerſa qd ab amor abunda puella fieri ſolet. cui conuenit illud Virgilianũ: & fugit ad ſalices & ſe cupit ante uideri:inclinato uocabulo ab aduerbio ſtrorſũ Oratius retrorſũ uela dare atq; iterare curſus.dictio eſt in uulgari ſermone frequens: Quod bonũ fœlix.M.Tullius in primo de diuinatiõe teſtis eſt. maiores noſtros in rebus oĩbus agendis p̃fari ſolitos:q; bonũ fauſtũ fœlix fortunatũq; eẽt:quia.ſ.ualere cẽſebãt uoces q̃ uocãt oĩa. PEdibus i ſẽtentiam uado. ex more Romano ſumptũ apud quos ibat pedibus in ſententiã quã probabãt: hĩc ait Liuius:ſed tũ quoq; aut uerbo aſſentiebat:aut pedibus in ſententiã ibat:idẽ alibi quibus hæc ſalutaria uident agite dũ:in dextrã partẽ pedibus tranſire:oẽs tranſierunt:ſenſus eſt mihi aĩo uolutanti approbat ea ſententia:ut abſtineam ab uxore milonis.& fotis ancilla tentetur. IVſcum.pulpamentũ minutatim conciſum:eleganti uocabulo iuſcum appellat:quod uulgo ius nominitant: hinc Ciceronis ille iocus Amphibologicus ego coque tibi iure fauebo.& apud.M.Varronem in tertio de re ruſtica cõ ſimiliter:ſic hos piſces nemo coquus in ius uocare audet.Tria genera Ganeatorum ciborum traduntur.Primo aſſa.Secundo elixa.Tertio ex iure uti cæpiſſe natura docet:unde iurulentum dictum quaſi iure conditum.quod & iuſſulentum uocatur.Cor.celſus in ſecundo.Tum res eadem magis alit iuru lenta q̃ aſſa:magis aſſa q̃ frixa:iurulentam condituram intelligi uoluit Satyrographus cum ait.& eodem iure natantes mergere ficedulas didicit nebulone parente.a iure fit iuſcum & hypocoriſticos iuſculum.M.Cato in ſeruefacito pauliſper:poſtea iuſculum frigidum ſorbere:& ipſam braſſicam eẽ:apius ſcribens de pulmentario ad uentrem.iuſculum inquit facere & potare melius etiam ſi in eo pulus ſit decoctus. FARtim:a farciendo aduerbium fartim ducitur hoc eſt congeſtim: & cumulatim: talia autem condimenta fiunt in gallia ut caro minutim conciſa immo fruſtulenta. cum ouis & aromatibus in cacabum iuris optimi coniecta diſcoquatur.fitq; pulmentarium ſcitiſſimi ſaporis inter inſtrumenta ganeæ precellens:apitius porcellum farſilem leporem farſilem piſces farſiles uocat qui in eduliis farciuntur uariis condimentis. PVLpam:inter apiciana cibaria eſt & minutal ex eo dictum quod minutatim hoc eſt fruſtatim:& teſſellatim conciditur caro:aliaq; ſcitamenta:cõciduntur. Quod multiformiter fit appellaturq; aliud minutal apicianum.aliud matianum.aliud dulce.fit & ex iocinori bus & pulmonibus lepuſculorum ex ſpatulis porcinis fruſtatim teſſellatimq; confectis hoc eſt per fruſtula & teſſellas: q̃ ſunt fruſta quadrata: unde aduerbium fruſtatim fit quod ſignificat per fruſta & minutatim.hoc pulmenti genus ſignare uidetur plautus in curgulione cum ait.uin aquam ſi fruſtulenta eſt da obſecro hercle obſorbeã. idem fruſtillatim dixit diminutiua forma quaſi per fruſtilla.iã ego te faciam ut hic formicæ fruſtillatim differant. ABAcum:modo menſam potoriam ſignificat alias tabulam geometricam:alias ornamentum colũnarum:alias calculos ſupputatorios.de abaco in quinto tuſculanarum quæſtionum commentario ſatis multa. PAſcue:opipare laute abundanter aduerbium eſt. HIrulentã.quidam corrigunt iurulentam:cuius ſignificationis iam mentio facta eſt: ego lego uinulentam ut ſit epithetõ menſæ uinariæ accõmodatũ.quæ oĩ uinorũ genere copioſe inſtructa ſit. NAribus ariolabar.ſagax naſus & acutior olfactus præſentit. & quaſi ariolat hoc eſt ex nidore diuina apperatũ epularũ:ariolari.n.eſt uaticinari.& ariolus dictus qui diuina mente uaticinatur quaſi fariolus & fatis & a fando ſiue ab halãdo.nã halitu ſolent iſtiuſmodi hoies excludere uelut mortalem aĩam:ut diuinã recipiant auctor.Donatus.præcipit.M.Cato ne uillicus ariolum conſuluiſſe uelit.

TVcetum.

ſuſpice. Verum enimuero Fotis famula petatur anniſus argutula eſt. Veſperi quoq; cum ſomno cõcederes: & in cubiculum te deduxit comiter & blande lectulo collocauit. & ſatis amãter cohoperuit. & oſculato tuo capite q̃ inuita diſcederet: uultu prodidit. Dẽique ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſtitit:quod bonum:fœlix & fauſtum ſit.itaque inſalutare nõ erit:Fotis illa temptetur. Hæc mecum ipſe diſputans:fores Milonis accedo.& qd aiunt:pedibus in ſententiam meam uado. Nec tamen Milonem domi uel uxorem eius offendo. ſed tantum caram meã Fotidem. quæ ſuis dominis parabat iuſcũ fartim circũciſum. & pulpã fruſtatim confectam. Abacũ paſcue hirulẽtã.& quidẽ naribus iã mihi ariolabar.

Retrorſa

Ire pedibus i ſententiam.

Iuſcum ius.

iurulentum.

iuſſulentum.

iuſculum

Fartim.

Farſilis porcellus

Minutal.

Teſſellati

Fraſtati

Fruſtillatim.

Abacũ

Paſcue.

ariolari.

ariolus.

TVcetū: Tuceta dicūtur escæ regiæ: ut callimachus Ambrosio redolēt tuceta sapore: ut Persius pingues patinæ tucetaq; crassa. obiter annotādū inter militares cibos eē bucellatū. ex eo opinor dictū qđ in bucellas & quasi tessellata frusta consecutū fit: de quo. xii. codicis uolumine legimus milites expeditionis tēpere bucellatū primis diebus mox lardū & carnē ueruecinā pcipere debere. āmianus uidetur inuere bucellatū id eē ꝓprie: qđ biscoctū dicimus: qđ bucellatim ut ita dicā tessellatimq; formaī. Verba amiani hæc sunt ex libro. vii. frumētū ad usus diuturnitatē excoctū. bucellatū. ut uulgo appellāt humeris īposuit libētium militum. Tucetū. Bucellatum.

tucetum per quā sapidissimū. Ipsa linea tunica mundu le amicta: & rursus sea fasciola prenitente altiuscule: sub ipsas papillas succintula: illud cibarium uasculū

PER quā sapidissimū. attende locutionis genus cōtra morosas & prācidas grāmaticoꝝ obseruationes: q duas hasce particulas ꝓ quā iungi semp ꝓcipiūt positiuo ut dicas pquā sapidū. sed idonei scriptores elegātiæ magis q̄ ꝓscripto grāmaticali īdulgētes dicūt ꝓ quā maximū. ꝓ quā breuissimū. ꝓ quā sapidissimū. Qu. curtius scriptoꝝ elegantissimus bessum inqt quoq; bactrianoꝝ ducē. ꝓ quā maximo posset exercitu coacto descēdere ad se iubet. Pōponius iurisc̄ōsultus. quo pene nihil limatius. Titulo de origine iuris sic scriptū reliquit: Nā ante eū seruius duos libros ad brutū pq̄ breuissimos ad edictū subscriptos reliqt: ex hoc colligimus latinitatis elegātiā: qua nihil fusius uberiusq; ē haud quaq̄ coercēdā eē ītra cācellos normæ grāmaticalis: nec astringēdā regulis dōatistarū. cū & grāmaticos ipsos uideamus regulas fulcire oratorū poetarūq; fulturis: & ad auctoritatē ueterū scriptorū ueluti ad anchorā cōfugere. Perq̄ sapidissimū. MVNdule: elegāter mitide. & sine sordibus. aduerbium ē. Mūdule.

TVNIca linea. uestimētū puellare lineū. quo īduta erat fotis. qđ qdā iterulā. qdā camisiā. qdā suppatū appellāt. Iuxta illud Afranii. puella nō sū supparo si īduta sū. Subucula quoq; dicīt. de qua ē illd Oratianū. si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ: & hieronymus aduersus Iouinianū. tūc pexa tunica & nigra subucula uestiebaris. sordidatus. & pallidus: sed qđ cū bōa pace sanctissimi scriptoris dictū sit. q̄ Oratiū emulari uolēs pexā tunicā ꝓ lacera & sordida accepit: qđ lōge secus est: pexa. n. tunica signi catur elegās ꝓciosa cōcinna: uñ & pexatus dictus uestibus pexis indutus: Martialis pexatus pulchre ri des mea zoile trita: A Quintiliano quoq; pexus doctor decēter accipiī ꝓ elegāti terso: & exculto. Plini us ait in. viii. lanā histriæ uestibus pexis alienā eē. Idē Martialis: emi seu puerū togā ue pexā: deniq; ut breuiter multa fīniamus. pexū uestimētū opponīt trito. tāq̄ ꝓciosum abiectissimo: & ita īrelligi uoluit Oratius: tāq̄ inconciniter reprēsibiliterq; copuleī uestis pexa cū trita subucula: nec enī aliter Oratiana sentētia elegātiā satyricā redoleret. uideri pōt hallucinatus eē diuus Hieronymus. ut crederet pexā tunicā accipi ꝓ lacerata & uili ex illo Terētiano: adeo depexū dabo. ut dum uiuat meminerit semp mei: Vbi grāmatici exponūt depexū ꝓ laceratū: sed lōge aliud pexa uestis ē. aliud hō depexus. hæc. n. particula de. mō auctiua ē: mō priuatoria. ut depexū dicamus pexo cōtrariū. sicut dehonestū uerbū dicitur turpe & cōtrariū hōesto. & mille alia. quis tñ apud Terētiū uerbū illud depexū accipi cōducēter posset ꝓ expolito & exculto: sicut hodie quoq; ī cōi loquēdi cōsuetudīe usurpaī ut minitabūdi dicamus. ego comā tibi pectā. atq; exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictū illd Terētianū: ego næ si uiuo adeo depexū. ut dū uiuat meminerit semp mei. nā exornatū & depexū ī eodē significatu accipiūtur. q̄uis cōtrariū subitelligi uelit. hæc iudicēt uolētes: q̄ a me dicūtur cā iuuādi nō obtrectādi: Dii. n. mētē meliorē mihi. Et rursus se a fasciola: mēdosus locus: quē ego sic emēdo. & russea fasciola: ut sit sensus Fotidē succinctā fuisse fasceola rubētis coloris. Russus enī & Russeus appellationes sunt ruffi coloris: Sicut enī fuluus & flauus & rubidus. & pheniceus. & rutilus. & luteus. & spadix Ruffum colorē significant quadā uarietate distātes. Ita Russeus uocabulū ē ruboris: qđ ī uernacula lingua hodie quoq; uulgo ē usitatissimū. Catullus. dētē. atq; russam defricare gingiuā. qdā apud Catullū legere malunt ruffam. re formidātes uidelicet uetustā dictionē perinde ac inelegātē. Flauius uopiscus. Tunicas ducales russas quartuor: pallia ꝓcōsularia duo. ī epistola Valeriani scriptū legimus tunicas russas militares annuas/ sagos chlamides annuas duas. hinc aurigas russeos siue russatos dictos eē opior a russo. s. colore. quo utebantur. sicut factiones Aurigarū ueneta. & prasina nomē a coloribus sortiūtur. de qbus apud Suetoniū affatim. Et in libro Annotationū nō idiligēter explicaui demōstrās qd sit apud Plautū Thalassi cus ornatus. apud Pliniū mentio fit russei siue russati aurige: De auriga russato dictū est illud a Satyrographo poeta. parte alia solū russati pone lacertæ: & si Aliter legimus exposuimusq; locū hūc in libro Annotationū. Tamen uerior lectio & sensus purior hic uideī: ut ad aurigā Russatæ factionis noie lacertā referaī q lucrosior erat & opulētior ex aurigādi studio q̄ causidici ex actione causarū. Fas enī est mutare sentētiā. Vbi posteriores cogitatiōes meliores sunt prioribus. & post inuēta magis quadrāt. Est & ruseus color a rusco uirgulto dictus. Vnde ruscea facies infecta colore rusci. Cato libro. vii. originū. Mulieres opertæ auro purpureaq; ruscea facie. PREnitente: Valde splendente. & fulgente. Tucetū. Bucellatum. Perq̄ sapidissimū. Elegantia latinitatis. Mūdule. Interula. Supparū Hallucinatio diui Hieronymi. Pexa tunica. Pexatus. Depexū. Dehonestum. Russea fasciola. Russæ tunicæ. Russati aurigæ. Retractatio loci ex annotationibus. Ruscea facies.

SVB ipsas papillas: Videtur signare strophiū. hoc est fasciā pectoralē: qua papillæ cohibentur. Turpilius. me miseram quid agam inter uias epistola excidit mihi inter strophium ac tunicam collocata de strophio in hoc significatu ait Catullus. non tereti strophio lactentis uincta papillas: ālias antiqui strophia coronas tenuiores appellitant. unde nata strophiola. auctor Plinius in. xxi. præterea græce Strophiū strophiola.

Stropp'. Strup pearia.

στροφιον uocatur quod latine stroppus: Id autē insigne capitis sacerdotale est: quidā coronā esse cū cunt. ideoq; apud faliscos festū fuit nomine struppearia: quia coronati ambulabant: Nostri uernacula lingua adhuc stropū uulgo uocitāt: qđ in usu utilium est & coronamenti rusticani uicē repsentat.

FLOridis palmulis: uenustis manibus. Ideo autē per υποκοριστικα dixit palmulis. ut ostenderet in fœmina tales manus esse elegantiores cū enormitas sit inamabilis ac inuenusta. uidetur neuius dixisse manciolas diminutiuo uocabulo quasi paruas manus. Manciolis inquit tene illis pro manibus. CREbra succutiēs: expressit gestum motūq; puellæ Coquinariā facientis: quæ sæpe succutitur. rotans pulmentarium in cacabo: siue lebete coquinatorio: & ollula escaria. crebra autem dixit pro crebro: nomē pro aduerbio: ut Virgilius pede terrā crebra ferit. ILLVbricans: Lubricitate q̄dam insinuans: simul Allusit ad lubricū puellæ corpus leuorēque mēbroꝝ pnitētium: Lubricus autem dicitur locus ī quo labimur. & corpus. ut pauimentū lubricū anguis lubricus. VIBrantibus: Fluctuātibus. SPInā mobilem: Spina tereti structura cōpacta est per media foramina. a cerebro medulla descendente: quæ Animali hoc est quod naui carina. ex medulla hominis spinali anguē gigni proditū est. quod & pythagoras apud Ouidium tradit his uersibus: sunt qui cū clauso putrefacta est spina sepulchro mutari credāt humanas angue medullas. INVNdabat: Vndatim agitabat. quidā legunt nudabat. STEterūt & mēbra: Honestis uerbis genitalia Arrecta fuisse designat: quæ mēbra nominitāt. hinc in carmine obsceno. Priapus dictus mēbrosior æquo. hoc est mentulatior iusto: hinc anneus cornutus in illo carmine Virgiliano optatos dedit amplexus. placidūq; petiuit coniugis infusus gremio per mēbra soporē: dixit mēbra Paulo incautius nominata esse: tāq; per mēbra signarentur genitalia. seminale mēbrū dicitur ab Ouidio a semine & genitura. OLLVlam: Inter. o. & au. cognatio non parua est: unde plostrū & plaustrū. Cotes. Cautes. Lotus. Lautus. E cōtrario austrū pro ostrū. ausculum pro osculum antiqui dixerunt. sic ollam & aulam indiscretim usurpant. Vnde exta aulicoctia dicta: quæ in ollis coquebantur. i. elixa. auxilla dicitur ollula. i. olla paruula. ab olla. ollares uuæ dictæ. quæ in ollis fictilibus optime conduntur. Statius in siluula ollares rogo nō licebat uuas. In ollis pultes coquebantur. hinc dixit. M. Varro oculis obseruate ollam pultis ne aduratur. de qbus epigrāmatista. Imbue plebeias clusinis pultibus ollas. ab olla ollera dicta. quia in ea decoquebātur: Græco uocabulo chytropodas appellant ollas: quæ pedibus sustentantur: In leuitico mendose legitur: siue clibani siue sytropodes destruentur & imundi erunt. Tu lege chytropodes. & accipe pro ollis pedatis. Nicolaus de Lyra. super eo loco deliramenta loquitur. CVM natibus intorques. Lucianus. ω καλη παλαιστρα τηι πηγυι τηι χυτραοωδουσυμπεριφερεισι και κλιμεισι. PVLmentū: A pulte. qua longo tempore Romani uixerunt: pulmenta & pulmentaria dicuntur: Auctores. M. Varro. & Plinius. ILLIC. In olla. quāuis symbolicos referri posset ad fœminæ genitalia. INTingere: hinc intinctus. oppido q̄ eleganti uocabulo: uocatur liquor: quo intingimus obsonia: ut cōmendatioris iucundioris q̄ saporis sint. Ideoque uulgo sapor nuncupatur. Plinius in. xv. ait plerūq; ad intinctus addi baccas myrti. græco uocabulo Embāma noiatur απο του εμβαπτω quod significat intingo: Columella libro nouissimo. hoc sinapi ad embamata nō solum idoneo sed etiā speciosо uteris. In euangelio scriptū est. qui intinxerit mecū manū in parapside græce dicitur: εμβαψας μετεμου εις το τριβλιω cōsimiliter ex eadēq; aeschrologia Lucianus μακαριος οστις ερταυθα εμεβαψατο. i. fœlix quicunq; illic intinxerit.

Lubricū.

Ex spinæ medulla serpens.

Membra Plostrū. plaustrū.

Auxilla ollula. Ollares uuæ. chytropodes. correcta dictio ex leuitico. Intinctus Embammata.

DICAcula: Dicacitas a dicendo ducta est: quæ proprie significat sermonē cū risu aliquos incessentē. ut antedictū est: hinc dicax & dicaculus. qui dicacitate & iocorū mordacitate præpollet: Demosthenē urbanū fuisse dicunt dicacē negāt: multi ut auctor est Quintilianus in cōuiuiis & sermonibus dicaces sunt. hic dicacula puella significatur loquacula. petulans uenustula. & in uerbis faceta. græce dixit Luciāus. σφοδρα γαρ ημιτα μοι και χαριτων μεστον τι κορασιον. i. erat puella ualde pterua. & plena uenustatis. AFOculo discede. Elegāter foculus dictus pro puella: qa amator uritur. Et amor ignis est: sic & Terentius. accede ad ignē hūc iam calesces plus satis. Diomedes grāmaticus ait Acyrologiam esse apud terentium. accede adhunc ignem. ubi nomine ignis significatur meretrix.

Dicaculus.

amor ignis.

MEVS igniculus. Amoris flamma & uredo. Virgilius At mihi se se offert ultro meus ignis amin thas. Cyrus apud xenophontem: amorem ostēdit igne esse longe potentiorem. qđ ignis urit homines tangentes. At amor formæ eos etiam accendit. qui procul spectant in tantū ut ardenter estuent.

Amor igne terrentiorē.

floridis palmulis rotabat ī circulū: & ī orbis flexibus
crebra succutiēs: & simul mēbra sua leniter illubricās
lūbis sensim uibrātibꝰ: spinā mobilē quatiens placide:
decēter inūdabat. Isto aspecto defixus obstupui & mirabūdus steti. Steterūt & mēbra q̄ iacebāt ante. & tādē
ad illā q̄ pulchre: q̄q; festiue inq̄. Fotis mea ollulā istā
cū natibꝰ intorques. q̄ mellitū pulmētū apparas. fœlix
& certius beatus: cui permiseris illuc digitū intingere.
Tūc illa lepida alioquin & dicacula puella. discede inquit misellē q̄ procul a me: a foculo discede. nam si te
uel modice meus igniculus afflauerit urereris ītime.

NVLLVS extinguet: Lepidius sane uenustius q̄ id totū apud Lucianū græcū est. Vbi ait palestra. Μοῦμα. θεραπευσαί σε οὐδεὶς ἄλλος οὐδὲ θεὸς ἰατρὸς ἀλλὰ κατακαυσασά σε μοῦμη ἐγώ. i. sanabit te nullus alius. neq; medicus deus. sed ego sola quæ te combussi. & mox Paulo. ἀμφοτέρους οἰδα ἐγωγε καὶ σφάττειν καὶ ἀερεῖν καὶ κατακόπτειν. i. ego hominē noui & iugulare & excoriare. & trucidare. ET ollam & lectulū quatere: Fotis quatenus coqua est ollam rotare nouit & quatere. quatenus amorabūda est lectulū cōcutere: qui instrepere solet ex coluctatiōe ueneria. Catullus tremuliq; quassa lecti argutatio inambulatioq;. HABItudinē: Corporis filiū habitū & mēbraturā. habitior apud priscos dicit pro pinguiori habitissimus pro pinguissimo. & corpulento usurpatur: e cōtrario male habitus pro emaciato attenuatoq;: Gellius equū nimis strigosum & male habitū. sed eq̄ tē eius ubertimū & habitissimū uiderūt. Vbi annotādū est strigosum dici promacro exhaustoq; quasi stringosum. sic enim apud ueteres dicitur cuius corpus strīgit aut fame aut macie. aut alia uitii causa: sic apud Liuiū strigosiores equi pro exhaustis & macie attenuatis. POstea perstrui: Aperrior sensus si legas perfrui.

Habitissimus.

Male habitus.

Strigosus.

Nullus extinguet ardorem tuum: nisi ego. quæ dulce condiens & ollā & lectulum: suaue quatere noui. Hæc dicens in me respexit. & risit. nec tamen ego prius inde discessi: q̄ diligenter omnem eius exploraſſem habitudinem. uel quid ego de cæteris aio? Cum semper mihi unica cura fuerit. caput capillumq; sedulo: & publice prius intueri: & domi postea perstrui? Sicque iudicii huius apud me certa & statuta ratiōe: uel q̄ præcipua pars ista corporis in aperto & perspicuo posita: prima nostris luminibus occurrit. & quod in cæteris membris floride uestis hylaris color: hoc in capite nitor natiuus operatur. Denique plerequeindolem gratiasq; suas probature. lacinias omnes exuunt amicula dimouent. nudam pulchritudinē suā præbere se gestiūt magis de cutis roseo rubore: q̄ de uestis aureo colore placituræ. At uero quod nefas dicere: nec q̄ sit ullū huius rei tam durū exemplū: si cuiuslibet eximiæ pulcherrimæq; fœminæ caput capillo spoliaueris: & faciē natiua specie nudaueris: licet illa celo deiecta: mari edita: fluctib⁹ educata: licet inq̄ uenus ipsa fuerit: licet omnia purpurea & aurea cōuenire turpi mulieri. Cesaries aūt speciosa & crinita cūprimis decet fœminā. quæ ut auctor est Ambrosius in. vi. exameri reuerenda est in senibus. Venerāda in sacerdotibus terribilis in bellatoribus. Decora in adolescentibus cōpta in mulieribus dulcis in pueris. Tolle arboris comā tota arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillū tota pulchritudo flaccescit. hic ornatus ē capitis obuius oībus. & pspicuus quo cerebrū munitur. & uestitur. ne aut frigore uexetur. aut estu. sicut nihil sedius est in fœmina. q̄ caput capillitio depopulatū: ita nihil uenustius cesariato comatoq;. In capite homini plurimus est pilus. Inde cognomina capillatis Alpiū incolis galliæ comatæ. Myconii populi insulani carētes capillo gignuntur: Defluuiū capillorū in muliere rarū. In spadonibus nō uisum: tāta ē decoris affectatio i mulieribus ut aliena quoq; coma caput exornēt: adeo liquet capillū eē amabilē illicibilēq;. Ouidius sentētialiter scribēs ait turpe pecus mutilū. Turpis sine gramine cāpus. & sine fronde frutex. & sine crine caput. AMIcula dimouēt: Vestimēta oīa amouēt. ab amiciēdo amictus. Amicimē. amicula dicta. DE cutis roseo rubore: Iuxta sentētiā plautinā. fœmina nuda pulchra ē qua purpurata pulchrior. NEQue sit exēplū: Vtinā iqt nulla calua & sine capillo repiat: ut nullū extet exēplū caluitii fœminei. & sane mulieres naturaliter nō calueſcūt: qm̄ natura earū similis puerorū naturæ est: unde & spadones nō calueſcūt qm̄. fœminā imitātur. Auctores Aristoteles Hippocrates. Galenus cæteri. Annotatu dignū ē obiter id qd̄ Seneca scripsit libro epistolarū moraliū. xv. qui luxū carpēs mulieres tradit & caluas & podagricas fieri ex intēperātia. ut ita maximū medicorū Hippocratē faciāt mēdacē: q̄ i aphorismis, pdidit fœminis nec capillos defluere: nec pedes laborare: uerū natura fœminarū mutata nō est: sed uita sed uictus sed inguluies in causa ē ut calueſcāt fœminæ. cōtra Hippocratis sententiā qd̄ & galenus refert. NATIua specie: Natiuo decore. & pulchritudie capillorū. qui homini cōgeniti sunt. In homine enī pili partim simul. partim postea gignūtur: hos cōgenitos appellant: qui uidelicet auctor est Plinius nō desinūt sicut nec fœminis magnopere. LICET illa celo deiecta: Sensus est. si uenus calua foret & comæ honestamēto uiduata haud quaq̄ placeret. fieretq; inamabilis. adeo capillamenti decor fœminā decet. uenus autem ex spuma maris orta & celo deiecta esse fertur. aiunt mythici saturnū celii patris pudenda abscidisse: quibus in mare deiectis uenerem procreatam: quæ a spuma. Vnde coaluit ἀφροδίτη nomen acceperit. ἀφρον enī græci spumam uocant: hoc autem ideo

Cesaries reuerēda

Laus comæ.

Gallię comatæ.

Myconii calui.

Amicula

Mulieres non calueſcere.

Quomodo mendax hippocrates.

Congeniti pili.

uenus ex spuma.

Aphrodite.

Sperma spumosũ

fictum esse creditur: quia dicũt physici sudorẽ salsum eẽ: quẽ semp elicit coitus. Aristoteles uero cuius inuentis nec ipsa natura dissentit libro de generatione animaliũ secũdo autumat genitura esse spumosam. Ideoq; deã. q̃ rei ueneriæ p̃est ab ipa spuma aphroditẽ noiatã: Annotãdũ est herodotũ græce historiæ principẽ errore fœdo lapsum eẽ: qui scripsit libro tertio historiarũ genituram ethiopũ eẽ nigrã. & ob id ethiopas nigros existere. Cum eodẽ teste Aristotele oium animãtiũ sperma hoc est semẽ genitale albũ sit: De uenere: q̃ celo deiecta mari ꝓcreata sit scribũt Poetæ & meminit Ausonius his uersibus. Orta salo suscepta solo patre edita celo. Eneadum genitrix hic habito Alma uenus. GRA

Gratiæ Charites

tiarum choro: Gratiæ quas charitas græco uocabulo appellitãt: in comitatu ueneris eẽ produntur: ex quo ẽ illud Oratianũ feruidus gratiarũ choro stipata: & tota cupidinũ populo comitata: & balteo suo cincta: cinnama fragrãs: & balsama rorãs: calua proesserit: placere nõ poterit. nec uulcão suo. Quid cũ capillis color gratus: & nitor splẽdidus tecũ puer & solutis gratiæ genis ꝓpereq; nymphæ. Nudæ gratiæ & sine nodis: Ideo figurãtur. q̃a amici animos solutos ac nudos & apertos iter se habere debeãt. quidã gratias liberi & ueneris filias eẽ tradunt: nec imerito: gratiæ enĩ per horũ fere numinũ munera cõciliantur: quarũ una auersa pingitur

Quomodo figurãtur gratiæ.

dnæ nos respicientes ꝓpterea q̃ ꝓfecta a nobis gratia duplex solet reuerti. Docet Seneca q̃re tres gratiæ. & qualiter sorores sint: & quare manibus iplexis: quare ridentes. quare iuuenes. & quare Virgies. soluta ac plucida ueste. Alii q̃dẽ uideri uolũt unã q̃ det beneficiũ. Alterã q̃ accipiat. Tertiã quæ reddat. Alii tria beneficiorũ genera promerentiũ. reddentiũ: simul. & accipiẽtiũ reddẽtiũq;. Consertis mãibus in se redeũtiũ chorus. ob hoc est. q̃a ordo beneficii p manũ trãseuntis nihilominus ad dãtẽ reuertitur & totius speciẽ perdit si unq̃ interruptus est. pulcherrimus: si coheserit & uices seruat. hilares sunt quales solent eẽ qui dãt uel accipiũt beneficia. Iuuenes q̃a nõ debet beneficiorũ memoria senescere. Virgines q̃a icorrupta sunt sincera & omnibus sancta: In quibus nihil alligati eẽ decet neq; ascripti solutis itaq; tunicis utũtur. perlucidis aũt: quia beneficia cõspici uolunt. Hesiodus Aglen. maximam natu appellat a splendore. mediã euphrosinẽ a leticia. Tertiã thaliã. a uiriditate. Homerus uni nomẽ mutauit

Nomina gratiarũ.

pasitheã appellãdo libro Iliados. xiiii. Chrysippus ait gratias tres iouis & eurinomes filias eẽ. Etate autem minores q̃ horas sed meliuscula facie. & Ideo ueneri datas comites. Diodorus auctor est ad grarias beneficii & gratiæ retributionẽ ptinere. & ob id eas coli. Socrates sculptor charitas fecit in propyleis athenienſium ꝑimis inclytas. CVPIdinũ populo: Plato i sympoſio. duos tãtũ cupidines celebrat. Alterũ celestẽ. alterũ plebeium. de quibus & nos olim lusimus. In carmine amatorio: Verũ poetæ innumeros cupidines assignãt ueneri: sic propertius alios cupidies faculis. alios sagittis: alios uinculis instructos sibi obuios factos eẽ cõmemorat: sic Statius in siluulis. de cupidinibus numerosis loquens inquit: pharetrati presſere silentia fratres. Et silius cecinit in septimo punicoꝝ. Cupidines com

Cur plures cupidines.

plusculos. ut merito uenus dicat ab Apuleio cupidinũ populo comitata: Quin etiã Alexãder aphrodiseus in problematis refert plures eẽ cupidines. quãdo quidẽ aliter atq; aliter quis cõcupiscit: & ut inquit Diuinus Plato amorẽ beluam eẽ multorũ capitũ certũ est. uel q̃ multis amoribus unus & idem sæpe succũbit: Arcesilaum magnificat uarro qui leenã fecit marmoream. Et cũ ea aligeros cupidines ludentes. quorũ alii religatã tenerent alii e coruu cogerent bibere. alii calciarẽt soccos. omnes ex uno lapide. BALTEO suo cincta: Ceston significat. qui balteus ueneris est discolor. & uariegatus: Cui

Balteus ueneris.

insunt blandiciæ omnes cupidines. suadelæ. fraudulẽtiæ. omnia deniq; amatoria ueneficia: quæ uel prudentis deliniant mẽtẽ: auctor Homerus in. xiiii. Iliados cuius hi uersus sunt. ελυσατο κεστον ἱμαρτὰ ποικίλον ἐμθαλέ οἱ θελκτήρια πάντα τετυκτο. ἐμθερί. μεν φίλοτης ἐρατε ἱμερος ἐρλοαρίστυς παρφάσις ητε κλέψε μοορ πυκάπερ φρονεοντων ab hoc cesto autumãt grammatici adulteria dici incesta q̃si sine cesto i quo copulæ ex matrimonio uis est. de hoc Epigrãmatarius poeta. collo nectę puer meros amores ceston de ueneris sinu calentẽ: Idem sume cytheriaco meo

Incesta. unde. Cestos.

dicatũ nectare ceston. Vsſit amorẽ balteus iste Iouem. CINNAma fragrans: Idest odorem cinnameũ redolens. Cinnamũ idẽq; cinnamomũ frutex est odoratissimus. duorũ cubitorum altitudine. ꝑcipua bonitas est in tenuissimis uirgultorũ partibus. Vilissimũ quod radicibus proximũ summa gratia in cortice ipsum lignũ in fastidio est: quod Xylocinnamũ uocatur. Ex cinnamo fit unguentum Cinnaminũ dictũ inter cætera crassissimũ. summa unguẽtorũ cõmendatio est: ut transeuntem fœminã odor inuitet etiã aliud agentẽ. BALsama rorans: Instar quasi roris guttas balsami fuudens. balsamũ aũt omnibus odoribus ꝑfertur: succũ balsami opobalsamũ uocãt eximiæ suauitatis: Xylobalsamũ lignũ dicũt surculũq; balsami. quod & ipsum pro succo sustituerũt officinæ. præcipua gratia balsamo est. secunda semini. Tertia cortici. minima ligno. Summa balsami probatio. ut lac coagulet & in

Cinnamũ

Opobalsamum. Xylobalsamum

ueste maculas nõ faciat. NEC uulcano suo: Si uenus calua placere nõ poterit uulcano. a quo ardẽter Amatur. Tantominus reliquis placebit. Merito uenerem uulcano coniungunt: quia sine calore & ignis uires ueneria peragi nõ potest. & qnia incidit mentio ueneris caluæ. Scire debes Romanos ueneri caluæ edem consecrasse in honorem matronarum. cum urbe agallis occupata obsessi in capitolio ex mulierũ capillis tormenta fecissent. Auctores Lactantius & Iulius capitolinus. e contrario

Venus calua.

Venus armata.

lacedemonii coluerunt uenerē armatā. quā græce dicūt ἀφροδίτην ἐνοπλίου ex historia mulierū: quæ messenios hostes fuderūt: armatæq; obuiam exiuerūt uiris. hinc illud Ausonii. Armatā uidit uenerē lacedemone pallas. ILLVcet: Resplendet. & radiat. ECCE solis: Corrigo & contra solis aciē. GRAuem: Lego gratiā. IN mellis umbrā: Sunt capilli in qbus mellis color placet Vmbroso quasi fulgore perspicuis: Galenus in microtechni ait capillos flauos & rubētes Crisposq; significare bonā corporis cōstitutionē. Domitius nero capillos cōiugis suæ popeæ succinos appellabat a succini colore. q in melle cognoscit. COrui na nigredie: Capillus coloris nigricātis expetitur a matronis. cū illa nigricia nō parū uenustet faciē cādicantē. In demonio Socratis cū duo inquit colores pstabiles forent. piceus & niueus. qbus inter se nox cū die differunt: utrūq; colorē apollo suis alitibus donauit candidū olori. Nigrū coruo.

Succini capilli.

illucet? Ecce solis aciē uegetus fulgurat: uel placidus renitet. At in contrariam grauem uariat aspectum, & nunc aurum coruscans: in mellis lenem deprimitur umbram. Nunc coruina nigredine cerulus columbarum collis flosculos emulatur. uel cum guttis arabicis obunctus: & pectinis arguti dente tenui discriminatur. Et pone uersū coarctus: amatoris oculis occurrens: instar speculi reddit imaginem gratiorem: quid cum frequēti sobole spiritus cumulat uerticē? uel pro lyxa serie porrectus dorsa permanat. Tanta deniq; est

CERVlus: Cerulus color uiridis est. & subniger: qualis in mari cōspicitur: unde cerula maria a poetis dicta. ob id thalassicō quoque nūcupatus quasi marinus a Plauto: græci glaucū appellant. quo & nostri utuntur. Latinis ueteribus cesia dicta est: q̄ a grācis glaucopis dicitur. ut Nigidius ait: de colore celi quasi celia. ferrugineus color ceruleus est. sup quo in libro annotationū plura.

Cerulus.

Thalassicus color

COlumbarū collis: Columbarū pluma: quæ in collo est radians in sole uarii coloris incertiq; conspicitur. modo enī rubra. modo uiridis & uarietate quadā mutat colores. sicut & pauonis cauda. sup qua re Lucretius libro secūdo luculēter scribit. Cuius hi sunt uersus. Pluma columbarū quo pacto i sole uideatur: q̄ sita ceruices circū collumq; coronat nāq; alias fit uti claro sit rubra pyropo. Interdū quædā sensu fit uti uideatur inter ceruleū uiridis miscere smargdos: hinc Arcesilas nobilissimus philosophus uarietate ista columbini coloris motus asserere cœpit ἀκαταλήψιαν. i. incomprensibilitatem & hoc est quod intelligi uoluit Martianus. Libro de nuptiis philologiæ Arcesilas colum intuens columbinū dubitabat: Hieronymus quoq; rei huiuscc cōmeminit. Seneca libro primo quæstionū. Columbarū ceruix speciem falsi coloris & summit & pōit ubicūq; deflectitus. De quo Nero cesar disertissime lusit. Colla tiberiacæ splendent agitata columbæ. Plinius in. x. tradit columbis in esse quēdā gloriæ intellectū. ut noscē credantur suos colores uarietatēq; dispositā: nūc Apuleius colorem in capillis gratū eē & amabilem significat: qui uarietatē illam colli columbini imitatur & reddit.

Pluma colli columbæ.

Arcesilas intuens collum colūbinū

GVTTIS arabicis: Vnguento nardino. uel potius myrrhæ lachryma quæ in arabia laudatissima progignitur. sudat aūt myrrha sponte priusq; incidatur guttam stacten dictam. Cui nulla præfertur. auctor Plinius in. xii. a uerbo græco stazo. quod significat stillo stacte nominata. qua dr̄ctione gutta si ue lachryma liquoris significatur. de qua in expositione Psalmorum Hieronymus sic scribit. stacten. idest stillam uel guttam exhibent domino: Narrant & qui Aromatum nouere uirtutes stacten florē esse myrræ: huius quoq; meminit collumella in carmine de cultu hortorum. Myrrhæ ungnēto hoc est stactes liquore capilli ungebantur causa deliciarum. Ouidius In epistola sapphus. Non arabo noster rore capillus olet. Idest unguento myrrhæ. de quo Plinius noster in. xiii. myrrha & per se unguētum facit sine oleo. stacte duntaxat. Arabiæ peculiaria sunt multa odorata & ad unguenta pertinentia. ut thus. Myrrha. mastice. Ladanum. & alia compluscula. propter quæ fœlix appellatur græco uocabulo Eudemon dicta.

Stacte.

Eudemō Arabia.

DISCRIminatur: Distinguitur. digeriturq; positura quadam uenustiore. discrimen uocant diuisionem capillorum. quo mulieres imprimus utuntur. de quo Ouidius cōposi tum discrimen erit. discrimina lauda. Discerniculum dicitur acus: quæ capillos mulierum ante frontem diuidit. atq; discriminat. dictum a discernendo: eo enim discernitur capillus: sicut dente pectinis explicatur: quem argutum appellat. uel quasi paruū & breuitate elegantem. uel quasi sonorum: dum pectitur coma.

Discrimē Discerniculum.

ET pone: A tergo in ceruice. solet enim post ceruicem coma nodari. & nodo quodam in sūma parte constringi: ex quo fit ut capillus spissior densiorq; fulgorē reddat specularem: Virgilius de Camilla. Vt fibula crinē auro internectat. Idem de didone. Crines nodantur in aurū. græci κροβίλην appellāt retiolū illud siue reticulū: quod comā cōtinet. quod ut ait. M. Varro a rete dictum. Capital quoq; ueteres dixerūt fasciolam. qua capillum in capite colligarent.

Reticulū Capital.

SPIrisus: Corrigo spissus: nā densitas & spissitudo capillorū gratiā augēt. sicut raritas est dehonestamēto.

Dossum dorsum.

DORsa perma nat. Decurrit explicaturq; p Humeros. & spinā dorsualē. Antiqui dossum dicebāt q̄d nūc dorsum. & ita uulgo usurpatur. Inde dossuaria iumēta a. M. Varrone dicta q̄ dosso uehunt: Dorsualia appellant uelamēta. siue opimēta. qbus bouū & equorū dorsa cōuelantur. Iulius capitolinus processerūt etiam altrinsecus cēteni albi boues cornibus auro iugatis. & dorsualibus sericis discoloribus præfulgētes.

Dossuaria iumēta.

Dorsualia.

Capillamentū. CApillamentū: Capilli siue capillitii & comæ. scribit Plinius setarū capillamenta innasci quibusdā hominū. in uesica. Idē auctor est tubera nullis fibris nixa. aut salte capillamentis gigni. Idem nouissimo uolumine inter uitia gemarū numerat capillamentū quod rimæ simile sit. CAEtero mundo: Ornatu muliebri. mundus enim ornatus muliebris dicitur: nomine a mundicia ducto. ut docet. M. Varro. de quo Vlpianus sic scribit. mundus muliebris est. quo mulier mūdior sit. Continentur & eo specula. matulæ unguenta uasa unguentaria. & si qua similia dici possunt: unguenta uero quibus ualitudinis causa ungimur mūdo nō cōtinēt: Liuius libro. xxxiiii. mūdiciæ ornatus & cultus. hæc fœminarū insignia sunt. his gaudent & gloriātur: hūc mūdū muliebrē appellauerūt maiores nostri: Lucilius mūdū neutro genere appellauit non masculino ut cæteri illo uersu. Legauit quidā uxori mūdū omne penūq;. illud adde mundū quo omnia cōtinētur a perfecta absolutāq; elegantia mūdū a nostris dici: quē græci cosmon noīe ornamēti appellauerūt. DISTINxerit. Quasi discerniculo digesserit & decēti positura discreuerit. NON operosus: Capillus iterdū inordinatus incōpositusq; i fœmina luculenta gratior est & amabilior q̄ operosus. hoc est multa opera cōcinnatus. sicut eni pulchra fœmina nuda est. q̄ purpurata pulchrior. Ita capillus quoq; passus prolyxus circa caput reiectus negligēter. ut ait Terētius in formoso corpore decētior est. q̄ cōpositus discriminatusq;. VBEres: Spissi nā ut dudum dictū est capillus densitate fit cōmendatior. sic autē textus ordinatur. nodus astrinxerat uberes crines & per colla dispositos. SINVAto patagio: Patagiū aurea chlamis est: q̄ p̄ciosis uestibus īmitti solet: Inde patagiata fœmina a Plauto in epidico dicta. q̄ patagio induta est. & ab eodem in aululari. patagiarii artifices patagii nominati. Neuius pallis patagiis crocatis malacis: In codicibus nonianis, p malacis mendose scriptū est manicis. malacū aūt appellant uocabulo græcanico molle & delicatū. malacū pallium dixit Plautus in bacchidibus. pro molli & delicato. & mollicino. Verbū uetus est malacissare. quod significat mollire. mitigare māsuefacere. Idē ait malacissandus es. i. mitigandus molliēdusq;: Sinuatū appellat a sinu uestimenti. quasi flexuosum & crispum. festus ait patagiū id dici quod ad summā tunicā assui solet: quæ & patagiata dicitur. Quod & uidetur uerius. tāq̄ sit patagiū id ornamenti genus: quod mulieres in sūma camisiæ parte circa ceruices assuunt Crispissimū. & ut inquit sinuatū. patagus uero morbi genus ē. MELlitissimū illud sauiū: Significatur capillo se fotidis īpressisse basium illud dulcissimū. quod condimentis ueneriis conditū. & ut inquit Catullus dulci dulcius Ambrosia est. Tria autē sunt osculandi genera. auctore Donato. osculum. basium. & suauiū. oscula officiorū sūt. basia pudicorū affectuū. suauia libidinū. uel amorū. In pronominibus autē magnū est dicendi pōdus magnusq; ex his intellectus nascitur. nā dicendo illud sauium. uult intelligi illud dulcissimū. illud q̄d amator amicæ ardenter infingit. illud quo Labella labellis feruminantur: illud q̄d uenus quinta parte sui nectaris imbuit. Deniq; illud quod libidinis est suscitabulum. & subantis anteludiū. LIMIS: Obliquantibus. & transuersis. nā limis ut docet Donatus significatur transuersus. Vnde limen quoq; dicitur in hostio. quod ingredientibus egredientibusq; transuersum est: & limi dicuntur obliqui generaliter: hoc tamen ꝓprie de oculis dicitur ueneriis scilicet & Amasiis Plautus in milite aspice limis oculis. scribit Solinus de leonibus nunquam limo uident minimeq; ita se uolunt aspici. Vbi limo significat obliquis oculis & transuersis. q̄d Plinius apertius dixit & planius. Cum ait. nec limis intuentur oculis aspiciq; simili modo nolunt. Limare: uerbum uetus est quod significat cōiungere ut apud Plautum: nunq̄ cū illa limaui caput. & turpilius in leucadiā. Veritus sum. ne amoris causa cum illa limasses caput. MORsicantibus: significatissimo uocabulo uim uenustorū oculorū expressit. qui illices sunt ueneris & potentissimū amoris incitamentū. quoꝝ fulgor & amabilis intuitus. quodā quasi morsu uitalia populatur: & morsicatim medullas depascitur: expertus loquor sensi ipse nec dissimulabo. sensim inquam oculos in panthia & martia morsicantes: quibus nihil uenustius. amabilius speciosius nouit uetustas nec noscet ipsa posteritas. Natura exhausit cuncta narthecia & omnes pulchritudinis pyxidiculas in formandis duabus mulieribus: quas Zeusis uel singulas contentus fuisset inspicere. Qui crotoniatarū uirgines nudas. ut. M. Tullius uel agrigentinorum ut Plinius sentit inspicere uoluit. picturus helenæ simulachrum: ut quod in quaque laudatissimum esset pictura redderet.

Capillamentū

mundus mliebris

Vnguēta in mūdo muliebri

Cosmos

Patagiū. Patagiarius.

Malacū pallium. Malacissare.

Patagus morbus.

Osculū Basium Suauiū.

Limis.

Limo uident.

Limare.

Morsicātes oculi in pathia & martia

capillamenti dignitas. ut q̄is auro: ueste: gēmis: omniq; cætero mundo exornata mulier incedat: tamen nisi capillum distinxerit: ornata non possit uideri. sed in mea Fotide: nō operosus: sed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines: leniter emissos. & ceruice dependulos. ac deinde per colla dispositos sensimque sinuato patagio residentes. paulisper ad finem conglobatos: in summum uerticem nodus adstrinxerat. Nec diutius quiui tantum cruciatum uoluptatis eximiæ sustinere. Sed pronus in eam qua fine summum cacumen capillus ascendit: mellitissimum illud sauium impressi. Tum illa ceruicem intorsit. & ad me conuersa limis & morsicantibus oculis. Heus tu

SCHOlastice:scholastici diminutiuū est scholasticulus:qua dictione significat.qui scholæ operam dat & in scholasticis controuersiis exercet.plinius secundo epistolarū annū sexagesimū excedit.& ad huc tantū scholasticus est. DVLce & amarū:sententia plautina ex cistellaria.amor & melle.& felle ē fecundissimus:gustu dat dulce amarū ad satietatē usq; aggerit. BIlis amaritudinē:per antithetō de centissimū significat in amore plus eē amatoris:q̄ dulcedinis.sicut enim mel dulcissimū est.ita bilis amarissima.ex felle ut physici tradunt:& memorat plinius noster bilis est.& magnū in hac parte uir⁹. hinc itī mores crimē bilis nomine cum se fundit in aīum de atrabili quā græci melancholiā uocāt de citrina.uitellina prasina adusta scripsimus in cōmentariis.Tusculanarū quæstionū & copiose disertant.plato Galenus.Albertus magnus cæteri. SVper hunc ignē:cū de igne elementali:quo cena a fotide coquebat loqui simpliciter uideat:nō infestiuiter referri pōt ad ignē meretriciū.iuxta aliud terentianū.accede ad ignē hunc:iā calesces plus satis:ibi enim nomine ignis meretrix thais significat id genus locutionis per acyrologiā fieri autūat Diomedes.a Virgilio quoq; decenter dictū est. At mihi se se offert ultro meus ignis amithas. ASsari:torreri. uri ex coqui.sicut assę carnes percoquūtur.primo ut auctor est.M.Varro fuit assa caro secundo elixa.Tertio iurulenta.dictum assum quod id igni assuedescit.sudando enim assum distillat calorem alii assum dici interpretantur.quasi solum.quoniam in obsoniis sine pigmento saporis alieni assę carnes inferebantur.antiqui enim assum solum dixerunt.unde assa uox dicta. Non admixtis aliis musicis concentibus.Laudes maiorum assa uoce cantabantur:idest ore prolata. & sine mixtura musices:ab asso assaturæ dictæ.Flauius uopiscus scribit aurelianum imperatorem cōuiuium de assaturis maxime dedisse.cibaria iurulenta hoc est iure condita auctore Cor.Celso magis alunt quam assa:magis assa quam frixa. CVM dicto:cum hæc dicerē.& loquerer.Locutio apuleii prope peculiaris & frequens. SAuiari:basiare osculari:catullus os oculosque suauiabor.Tria sunt ut proxime diximus exosculandi genera:osculum scilicet suauium & basium.oscula officiorum sunt basia pudicorum affectuum.suauia libidinum & amorum. CONgermanescenti:uetusto uerbo congermanescens libido dicta:quæ compar est:& quadam quasi germanitate consimilis:alii a cōgerminando.id deducere malunt.quod nō placet:nam congermanescere est coalescere & consociari.unde congermanescens libido eleganter pro coalescenti & consociata usurpatur.Quadrigarius facit exempla eorum ut uos cum illis congermanescere sciatis. INhalatu cinnameo:anima & anhelitu odoris suauissimi qualis est cinnami.amator enim amicæ animam anhelitumque suaueolentia quadam fragrantem & odoramentis commixtum esse sensit.& nos olim osculum panthiæ præcōio suaueolentiæ extollentes sic lusimus in idyllio.cinnama quod fragrant quod olet cynireia myrrha. ILlisu nectareo:oppido q̄ festiuiter expressit mores amasiorum.qui linguam linguæ interosculandum illidere consueuerunt:quæ suauiatio mellitissima est:& nectaris dulcedine perfusa.necnon maximū quoq; ueneris suscitabulum:in hanc sententiā est illud plautinum.fac proserpentem bestiam me duplicem ut habeam linguam. AD lubescente:ad lubescere uerbum uetus.quod significat placet aut placere incipit.plautus in milite hercle uero iam adlubescit primulum palestrio.sicut a lubet lubescit ita & adlubescit dicitur. PEreo inquam:uerba deprompta ex intimo amoris promptuario.quibus amantes in complexu amicorum subinde uti consueuerunt. PROpitiaris:placata sis.& propitia. ESTO:sis. MVtua uoluntate:mutuum in amore dicitur.ubi par uoluntas accipitur.& redditur MANcipata:obnoxia:& quodā quasi mancipii nexu obligata atq; addicta. PRIma face:horā uespertinā significat qua faces accenduntur.Macrobius in primo saturnaliū scribit q̄ post uesperā prima fax dicitur.Deinde concubia. PRElior:prelia.s.uenereo.de quo Virgilius at non inuenerem seu pugnas nocturnaq; bella.& epigrāmatista.o quæ prelia quas utrinq; pugnas fœlix lectulus & lucerna uidit.sua est amori militia ut marti:sua prelia.sui bellatores.& ut inquit ille.militat oīs amans.& habet sua castra cupido. OBgannitis sermōibus:imurmuratis.magisq; clara uoce enuntiatis.Gānire eni & obgannire obmurmurare est.unde & Gānitio canum quærula murmuratio significatur.

Scholastice ait:dulce & amarū gustulū carpis.Cauene nimia mellis dulcedine diutinā bilis amaritudinē trahas.Quid isticinq̄ est:mea festiuitas.cum sim paratus:uel uno basiolo interim recreatus:super istū ignē porrectus assarī?Et dum dicto artius eā cōplexus cœpi suauiari.Iāq; emula libidine in amoris paritatē congermanescenti mecum.Iā patentis oris inhalatu cinnameo.& occursantis linguæ illisu nectareo:prona cupidine adlubescente:pereo inq̄:immo iam dudum perii:nisi tu propiciaris.Adhæc illa rursū me deosculato bono aio esto inquit.Nā ego tibi mutua uoluntate mācipata sum.nec uoluptas nra differetur ulterius.sed prima face ī cubiculum tuum adero.Abi ergo:acte cōpara.tota n.nocte tecum fortiter:& exaio præliabor.His & talibus obganniris sermonibus:inter nos discessum est.

Schola sticus.
Bilis ex felle.
Ignis meretrix.
assū solū. assa uox. assaturæ.
Suauiari
Congermanescenti
Amasiorū oscula.
ad lubescere.
Prima fax.
Prelia ueneris.
Gannire
Gānitio.

COMmodū:tunc tūc:id horæ.eo mometo.ut sæpe diximus. MITtit xeniola:morē signat prisco
Xenia. rū:q hospitibus munera esculenta missitabant:q̄ xenia.i.hospitalia appellauerunt.nā ut auctor est Vi
truuius in.vi.cū fuerunt græci delicatiores.& a fortuna opulentiores hospitibus aduenientibus in-
struebant cubicula & triclinia & cū penu cellas.primoq; die ad cenā inuitabāt.postero mittebāt pullos
Xenios iupiter oua.olera.poma reliq̄sq; res agrestes:q̄ xēia ab hospitibꝰ appellauerūt.ξενιοσ .n.græce hospes ξενιοσ
hospitalis quo cognomēto iupiter colit̄ ut mēinit dion:de quo itellexit poeta cū ait iupiter hospitibꝰnā
te dare iura locuntur: hinc xenia
munera dicta hospitalia & υπο-
Xeniola. κοριστικωσ xeniola. xenia uti
qt eccleſiastes excecant oculos iu
dicū.iurisconsultus xeniis nō to
tū abstinendū eē p̄cipit. Martialis
celebrat xenia & apophoreta.ubi
annotandū.apophoreta nō tā di
ci munera q̄ remittunt̄ ab his: q
xenia accepere.q̄ uasa & id genus
alia q̄ conuiuis apponebant̄:ut se
cū post conuiuiū ea auferrent do-
noq; haberent.hæc.n.apophore-
apopho ta uocabant̄.ut auctor est Athene
reta. us:& apud nostros diuus Ambrosius id plenissime enarrat in libro de cohortatiōe Virginū: scribens
hæc:q ad conuiuiū magnū inuitant̄.apophoreta secū referre consueuerunt.ad hunc intellectū referri
debet illud suetōii ex caligula.agitatori citico comessatōe quadā in apophoretis uicies sestertiū contu
lit:scio me aliter tradidisse in cōmētariis:sed cū liceat quotidie meliora inuenire p̄teritis.& posteriores
cogitatōes prioribus sint sapientiores uolui obiter retractare:id qd in Tranqlli cōmētariis poterā uide
ri dormitās cōniuētibusq; oculis inspexisse.uerū id a me aliubi quoq; fiet quotiēscūq; repastinādi refor
mādiq; editos iā cōmēratios in meliorē sententiā dabit̄ occasio.hoies.n.sumus.nec ullus inuentus ē.
Retracta ἀψεωδαρτητοσ hoc est īpeccabilis.Hippocrates errores suos ingenue cōfessus est. Augustinus libro
tiones in retractationū maculas priorū uoluminū repurgauit.&.M.T.nō dubitauit aliquot iā editos librosaliis
genuæ. postea scriptis ipse dānare:sed ad propositū.idē Ambrosius apophoreta accipe uidet̄ p muneribus cū
Vinū ue- de uitali & agricola martyribus scribens ait hæc:apophoreta qdē plena sanctitate & gratia mecū detu
tus p̄cio- li:qd tū p translationē de uasis dictū uideri pōt. IN ætate p̄ciosi:uina generosa uetustate censent̄.pha
sus. lerni ætas media a quintodecimo anno incipit:ut docet plinius in.xxiii.solomō in ecclesiastico.Vinū
Vinum nouū inueteraſcet:& cū suauitate bibes illud.& plautus quoq; in casina inqt.q utunt̄ uino uetere sapi
edētulū entes puto.idē in penulo.uinū edentulū eleganter appellat:qd uetustū intelligi uult.& ob id p̄ciosum
sicut senes ob uetustatē senēq; edentuli fiunt hoc est sine dentibus. VEneris hortator: liber hoc est
Bacchus. bacchus.cuius noīe uinū significat̄ maximū haud dubie est libidinis incentiuū.ut merito armiger.&
Priapus. hortator ueneris dici mereat̄.fabulant̄ antiqui filiū liberi ac ueneris priapū fuisse ducti cōiectura ueriſi
ueneris mili.ꝓterea q̄ q uino indulgeant sint natura ad uenerē,ꝓpensiores:ut āt uulcanū,p igne p tropicam
& liberi fi- locutionē uulgo usurpamus sic & uenerē,p coitu liberū & cererē,p uino & pane nō minus decēter q̄ li-
lius. center dictitamus:qd & Quintilianus refert in.viii.hinc illud uulgatissimū sine cerere & libero friget.
Venus:apostolica sententia interdicit̄ sacerdoti uinū in quo est luxuria.& qui altari seruit.uinū & si-
Sicerra cerā bibere prohibet̄.uenter enim mero estuans facile despumat in libidines:sicerra autē ut īquit Hie
quid. ronymus.& in decretis canonicis.repetitū est. hebreo sermone oīs potio nuncupat̄:qua quis inebria
ri pōt.liberū autē bacchū ex eo dictū autumat Seneca qua liberat seruitio curarū aīum:asseritq; & auda
Liber uñ tiorē in oēs conatus facit quidā ob licentiā linguæ & libertatē loquitādi liberū dici opināt̄:tāq̄ ex ebrie-
tate fiant hoīes linguæ liberioris petulantioriſq;:si plutarcho credimus liber ex eo dictus.ꝙ ꝓ græciæ
libertate pugnauit.augustinus quod annotatu dignum est libro.vi.de ciuitate dei liberum ex eo dici
refert.ꝙ mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur:hoc idem dicunt in fœ
Libera minis agere liberam:quam etiam uenerem putant.& ob hoc libero uirilem corporis partem in tēplo
uenus. poni.fœmineam liberæ.& ob hoc addunt mulieres attributas libero.& uinum propter libidinem cō
Diōysia. citandam.diem festum dicatum libero patri liberalia uocant & græco uocabulo Dionysia. PVdo-
ris ignauiā:inuerecundus deus liber nuncupat̄ a priscis ex eo quod inuerecundi per uinolentiā homi
nes fiant.Oratius simul calentis inuerecundus deus feruidiore mero arcana,pmorat loco. HAEC
enim sitarchia nauigio:emunctior lectio & tarsior est.hæc enim sitarchia nauigium ueneris indiget
sola.ut sit sensus per Metaphoram a nauigantibus ductus.uenerem egere hac sola annona & alimē-
to.Sitarchiam enim dici uoluerunt pro commeatibus & re annonaria ut illud ex libro Regum pri-
Σιταρχια mo panis defecit in sitarchiis nostris.& sportulam non habemus. dictio ex græco ducta: siquidem
apud græcos σιτοσ cibus σιτοσ frumentum σιτοσ esculētus.significatur:Hieronymus libello quē
condidit de captiuo monacho apertius id explicat his uerbis:ascensis camellis & noua sitarchia idest

Cōmodum meridies accesserat:& mittit mihi Byrrhēa
rubi fœlices beatæ spinæ generāt: Ac ne cōuallē quidē: usq; iā. nisi tantū ripæ fluuialis marginē densis arboribus septā uideo. heæ arbores in lauri faciē prolyxe foliatæ pariūt in modū floris inodori: porrectos caliculos: modice punicātis. quos equidē fragrātis minime rurestri uocabulo: uulgus indoctum: rosas laureas appellant. quarūq; cuncto pecori cibus lætalis est. Talibus fatis īplicitus. etiam ipsam salutem recusans spōte illud uenenum rosarium sumere gestiebam. Sdd dū contanter accedo decerpere: iuuenis quidā ut mihi uidebatur: hortulanus: cuius omnia prorsus olera uastaueram: tanto damno cognito: cū grandi baculo furens decurrit. abreptumque me totum plagis obtūdit adusque uitæ ipsius periculum: nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi tulissem auxilium. Nā lumbis eleuatis in altum: pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter. iam mulctato grauiter: atque iacente contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Sed illico mulier quæpiam: uxor eius scilicet simul eū prostratum: & semianimem ex edito despexit: ululabili cū plangore ad eum statim prosilit: ut sui uidelicet miseratione mihi præsens crearet exitium. Cuncti enim

PAGAni:Ruſtici.& aggreſtes.alias pagani dicti urbici qui ſacramento militari aſtricti nō ſunt:ſup quo apud Suetoniū copioſius: Vbi explicatū leges uerſum illū Satyrographi.citius falſum ꝓducere teſtē cōtra paganū poſſis:De paganis qui ciues ſunt nec militant frequēs mentio apud iuriſcōſultos. Pagani.

CONclamāt canes:Ruſticorū mos eſt cōclamare canes & canibus defenſoribus ſe ſe tutari aduerſus inimicos.Fideliſſimi ante oīa homini canes ſunt:ꝓp bella collophonii itēq; caſtabalenſes cohortes canū habuere.hæc erāt fidiſſima auxilia.nec ſtipēdioꝝ indiga.Canes defendere cymbros.pugnaſſe aduerſus latrones canē ꝓ dño teſtis eſt Plinius. qui de canibus nō paꝝ multa memoriæ ꝓdidit. Canes ut inqt Cato iterdiu clauſos eē oportet. ut noctu uigilantiores & alacriores ſint.canū gña duo eſſe tradit. M.Varro unū uenaticū qđ ptinet ad feras alterū paſtoriciū.qđ cuſtodiæ cā paratū. & ptinet ad paſtorē. Collumella triſariā canū gña diuidit:unū uillaticū qđ uillā quæq; iuncta ſunt uillæ cuſtodit. Alterū paſtorale. qđ domi obſeruat ſtabulū. foris pecora paſcētia: Tertiū uenaticū probātur canes qui ſemp excāde ſcant in exteros.pecuarius canis neq; ſtrigoſus neq; pernix nimis debet eē ſed robuſtus. ac ſtrēuus ſtrigoſum aūt intelligimus macrū & male habitū.quaſi ſtringoſum. eo q̄ is morbus corpora ſtringit aut fame aut alia uitia cauſa.apud Liuiū ſtrigoſiores equi.apud Gelliū ſtrigoſus equus. apud ueteres ſcriptores dictio frequētiſſima:ꝓcipit Columella.ne nominibus ſōgiſſimis canes appelletur. quo celerius quiſq; uocatus exaudiat:qualia ſunt canū noīa.σκυλαξ ferox.lacon celer.tigris.a canibus ductū eſt uetus uerbū catulire.qđ ſignificat libidinari.& cupidine ueneris geſtire & coitū ſitienter appetere.M.Varro:fetutæ principiū admittēdi faciunt ueris principio.tū etiā dicūt catulire.i.oſtēdere ſe uelle maritari.Ariſtoteles in.vi.de aīalibus canes inqt eodē illo mō affectæ canire dicūtur.Latinius purius ſignificātius dixiſſet interprex catulire q̄ canire:hinc laberius lupā catulientē dixit prolibidinātem. & maritari deſiderātē:Lucianus in hāc ſententiā.αμεκραγελυσαι τουσ κυρασ.i.exclamauit ut canes ſoluerētur. LEOnibus idoneos:In albania canes tā generoſi ſpiritus naſcūt.ut leones elephātoſq; proſternāt.Clariſſimū eſt Alexandri Magni exēplū. qui canē albanū obiecit elephāto:quē aſſi dua rotatū uertigine afflixit.ad cuius caſum tellus cōcuſſa eſt. pertinacia canis leoni mordicus inhērētis ſuis pro re nata non incommodum. Quam ualido:Validiſſimo.ſubtilis grammaticorum obſeruatio per ualidum dici uult.& q̄ualidiſſimum.ut hæc particula quam ſuperlatiuo ſemper copuletur. Verum iſta confuſe licenterq; uſurpari apud auctores idoneos curioſius lector reperiet:grammatica illa ſcrupuloſitate poſthabita ſuper quo aliubi annotamenta confecimus. AD anſulam: Vacerram Antiqui dicunt ſtipitem ad quem equi religantur. Marcus Tullius in lelio. quin etiam neceſſe erit cupere & optare ut q̄ ſepiſſime peccet amicus.quo plures det ſibi tāq̄ anſas ad reprēdēdū.ab anſa anſata uaſa dicta.& feſtiuiter apud Plautū i pſa.Anſatus hō.q glorioſe ambulat: brachiis ſubnixis.& iſtar anſarū extātibus.eminētibuſq;:Carcheſiū iqt Macrobius uas ē anſatū mediocriter. anſis a ſūmo ad iſimū ptingētibus. DEſtinatū:Deligatū ut ſupra. CONfeciſſent:Extinxiſſent:iteremiſſentq; ide cōfectores ferarū dicti.q feras cōtrucidāt. ALVVS:Per quā excremēta emittūt:alii ſūt ut iquint Celſus aluo aſtricta.alii ſoluta iterdū aluus ꝓ ipſis excremētis accipiť.ut apud eūdē Celſum: Aluinos quoq; & cœliacos nūcupāt ꝓfluuio alui affectos.fluxura ipa uētris & ſolutio elegāti uocabulo græco dicť κοιλιολυσια quo utiť &.M.T.i epiſtis ad atticū. CRVdis oleribus:ωμαλαχα dicuntur. FIMO fiſtulatim excuſſo:Exꝑſſit i re qđē obſcena id tū qđ uſu uēire ſolet ab aluo lubrica & cita:ut.ſ. quaſi ꝓ fiſtulā &.ſyphonē ſtercora liquidiora egerāt.& quaſi eiaculētur.foriolus ab antiqs.dictus q foluti uentris eſt:foria ſtercora liquidiora.laberius foriolus eſſe uideris in coleos cacas.feram quæ bo-

pagani fletibus eius exciti ſtatim cōclamant canes:utq; ad me laniandum rabie perciti ferrent impetū: paſſim cohortantur. Tū igitur proculdubio iam morti proximus cū uidere canes modo magnos:& numero multos: & urſis ac leonibus ad compugnandum idoneos in me conuocatos exaſperari. ex re nata capto conſilio:fugā deſino:ac me retrorſus celeri gradu: rurſum in ſtabulum quo deuerteram recipio. At illi canibus iam egre cohibitis: arreptum me loro q̄ ualido:ad anſulam quandam deſtinatum: rurſum cedendo confeciſſent profecto: niſi dolore plagarum aluus artata: crudiſq; illis oleribus abundans: & lubrico fluxu ſaucia:ſimo fiſtulatim excuſſo: quoſdā extremi liquoris

Cohortes canū. Villatice canis. Paſtoralis Venatice Strigoſus canis Catulire. Catuliē tem lupā Elephas a cane cōfectus. Sub manu conſilium naſcatur. Ere nata. Pro re nata. Vacerra. anſata uaſa. anſatus homo. Carcheſium. Confectores aluus. aluini Coeliaci Coelio lyſia. Foriolus

nasus uocetur. apud idoneos scriptores inuenio interfugiēdū reddere fimum. ĩterdum & trium iugerum lōgitudine: cuius contactus sequentes ut ignis aliquis comburat. & ita sibi excremētis auxiliari

Fimeta. sterquilinia. a fimo fimeta dicta. quæ alio nomine sterquilinia. Plinius fimeta sub diuo concauo loco intecta stramento. ne in sole arescāt palo e robore depacto fieri iubet. De multiplici fimi differentia apud eūdem atq; Columellam & cæteros rerum rusticarū cōditores. illud adde. quod asinini pulli fimum quod primum edidit polean siue polion uocant: cuius medica uis lyenem sedat. ASPERgine: Aspersione.

Polea. stercus hominis fetidum. NIDOris: Graueolentia stercoris excremētiq; significatur fetorem nidoris dixit lāpridius in cōmodo. Alexander aphrodiseus. q̄ritī Problematis. cur stercus siue fimus hominis maxie fetidi odoris sit: cum quorūdam animaliū & maximæ caprarum aromaticā suaueolētiam fragret. quoniam ĩquit homines multiformi & hūecto cibo affati uescūtur. minusq; exercentur. Ideoq; non bene concoctum tetri odoris cumprimis est. IVbare: Sole. qui iubas lucis effūdit: Alias iubaris nomine lucifer significatur. auctor. M. Varro. & Seruius. a pacuuio dictū est exorto iubare noctis de curso itinere. pacuuiū imitatus Poeta inquit it portis iubare exorto delecta iuuentus. DEfectus: Exhaustus ac languens. defectos uocat Plinius resolutos. debilitatos & sine uiribus: quos græci dicunt παραλυτους qui & syntectici uocātur: quorum mentio est apud eundē Plinium. qui & syntexes uocat ipsas defectiones. ICTIbus fustiū: Suppliciū fustium eleganti uocabulo fustuarium appellant. M. Tullius. & Liuius. VNgulis extritis: Plautus in Asinaria. nempe hos asinos prædicas uetulos claudos. quibus subtritæ ad fœmina iam erant ungulæ. SCIte: Pulchre & condecenter. MAchera: Gladio. nam machera græco uocabulo & latinis usitatissimo gladius nominatur: Macherophorus ensifer. macheropius faber gladiorum. M. Tullius macherophoris centum sequētibus miros risus nos edere. pater demosthenis auctore Plutarcho. macheropios est cognomi-

Iubar. Defecti q. syntectici fustuariū. Macheta machero phorus. machero pius. natus ab officina gladioꝝ: quam athenis exercuit illud Satyrici poetæ de demosthene scribentis: quē pater ardentis massæ fuligine lippus: a carbone & forcipibus gladioſq; parante. Incude & luteo uulcano ad rhetora misit. CAVsæ remissionem: Corrigo causariam missionem. & ita aliquot ab hinc annis corrigendū docui. cū priuati ĩtra cubiculū discipulis familiarioribus Apuleiū enarrarē. sunt. n. tria

Causaria missio. honestissimo. missionū genera hōesta causaria ignominiosa. honesta est. quæ militiæ tēpore ipleto datur. Causaria cū quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renūtiat: ignominiosa cū quis propter delictū sacramēto soluit. Auctores iurisc̄sulti titulo de re militari. & titulo de his qui notantur ifamia. hic

Ignomi niosa. Causarii. Causaria causarii dicti ualitudinarii: Plinius ĩ. xxv. scribit helleboꝝ minime dādū esse sāguinē excreātibus causa riis uel latere uel faucibus. Liuius in. vii. Tertius inquit exercitus ex causariis senioribusq; a Tito quintio cōscribat qui urbi mœnibusq; præsidio sit: Vbi causarii significant milites. q pp ualitudinē a labori bus militiæ soluti missiq; sūt. spartiānus quoq; ĩ hadriāo post hæc ĩquit profectus ĩ gallias oēs causarios liberalitatibus subleuauit. dicit & causaria nomine substātiuo pro ipsa missiōe simpliciter libro Codicis. xii. ubi sic scriptū legimus. causaria missus nulla existiationis macula aspergitur. sensus est Apuleii opinabar ĩquit. me cū essē uerberibus fatigatus ungulis extritus claudicās ualētia debilitatus mereri missionē causariā: quā scilicet milites ualitudie ipediti cōseq̄ solēt a laborib⁹ militarib⁹ feriati: renūtiātq; militiæ ueluti minus idonei. palladius. causationē posuit. p uitio ĩteriore & egritudie cū ait ĩprio si saluo capite ĩ pulmōib⁹ ac thorace. aut nulla ē aut rara causatio. Moræ: Contatiōis q̄ plerūq; maxieq; la-

Causatio. trōib⁹ detrimētosa ē. DISTRIbuturos: Scilicet rebar. hoc ē opīabar. BELlū cōsiliū: Scitū elegāsq; iro aspergīe: alios putor e nidoris fœtidi a meis iā quassis scapulis abegissem. Nec mora: cū iam ĩ meridiē prono iubare: rursum nos: & præcipue me lōge grauius onustum producūt illi latrones stabulo. Iamq; cōfecta bona parte itineris: & uiæ spacio defectus: & sarcinæ ponderе depressus: ictibusq; fustium fatigatus: atq; etiā ungulis extritis: iā claudus & titubans riuulū quēdā serpētis leniter aquæ prope insistens: subtilē occasionē fœliciter nactus cogitabā totū memet flexis scite cruribus pronū abiicere. certus atq; obstinatus: nullis uerberibus ad ingrediēdū exurgere. immo ēt paratus: nō fustitantū: sed machera percussus occūbere. rebar enim iam me prorsus exāimatū: ac debilē mereri causæ remissionē. Certe latrōes partī impatiētia more. partim studio festinate fugæ: dorsi mei sarcinam duobus cæteris iumentis distributuros. meq; in altioris uindictæ uicem lupis & uulturibus predam relicturos. Sed tam bellū consilium meum preuertit sors deterrima. Namq; ille alius asinus: diuinato: & añcapto meo cogitatu: statim emmentita lassitudine cum rebus totis effunditur. Iacensq; ĩ modū mortui: nō fustibus: nō stimulis: ac ne

Macheram machera. machera. machera.

CAVda quidē: sic fieri solet ut scilicet cauda auribus. cruribus cōprensis iacentes asini exurgere cogant. POsthumæ spei: sunt posthumus dicit. qui post mortē & humanitatē patris natus est. sic eleganter & scite spē posthumā appellat serotinā nimis & tardā. & quasi post mortē iumenti irritā & cassā. Verbū posthumare Tertuliano est pro post nasci. & posteriorē eē: sic enim scribit in apologetico. Cæteri quoq; prophetæ & si moysi posthumant. idest post mosem nati sunt. & illo posteriores existunt. posthuma quoq; ætas decentissime dicit Sidonio pro futura & postera sic scribēti ī epistolis: sciat ætas uolo postuma nihil tua fide firmius. LApideo: qui immobilis permanebat ut lapis simulacrūq; lapideū. Luciāus. εκειτο δε ωσπερλιθος iacebat ut lapis.

Spes posthuma. posthumare. posthuma ætas.

cauda quidē & aurib9: cruribusque undique uersū eleuatis tēptauit exurgere. quo ad tandē posthumæ spei fatigati: secūque collocuti: ne tā diu mortuo imouero lapideo asino seruientes fugā morarent: sarcinis eius mihi equoque distributis: districto gladio poplites ei9 totos amputant. Ac paululū a uia retactū p altissimū p̄ceps in uallem proximam etiam nunc spirantem præcipitant. tunc ego miseri commilitonis fortunam cogitās: statui iam dolis abiectis: & fraudibus: asinum me bone frugi dominis exhibere. Nā & secū eos aīaduerterā colloquentes: q̄ in proximo nobis esset habēda mā sio. & totius uie finis quieta: eorūque esset sedes illa. & habitatio. clementi denique transmisso cliuulo: peruenimus ad locū destinatū. ubi rebus totis exolutis: atq; intus conditis: iā pondere liberatus: lassitudinē uice lauacri: pulueris uoluptatibus digerebā. Res ac tempus ipsū locoꝝ: & speluncæ illius: quā latrones inhabitabant descriptionē exponere flagitant. Nā & meū simul periclitabor ingeniū. & faxo uos quoque an mente etiam: sensuque fueri asinus sedulo sentiatis. Mons horridus: siluestrbusque frōdib9 umbrosus: & ī primis altus fuit. huius p obliqua deuexa: qua saxis asperrimis & ob id inaccessis cingit: cōualles lacunosæ cauæq; nimiū: spīetis ageratæ: & q̄q̄ uersus repositæ naturalē tutelā p̄bētes ambiebant: de summo uertice. fons affluēs

DIstricto: educto. & ut dicit eua ginato. POplites: neruos cruꝝ posteriores flexurasq; suffragium Elephas ut auctor est plinius poplites intus flectit hois modo. cætera animalia in diuersum. Lucianus idē memorās τωξιφει υποτεμνουσιν εκ τωνσκελων gladio inquit crura amputarunt.

Elephas.

ALtissimū præceps: idest præcipitiū: quod græci κρημνον uocāt Luciāus ωθουσιν εσ τον κρημνον idest impellunt in præcipitiū

COMmilitonis: asini eodē cōmilitio iumētario mecum sociati commilites dixit plinius pro cōmilitones & una militātes. BOnæ frugi: utilē & bonum cum laude dicimus. hominem esse frugi bonæ. quasi ꝓbum utilem & necessarium: frequēs est locutio ad bonam frugem redire hoc est ad bonos mores probitatēq;. CLEmēti cliuulo: modice clemēterq; surgenti: tales cliuos non asscendere nos sed asscendisse cognoscimus. PVLueris uolutatib9: uolutationibus. iumentis uolutatio ī puluere uicem lauacri & balneatū representat. id qd quotidie passim conspicimus: plinius in. xvii. ueterina īquit a iugo. & canes a cursu uolutatio iuuat. idē in. x. solidipedū inquit propria est uolutatio. M. Varro tradit sues in luto uolutari. hæc. n. illoꝝ requies. ut lauatio hois ideoq; uolutabra a Virgilio dicta loca: inquibus se apti uolutant cū ait in Georgicis. sæpe uolutabris pulsos siluestribus apros. uetus prouerbiū est apud Hieronymū & in decretis canonicis relatū. sus lota est in uolutabro luti: Heraclitus ait sues cœno cohortales aues puluere uel cinere lauari. RES ac tēpus flagitāt: pulchꝝ est ut uersu græco testatū est. nosse tēporis oportunitatē: siquidē καιρος εστι των νομων κρεττων πολυ. i. oportunitas & occasio longe melior est legibus. PEriclitabor: experiat tētabo. nā & piculū facere ē experimētū dare: si sena piclitāt tormenta ac tela multaq; gn̄a machinamētoꝝ: dicit āt se uelle facere piculū īgenii & eloquētiæ Topographia. i. loci descriptōe. ex quauis īgenii elucescit. & elegātia māifeste cognoscit: dū locus graphice specioseque descriptus sub oculos. ita subiicit. ut cerni magis q̄ legi uideat. FAxo: faciā. SEdulo: studiose & diligēter dictū quasi sine dolo. DEuexa: procliuitates īclinatōesq;: cōuexa quoq; de mōtibus & celo dicūt. LAcunosæ: lacunæ sunt fosse. ī qbus collecta aqua stare cōsueuit a lacu dictæ: quas alii lamas uocāt. Oratius. Viribus uteris pcliuos flumīa lamas. cū āt in conuallibus crebræ sint huiuscemodi uoragines & lacunæ: merito lacunosæ nuncupant. M. Tullius oppido q̄ decenter dixit lacunā in auro factā. intelligi uolēs exinanitionē auri & quasi uoraginē quandā ex furto & rapina & alibi ut illā inquit lacunā rei familiaris explerent. NAturalē: spineta interdū naturali tutela sepiunt loca redduntq; tutissima interdū de industria fiunt. uetusti auctores uiuā sepē appellāt: quā ut inquit columella structili prætulerunt. cū diuturnior pmaneret: ea fit ex uastissimis spinis maximeq; ex rubo & cynosbato: nos sentē canis appellamus. columella & palladius præcipiunt hoc sepimento hortos esse claudendos.

Commilites. Bonæ frugi.

Volutatio solidipedum. Volutabra. sus lota in uolutabro luti. periclitari. Topographia. sedulo. Deuexa. Lacunæ. Lamæ. Lacuna ī auro. Viua sepes.

Bullæ. BVLlis:bullantibus aquis:sunt enim bullæ tumores:qui in aqua fiunt:& repente euanescunt.hīc il
Hō bulla lud apud Varronē prouerbiū.homo bulla est:quo significat hoiem bullæ instar momento deficere ac
est. emori:uerbū est bullare.qđ signat bullas facere.Cor.Celsus inter notas male ualitudinis ait eē si uri
Bullare na bullat & male olet:Diminutiuū bullæ est bullula.idē si quasdā quasi maculas representat.aut si bul
Bullula lulas excitat.Bullantes aquas appellant Calphurnius & plinius quasi bullis tumentes scaturientesque
Bullātes. bullatas nugas dixit persius pro charactere tragico tumenti & sufflato.alias bulla ornamentum esti
aquæ. genuorum puerorū:de quo apud Suetoniū copiosius: bullæ quoq; sunt quibus fores ornantur & ua luæ:ut apud plautum in asinaria iussin in splendorem dari bullas has foribus nostris? M. Tullus p̄bro dat uerri quod bullas aureas ex ualuis templi ob p̄cium abstulerit. ARgenteas.a nitore & p̄spicuitate argenteas dixit argenti enim color candidissimus est.& ideo ut inquit plinius militarib⁹ signis familiarior q̄ auri.quoniam is longius fulget. IN modū stipati maris:signat fontem per riuos plures dispersum ualles illas adeo repleuisse: ut maris quædā quasi effigies uiseretur:cuncta cohibentis. CAVla firma: caulas
Caulæ. dicunt munimenta ouiū & sæpta Virgilius cū fremit ad caulas uentos perpessus & himbres: ubi caulas ut interpretat Donatus dixit ambitū ipsum:quo tutæ oues aduersus insidias continent:græcū nomē est.c.littera detracta.nā græci αυλαϲ uocant aīalium receptacula quas nostri caulas:qđ & Seruius docet.quidā caulas a cauo dictas autumāt:antiquitus.n.ante usum tectorū oues in antris claudebant sic Lucretius caulas corporis & caulas palati ponit pro caua & foramina.
Caulæ palati. SOlitis cratibus:lego solidis hoc est firmis & robustis.a crate dictus cratitius paries:quo utimur instructura rusti ædificii.palladi
Craticius paries us memit craticioꝝ podioꝝ:quibus granaria discernenda præcipit. ATtendunt:obtendunt oppo nunturq;:signat.n.ex cratibus factū parietē:quē ob id craticiū appellant scriptores idonei. EA tu bono:prouerbialis locutio hoc intellectu:me duce & auctore poteris illa latronū atria nominare.& siqđ ex hoc periculi urget & noxæ id meū sit cōsimiliter in libro de demōio socratis haud scio an bono cer te qđē meo periculo poteris geniū uocare:sicut ātatria in nobiliū domibus dicūt.ita hæc latronū atria
Cāniciæ cameræ. dici possunt ex similitudine. CANnulis contecta:palladus cānicia cameras uocat in agrestibus ædificiis ex cāna cōstructas plinius in.xvi.tegulo arūdinū iqt domos suas septētriōales populi operiunt:in reliquo uero orbe & cameras leuissime suspēdunt.ob id ait epigrāmatarius poeta: texāt reliqua tecta
Cānetū Donax auleticus calamus. palude tibi:cānetū uocāt locū cānis cōsitū:q̄ palladius mēse februario ponēda p̄cipit.græce Donax dicitur harūdo.hīc apud pliniū calamus fructicosissimus Donax dictus est:& tibialis calamus quē auleticō uocāt græce.n.αυλοϲ tibia:unde monaulon apud Martialē pro una tibia:cuius inuentorē Mercuriū fuisse testis est plinius. SPEculatores:græci episcopos uocāt:speculare significationē Troiano bello si nō inuenit.speculatoriū Cypriāo locus eminēs accōmoduscq; ad speculādū.M.T.scribit se episcopū a
Monaulon. Epiſcopꝰ. M.Tul. Speculatorium Epſcopiū Cataſcopium. Silicernii ſenes. Silicernium. Pōpeio destinatū eē oræ cāpanæ & maritimæ in principio ciuilis belli:hoc est exploratorē speculatorēque.idē ait quadā ad atticū epistola.cōscendi in phaselū epicopiū:corrigo episcopiū.significat.n.se nauē exploratoriā cōscendisse:q̄ græcis uocabulis dicit episcopiū & catascopiū.qua dictiōe Cæsar. &.Au. Gellius utunt. DEstinatis:deligatis iumentis.quo in numero erat apuleius. CVRuatā grauī senio:silicernios dici uoluerunt senes iā incuruos.quasi silices ex incuruitate cernētes: silicerniū uero dicit cæna feralis ex eo q̄ silentibus hoc est defunctis exhibet.M.V.ad sepulchra:antiquo more silicernium cōfecimus:alii tradunt silicerniū esse genus farciminis quo fletu familia purgat qa cuius noie ea res instituebat is:iā silentiū cerneret hoc est mortuus eēt.cecilius credidi silicerniū eius me eē esurē:apud Terentiū cū contumelia dictū est:in adelphis.sane te exercebo hodie ut dignus es silicerniū qđ exponens Donatus ait silicerniū cænā eē:q̄ his manibus inferī:qđ ea silentes cernant.i.umbræ possideant silicerniū sit senex q iā iāq; silentibus umbrisq; cernendus sit:nec probat silicerniū dici senē quasi silicē cernendum incuruus est:at placiades id probat silicerniiq; uocabulum inde deducit:quod sane etymon probatur. INfesti:infensi & male animati. COMpellant:uerbis obiurgatoriis allocuntur.sic autē ordinandus est textus.latrones alloquuntur anum:cui eorum aula & curatio commissa erat.

bullis ingentibus scaturibat: perque prona delapsus euomebat undas argenteas.lāq; riuulis pluribus dispsus ac ualles illas amnibus stagnātibus irrigās:in modū stipati maris:uī ignaui fluminis cuncta cohibebat: isurgit spelunca:qua margines mōtāæ desint. turris ardua:caula firma:solitis cratibus:ouili stabulatōe cōmoda:porrectis undique lateribus. ante fores exigui tramites:uice structi parietis attēdūt.ea tu bono certe meo piculo:latronū:dixeris atria.nec iuxta qcq̄:q̄ par ua casula:cannulis temere cōtecta: quo speculatores e numero latronū:ut postea cōpari:sorte ducti:noctib⁹ excubabāt.Ibi cū singuli irrepsissent stipatis artubus: nobis ante ipsas fores loro ualido destinatis:anū q̄dā: curuatā graui senio:cui soli sal⁹ atq; tutela:tot nūero iuuenū cōmissa uidebat.sic infesti cōpellāt:etiam ne tu

BVsti cadauer: probra latronũ sunt congruentia in uetulã cadauerosã atq; annis obsitã tãq; polycronia fœmina ac annosissima: sit busto digna: sit uitæ dedecus. & plutonis fastidiũ: cũ alioqui pluto gaudeat manibus defunctoꝝ ad ipsũ cõmigrantibus. LVsitabis: ludes & perdesidiã ociaberis frequẽtati uũ uerbũ est. Lucianus. ηρομτο τηι γραυι λια τι ουτο καθιζη. και ουπαρασκευαζεισ τον sic iterrogabant anũ. cur sic sedes ociosa? nec prandiũ paras. DErepsissent in caulã & latronũ spelunca quasi repentes itroissent de tã sera refectõe idignãt latrões sibi post ex hausto labores præsto nõ eẽ prãdii solatiũ qua refectione uires recreant & corpus refouet. uetus uerbũ est a lasso rixã queri. itẽ a sitiente & esuriente: sumpto autẽ cibo ois ai ipetus mollit. AViditer ingurgitare: apud plautũ anus merobiba & multibiba ingurgitat in se meꝝ auiditer faucibus plenis: & quasi in barathrũ effundit ingurgitare dictũ ẽ. quasi ingurgitẽ atq; uoraginẽ imittere. Au. Gellius crebris & ingentibus poculis omne ingeniũ ingurgitabat. VOcula attenuata uoce. HOspitatores: emendatione unius littere lego sospitatores: sic. n. purior est intellectus: dicimus autẽ sospitatores. nos sospitant faciũtq; incolumes quibus uitã acceptã ferimus. AFatin: large copiose affluenter.

busti cadauer extremũ: & uitæ dedecus primũ: & orci fastidiũ solũ: sic nobis ociosa domi residens lusitabis. nec nostris tam magnis tamq; periculosis laboribus: solatium de tam sera refectione tribuas: quæ diebus ac noctibus: nil quicq̃ rei q̃ merũ seuiẽti uentri tuo soles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc & stridenti uocula pauida sic anus: at uobis fortissimi fidelissimiq; mei hospitatores iuuenes affatim cuncta suaui sapore percocta pulmenta: præsto sunt. panis numerosus. uinum probe calicibus effricatis affluẽter immissum. & ex more calida tumultuario lauacro uestro p̃parata. In fine sermõis huius statĩ sese deuestiũt: nudatique & flãmæ largissimæ uapore recreati: calidaque pfusi: & oleo puncti: mẽsas dapib⁹ largiter ĩstructas accũbunt.

Ingurgitare.

Sospitatores.

PAnis numerosus: apud lucianum sic inquit anus αρτοι παλλοι οιψου παλαιου πιθοι και τα κρεα λευμιρτα αγρια σκευασασα. i. panes copiosi uini ueteris dolia carnes siluestres uobis p̃sto sunt. ET calicibus effricatis: ex præcepto Oratii. qui ait in epistolis. nec non & cantarus & lanx ostẽdat tibi te: item alter satyrographus. hic lauet argentum uasa aspera tergeat alter. Consimiliter plautinus leno facite inquit ut offendam parata. uorsa præstergastrata. lauta coctaq; omnia sient. EX more calida priscorum hic mos fuit pene quotidianus ut ante cænam in balneis lauerentur. nam ut docet Victruuius architectus tempus lauandi a meridiano ad uesperum est maxime cõstitutum. ahena supra hypocaustum hoc est ut ego iterpretor uaporariũ. tria sunt cõponẽda unũ caldariũ. alterũ tepidarium tertium frigidarium & ita collocanda uti ex tepidario in caldarium de frigidario in tepidarium aqua ifluat laconicum sudationesq; sunt coniungendæ tepidario ex aduerso laconici caldam lauationem collocanda esse præcipiunt. est autem lacõicum i thermis structura orbiculata. sudatorium: iquo sudor sicco calore elicitur quod & Cor. Celsus ĩsinuat libro secundo his uerbis sudor autem duob⁹ modis elicitur aut sicco calore aut balneo siccus calor est & arenæ calidæ & laconici. Dion laconicum dicit appellatum ex eo quod lacedemonii nudi unctiq; præcunctis exercebantur in hisce sudatoriis cruditatem coquebant & cænatoriæ fami præparabantur: Quod & Columella apertissime idicat sic scribẽs in luxum ganeonum mox ut apti uenianus ad ganeas quotidianam eruditatem laconicis excoquimus & exusto sudore sitim querimus non solum calida lauacra: sed & ardentes balneas placuisse prius scis seueriſſime rependit plinius. cuius uerba operæprecium fuit subtexere ex libro undetrigesimo quæ hæc sunt: illa prodidere imperii mores illa quæ sani patimur. luctatus ceromata ceu ualitudinis causa instituta: balneæ ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui: ut nemo non minus ualidus exiret obedientissimi uero efferentur: idem in. xxv. ait ante non erat mos nisi calida tantum lauari sicut apud Homerum etiam inuenimus. antonius musa augusti medicus & euphorbius frigidis: frigida etiam hibernis temporibus lauari persuasit: mersit ægros in lacus qua de re extat etiam annei senecæ astipulatio: qui psychrolutrem se se nominat quasi frigidis balneis utentem: super quo in appendicula Suetonii commentariorum: annotaciunculam condidimus. TVMVLtuario: rapidus festinãter: & tumultu quasi quodam præparato. sic apud Liuium tumultuarius exercitus: & apud Gellium tumultuarium studium: apud alios pleraq; consimiliter usurpata: quod & supra enarratum est. DEVESTIunt: uestes exuunt & despoliant. VAPORE recreati: communia sunt ut inquit. Cor. Celsus omnibus post fatigationem cibum sumpturis: si balneum non est calido loco uel in sole uel ad ignem ungi: atq; sudare: scribit plinius in tertio epistolarum: spurinam in sole solitum nudũ ambulare: ubi hora balnei nunciata esset quæ hyemæ erat noua: æstate octaua. Dein lotum accubare apposita cæna non minus nitida quam frugi. ET oleo peruncti: duo sunt liquores corporib⁹ humanis gratissimi intus uini foris olei: oleo natura est tepefacere corpus: & contra algores munire. usũ

Mos balneiquotidianus.

Hypocaustum

Vaporarium.

Laconicum.

Sudatorium.

Balneæ ardentes

Frigida astringi corpora.

Psychrolutres.

Deuestiunt.

Duo liquores gratissimi.

Græci uitioꝫ genitores Solium. adæque. attalica. Babylõica. polymita. polymitarius.

eius ad luxuriã uertere græci uitioꝫ oĩum genitores: in gymnasiis publicando: oleo multo apud uetares perungebant corpora in balneis: leniterq; perfricabant: crebra mentio apud celsũ de usu olei i balneis: qui præcepit i tepidatio sudando ibiq; inungendũ: mox i soliũ descendendũ: qđ uas est balneatoriũ. COMmodũ: uix tunc. iã iã. INcontanter: sine contatione & mora: nã res illæ quibus erãt onusti haud dubie demonstrabant eos eẽ latrones: & exercere latrociniũ. ADæque: per æque & pariter. plautus in cassina: neq; est: neq; fuit me senex quisquã amator adæque miser. INtextæ filis aureis: auꝫ intexere uestibus in asia inuenit attalus rex. unde nomẽ attalicis. colores diuersos picturæ intexere babylon maxime celebrauit & nomẽ imposuit: babylonica. n. dicta sunt: plurimis uero liciis texere: quæ polymita appellant alexandria instituit. græce. n. πολυ multũ και μιτος: filum & liciũ. unde polymitarius i exodo significat textor uestis polymitæ: acu facere idei phryges inuenerũt: in deq; phrygiões appellati sũt: Quorũ mentio apud plautum in menechmis: uestẽ intextã filis aureis

Commodum coquerant: & ecce quidem longe plures numero iuuenes aduenium alii: quos incontanter ad equæ latrones arbitrarere. Nam & ipsi prædas aureorum argenteorumq; nummorum: ac uasculorum uestisq; seriæ: & intexte filis aureis: inuehebant. hii simili lauacro refoti: inter foros sociorum sese reponunt.

Tunc sorte ducti ministerium faciunt. Estur ac potatur incondit: pulmentis aceruatim: panibus aggeratim: poculis agminatim ingestis. clamore ludunt. strepitu cantilant. conuiciis iocantur: ac iam cætera semiferis

phrygiones.

signat Virgilius illo uersu. fert picturatas auri subtegmine uestes: idẽ phrygionũ artificiũ. innuit cũ ait & phrygiã ascanio chlamidẽ nec cedit honori textilibusq; onerat dõis. refert: plinius uidisse se sese agrippinã claudii principis indutã paludamẽto. auro textili sine alia materie. SEricæ: de serica uestẽ alibi copiosius. unde & oloserica: q̃ tota serica ẽ. scribit Flauius uopiscus tacitũ Romanũ principẽ interdixisse uiris oĩbus oloserica uestẽ. est & subserica: q̃ nõ ex toto textura serica contexit. alexander Romanus imperator auctore iãpridio uestes sericas raras habuit olosericas nũq̃ induit: subsericã nũq̃ donauit.

auro textili paludamentũ Oloserica. Subserica. Fométa. Focillationes Fori qui. Ministeria. Estur. Comesa patina Incõdite. Isocolon Compar Omioptoton.

REfoti: recreati refocillati calefacti fomenta ut auctor est festus & focillatiões a forendo. i. calefaciendo dicunt. FOros: sedilia. proprie autẽ foros dicimus in nauibus sedilia nautaꝫ & tabulata: quo i significatu apud Virgiliũ. M. Tulliũ. Lucanũ. Cæteros inuenit. alias fori significant circenſia spectacula. quoꝫ meminit Liuius in primo. Quidã nõ foros legunt sed choros intra tot cœtus & turbã. TVNC sorte ducti: quando inter æquales uni pluribus ue iniungendus est labor. sorti res cõmittit. ut ita omnis querela tollat. sic apud Virgilium dido. partibus æquabat iustis aut sorte trahebat. FAciunt ministeriũ: ministrant & ministroꝫ funguntur officio. ministeria pro ministris usurpant scriptores. ministeriũ quoq; plinio est pro ipsis ministris: cũ scribit in. xii. quindecim conuiuaꝫ ac ministeri capax fuisse tricliniũ. ESTVR: ideſt edunt ac potant incomposite inordinateq;. impersonale uerbũ est: ab edo: nã ut docet Diomedes instans tempus impersonalis est estur: dicimus a comedor comesum & comestũ didimus ait comesta patrimonia: a ualgio dictũ comesa patina. INcondite: incomposite nullo ordine nulla concinnitate seruata sic apud Virgiliũ. Liuiũ. cæteros inconditũ dicimus incõpositum. & incultũ incõditũ carmẽ incõdita oratio. in hãc sentẽtiã ait. M. Tullius in secunda antoniana ab hora tertia bibebat ludebat uomebat. PLVmẽtis aceruatim: exornatio est: scriptori huic prope peculiaris cõpar siue isocolõ noĩat: ex eodẽ genere sunt omioteleutõ & omioptotõ. i. similiter desinẽs & similiter cadẽs scitamẽta huiusce locutõis fugiẽda p̃cipiũt rhetorici doctores. & Gellius mõet exẽplo luciano si imodice fiãt iſipida & ꝓpe puerilia iudicari. ueꝫ si modice & tẽpestiuiter iterserãt orationẽ reddũt uenustiorẽ atq; cõciniorẽ. CLAmore ludũt. M. Tullius i antoniũ. personabãt oĩa uocibus ebrioꝫ. natabant pauimenta: uino madebãt parietes. Lucianus. ην αριστον δαψιλες και λογος πολυς εν τω συμποσιω αμβροφορωρ. i. erat prandiũ copiosum & multus sermo inconuiuio homicidaꝫ.

Ter bibe ut ter tria Scitũ de parchis bibacib⁹. Cantilat. Scomata. Loedoriæ. Exemplũ loedoriæ Exemplũ scomatis

POculis agminati igestis: ex lege cõuiuali a tribus ad nouẽ poculoꝫ munerus producit. ausonius i grypho. Ter bibe: uel totiẽs ternos sic mystica lex est. uel tria potãti uel ter tria multiplicãti: ueꝫ i cænatronũ & cœtu itẽperatissimoꝫ: nõ tria nõ ter tria sed ter nouẽa pocula singulis uix sufficiũt: cũ faciant qđ pthi: de qbus ẽ illud scitũ: q̃to plus biberit tãto magis sitire pthos: cõsuetudo. n. auget bibẽdi auiditatẽ. CANtilãt: canũt: i floridis anacreõteũ amicitiæ gratia cãtilat. CONuiciis iocãt: cũ potus loquaces efficiat merito iter pocula & mẽsas latronũ cõuicia & ioci petulãtiores efferuescere cœperũt: scomata & loedoriæ græcis uocabulis dicũt huiuscemodi cõtumelioſæ exprobratões & morsus figurati quidẽ sed amaruleti. quibus facilis est ad iracũdiã prouocatio ideoq; scriptores clarissimi suadẽt i cõuiuio bonoꝫ abstinẽdũ eẽ. scomate: qd tectã itra se habet iniuriã: cũ loedoria ad directã cõtumeliã tẽdat. ẽ. n. loedoria huiusmodi oblitus ne es? q̃ salsamẽta uẽdebas scõma autẽ in quo celata cõtumelia est tale est. Meminimus quando brachio te emungebas: nam cum res eadem utrobiq; dicta sit illud tamen loedoria est: quod aperte obiectum exprobratumq; est: hoc scõma. quod figurate. Lycurgus instituit: ut adolescentes scõmata sine morsu dicere & ab aliis in se dicta perpeti discerent.

LApithis: talia inquit agebant in mensa latronū: qualia in conuiuio lapitharū. & centaurorū per furorē & uinolentiā agitata eē canunt poetæ: ubi conuicia & rixæ mox pugna atrox & cedes: ubi pocula & mensæ telorū uicē representabant: & ut inquit Flaccus crateres mensæq; uolant araq; deorū. semifer os appellat a crudelitate & forma: quos ex equo & homine cōpactos ferunt: quales natura copulari nō quit. Lucretius dixit de centauris qui neq; sunt usq; neq; possunt eē profecto: autumat Diodorus lapithū ac centaurū apollinis filios fuisse: a quibus lapithar & centaurorū propagatū sit genus: & ductū nomē: atq; hinc natā fabulā grammatici tradūt centauros dici απο του κεντειν ταυρους quasi gregē taurorū sagittis confixerint semiferos eē: quia primi equitare & equos inscendere ausi sint: plinius quoq; auctor est Centauros primos pugnare ex equo docuisse. lapithæ pelethroni dicti a loco qui subiectus est pelio monti ab eo q medicamentorū magna uis ibi nascat: quæ græci glossematici φορμα uocant: pelion autē eē ea dē lingua luridū. sed occurrit scopulosus locus ex quo uix dat enatare: quid sit qđ ait telamib⁹. Qui dā emēdat thebanis tāq lapithas a loco thebanos nominet. ego uideo si coniectatorie res agēda est. non duriter nimis legi posse telamonibus: ut comparatio sit triplex lapitharum. scilicet telamonum & centaurorum. Telamones autem dicuntur gigantes ab atlante: de quo Ouidius quantus erat mons factus atlas. hunc latini Telamonem uocant: quod Seruius docet in quarto æneidos cōmentario: hinc in edificiis telamones appellantur signa: quæ uirili figura mutulos aut coronas sustinent. Victruuius existimat rationem ex historiis non inueniri quid aut quare dicantur tales statuæ telamones. demiror uirum eruditissimū id nescisse: quod grammatici nō ignorauerunt: græci hos atlantes uocant. ex eo quod atlas mundū sustinere deformatur a pictoribus & statuariis. atlas autē & telamen idē est: super hoc loco diu me torsi nec adhuc melius quippiam inueni. debebo his. qui ingenii bonitate uberiora excogitauerint: communicauerintq; dicam quod origenes & augustinus ingenue fatentur. ignorantiam nostram nō ignoramus. Nec pudet me fateri nescire quod nescia elaborataq; nō abscondimus. sed in propatulum deprimimus longe ab illis dissentientes. qui pauca aliqua nouere & ea recondunt in secretario perinde ac arcana misteria: uidelicet inuidentes bona mortalibus: quibus ut inquit plinius noster neminē docere in auctoritatem scientiæ est. NOstra uirtute: cum uirtus in malos non cadat. hic nomine uirtutis audacia & temeritas latrocinalis designatur. HYpatini: hospes apulei significatur ab hypata hypatinus & hypatensis deducitur. OCTO pedibus auctores: propter duo scilicet iumenta namq; asinus apuleius & eius equus significatur. BOEtias urbes: supra annotauimus ex græca eruditione pronūtiandum scribendumq; esse boeotiam non boetiam & boeotias urbes non boetias. illud addē puerbium esse græcorum. βοιωτια αἰνιγματα hoc est boeotia enigmata: de his quæ minime intelliguntur. uidelicet propter enigma. sphingos. quod illa thebanis proponebat. quod œdipus enodauit. erat autem tale. quod nam. animal esset. τετραπουν δυπουν και παλιμτριπουν. idest quadrupes bipes. & iterum tripes. est autem homo. INTER inclytos: annotandum dici inclytissimum in superlatiuo: cum comparatiuum haud facile repertu sit. A. Gellius. inclytissimum poetarum Homerum uocat. a Columella inclytissimus dux dictus. M. Regulus. scribi autem debet perypsilon: cum græce scribatur: κλυτος. MEMORIA celebratur: sententia plautina est. qui per uirtutem peritat non interit. & uita mortuorum: ut inquit Cicero in nona Antonianarum in memoria uiuorum est posita: multorum memoria celebratur ob uirtutem: non paucorum ob flagicium. & qui tramite uirtutes angusto grassari non potest ad in mortalitatem: is uia uitiorum latissima præceps fertur: ut herostratus qui dianæ ephesiæ templum inter septem spectacula mundi numeratum: ob id solum incendit: ut nomen eius per totum orbem terrarum diffunderetur: ut pausanias. qui philippum regem interemit. ut ita clarus euaderet: & gloriam apud posteros consequeretur. VOS bonæ frugi latrones: ironicos pronuntiandum uidetur: est autem castigatio ad latrones: qui bonæ frugi uoluerint uideri: & furtis minutulis contenti abscesserint: id quod minime est ex more & disciplina latrocinali. cum latronibus nihil unquam in rapinis sit modi aut modestiæ. PER balneas reptantes: furtes balneares furta nequaquam luculenta præciosaq; conficiunt: sed furtim rituq; seruili. uestimēta &

lapithis: thebāis: cētauriscq; similia. Tunc iter eos unus qui robore cæteros antistabat? Nos quidem inquit Milonis Hypatini domum fortiter expugnauimus. pter tantam fortunæ copiam: quam nostra uirtute nacti sumus: & ic olumi numero castra nostra petiuimus. & si quid ad rem? octo pedibus: auctiores remeauimus. At uos q boetias urbes appetistis: ipso duce uestro fortissimo Lamatho diminuti: debilem numerum reduxistis. cuius salutem merito sarcinis istis quas aduexistis omnibus certe antetulerī. Sed illum quidem. utrūque nimia uirtus sua peremit: iter inclytos reges: ac duces præliorum tanti uiri memoria celebrabitur. Enim uero: uos bonæ frugi latrones inter furta parua: atq; seruilia timidicule. p balneas: & aniles cellulas reptātes?

Pugna lapithar.
Semiferi.
Cētauri esse non possunt
Cētauri unde.
Pelethroniū unde.
Telamones.
Atlantes ī edificiis.
Hallucinatio Victruuii.
Ignorātiā nostram nō ignoramus.
Boeotia non boetia.
Prouerbium.
Boeotia enigmata.
Enigma sphingos
Inclytissimus.
Vita mortuorum in memoria uiuorum.
Herostratus clarus flagitio.
Pausanias philippi interemptor.
Fures balneares.

Thermopolium. Condalium. Symbolum. Vngulũ. Capsarii. Apodyterium. Scrutatiã facere. Scruto. Famulus Elote seruitia lace. peruci. ambacti. Tunica pallio ꝓpior. Genu crure uicinius. Quot serui tot hostes Quot hostes tot serui Infrunitꝰ Frunitus Thebæ heptapyli. Ogygia. porta. Hecatõpyli. Thebæ lucanæ Munera patrimonii.

id genus uilia subducunt In trinũmo plautinus seruus sibi in thermopolio condaliũ fuisse ereptũ a fu
ribus graphicis conquerit:ubi termopoliũ significat taberna siue caupona.ubi cibaria calida uenerũt
condaliũ uero annulus est:quẽ & condvlũ & symbolũ & ungulũ prisci uocitabant:scribunt iuriscõsul
ti:præfectũ uigiliũ iudicẽ eẽ constitutũ.aduersus capsarios.qui seruanda in balneis mercede uestimen
ta suscipiunt:ut siquid in seruandis uestimentis fraudulenter admiserint ipse cognoscat: apud eosdẽ
titulus est de furibus balneariis.ubi scribit Vlpianus fures balnearios extra ordinẽ eẽ puniendos.mi
les quoq; qui in furto balneario
deprensus ẽ ignominia mitti de
bet.locus ĩ balneis ubi loturi ex
uebant uestimenta dicit apodite
rion.qd latine spoliariũ interpre
tamur:cuius meminit.M. Varro
in secundo de re rustica.& plinius
in epistolis ait inde apoditerion
balinei laxũ & hilare excipit cella
frigidaria.reptẽntes autẽ dixit.q̃si
furtim ac latenter irrepentes: qd
latrũculoꝝ est. SCRVtariã faci
tis:idest more furũculoꝝ minuta
queq; & uilia furtim angulatimq;
perquiritis.cũ egregius latro non
tã scrutari latenter soleat q̃ dirripe
re uiolenter.ueteres scruto dice
bant nos scrutor.qd est inquirer
& uestigare etiã mĩutissima.plau
tus in aulularia postremo hũc iã
perscrutaui:hinc scrutaria dicta ipsa scrutatio uestigatioq;.ut sagaria.ut cenacularia ut lintearia & alia
compluscula eodem inclinatu formata. LIcet:quãuis. FAmilia:frequẽs famulicium: famuli ori
go ab oscis dependet.apud quos seruus famel nominabatur:unde & familia uocata.seruitium primi
inuenere lacedemonii.qui elotas siue elotia sua appellant mancipia.cretenses perucos.quorum me
minit aristoteles in politicis:Galli ambactos seruos gallice nominant hinc cæsar in.vi.commentario
loquens de gallis inquit eorum ut quisq; est genere copiisq; amplissimus ita plurimos circũ se amba
ctos clientesq; habet. MAgis suæ saluti:uetus uerbum est.omnes sibi melius esse malle q̃ alteri.& ut
inquit plautus in trinummo tunica pallio propior est.παροιμια quoq; græcorum celebratur.γονυ
κρημησ εγγιον.genu crure propius est de hominibus magis se q̃ amicos amantibus.prætera in ꝓ
uerbio est quot serui tot hostes.tanquam dominus quilibet totidem domi habeat hostes.quot habet
seruos.sed ut inquit seneca.non habemus illos hostes.sed facimus:dum illis non tanquam homini
bus.sed tanquam iumentis abutimur:antiqui sisinius capito.quod annotatu dignum est:de hoc pro
uerbio existimat errorem hominibus interuenisse primis præpostere enuntiantibus:uero enim simi
lius esse dictum.initio:quot hostes.tot serui ex eo quod captiui hostes fere ad seruitutem adducebantur.unde etiam dicta mancipia. FRVgi:parci.Oratius parcius hic uiuit frugi dicatur:quid sit fruga
litas & frugi.& unde ductum nomen copiosissime annotaui in tertio Tusculanarum commentario
DIssimulanter obtectam:dixit seneca libro de beata uita. ad gallionem :quod sapiens nec diuitias
iactabit:nec abscondet:cum alterum infruniti animi sit alterum timidi & pusilli:infrunitus autem:ut
id quoq; transeunter attingam: is dicitur:quem græci uocant απειροκαλον.idest insolẽtem & αφρο
να:id est imprudentem:infrunito opponitur frunitus idest prudens & modestus:qua dictione antiq
& cumprimis Cato usi sunt. THEbas heptapylos:thebe boeotiæ significantur duorum numinum
liberi atq; herculis patria:nec cedentes ut inquit plinius athenis claritate.a numero portaꝝ cognomi
nant heptapyli.quas septem habuisse tradit hæc ciuitas.statius hemoloidas thebanas portas celebrat
illo uersu.per ingentes hemoloidas exeat hemon.interpres statii frequenter thebas heptapylos:qua
si septem portarum cognominatas refert:una ex septem ogygia porta nuncupabatur.ab ogyge rege
in egypto fuerunt thebæ ecatompyli.hoc est centum portarum Homeri præconio inclytæ hinc illud
satyrographi:atq; uetus thebæ centum iacet obruta portis.tradit plinius.hoc totum oppidum pensi
le fuisse.idem meminit thebarum lucanarum in italia.quas interisse Cato auctor est.& thebæ ĩ cilicia
memorant:patria andromaches.ex qua ciuitate capta fuit chryseis:auctores strabo Homerus cæteri.
DIsciplinæ:scilicet latrocinali.est enim disciplina των μεσων.unde disciplinosus in repensione di
ctus gladiator a Catone. CHRYseros nũmularius:nomen conueniens nũmulario.uidelicet ab au
ro ductũ:quod græce chryson dicunt. MVneꝝ publicoꝝ:timebat ne munera oneraq; publica ipsi
ut diuiti in iungerentur.Liuius libro primo refert oĩa in dites a paupibus inclinata onera fuisse:ex or
dinatõe.Seruii Tullii.Muneꝝ ciuiliũ ut scribit Hermogenes iuriscõsultus. quæda sunt patrimonii ut
rei uehiculars

rei uehicularis.itē nauicularis:munus aut publicū aut priuatū ē. publicū munus ē ut docet caliſtratus qđ i adminiſtrāda Re.Publica.cū ſúptu ſine titulo dignitatis ſubimus.grammatici oratores.medici & Philoſophi uacationē habēt munerū ciuiliū. DOmūcula:Caſula.diminutiuū a domo. MVnita cōtentus:Prouerbiū apud græcos celebre eſt.Δειλοσ οπλουτοσ.i.timidæ ſūt diuitiæ.qm̄.ſ. diuites dos mos muniūt.& canes formidādos alūt.& multas adhibēt cuſtodias. metus.n.plurimū cōfert ad diligentiā cuſtodiendi:Merito ergo chryſeros diues fenerator domū muniuerat. Diuitias diſſimulabat: munita domuncula contentus:pannoſus alioquin ac ſordidus aureos folles īcubabat. Ergo placuit ad hūc primum ferremus aditum. ut concepta pugna manus unicæ: nullo negocio cunctis opibus ocioſe potiremur. Nec mora:cum noctis initio foribus eius preſtolamur:quas neq; ſubleuare:neq; dimouere:ac nec perfrigere quidem nobis uidebatur: ne ualuarum ſonus cunctam uiciniam noſtro ſuſcitaret exitio. Tuncitaq; ſublimis ille uexillarius noſter lamathus.ſpectata uirtutis ſuæ fiducia.q̄ clauis īmittendæ foramen patebat. lenſim īmiſſa manu. clauſtrū euellere geſtiebat. Sed dum ſcilicet omnium bipedum nequiſſimus chryſeros uigilans & ſingula rerum ſentiēs.lenem gradum. folles aureos īcubabat. uidelicet ne uſpiā furtificæ manus irrepere nec graſſator inſidiari. nec harpax quicquam ītus harpagere poſſet.

Munus publicū. oratores ī munes a munerib⁹ ciuillibus.

Timidus plutos.

PANnoſus:Cōſimile ē illud Terentianum. uideo ſentū ſqualidū ægrū.pānis anniſq; obſitū. panni cularia appellāt iuriſcōſulti.titulo de bonis dānatoꝝ ea q̄ ī cuſtodia receptus ſecū attulit ſpolia:qbus ī dutus eſt.cū quis ad ſuppliciū ducitur ut: & ipſa appellatio oſtēdit. peniculamentū a ueteribus pars ueſtis dicit. AVreos folles:Follē ꝑter alias ſignificatōes pro Marſupio crumena,receptaculoq; nummoꝝ accipimus Iuuenalis. ſi raddat ueterē cū tota ærugie follem itē & tēſo folle reuerti. pro plena crumena dixit.hīc follitus elegāti uocabulo dictus a Plauto ī epidico pro bene nūmatus: opulētuſq; & follibus nūmariis ſuffarcinatus.Pediano Aſconio numerātur inter pecuniaꝝ receptacula: ſportulæ ſportellæ.ſacci ſacculi ſacelli.crumenæ.ueleiæ.ſcorteæ.manticæ marſupia fiſci fiſcinæ fiſcellæ.ſpartea loculi:quibus adde & folles & bulgas:ſicut autem folles ex numero pilaꝝ uento tumeſcūt. ita crumenæ pecunia turgent:a qua ſiſitudine īditū nomē:ex diſciplina militari decem folles hoc eſt decem ſaccis:ut Vegetii uerbis utar:per cohortes ſingulas exponebantur:in quibus militum pecunia condebatur.Auguſtinus.libro de Ciuitate Dei nouiſſimo.folles nō tam pro repoſitoriis nūmoꝝ. q̄ pro ipſis nūmis pōnere uidetur ſcribens Hipponenſem quēdam ſenem. coquo uendidiſſe piſcem prægrādē follibus trecentis:in cuius uentriculo Anulus aureus eſt inuentus. INCVbabat:Expreſſit auari morē. qui īcubat gazā & nūmos:q gratius ītuet aurū q̄ ſolē.cuius mens ſemper aurū uidet. Cōſimile illud auguſtini ex ſecūdo de ordine.defoſſæ pecūiæ īcubat macer & ſcabioſus fenerator. Trāſlatio ſumpta ab auibus:quæ incubatu fouēt oua & excludūt fetus.incubationi gallinaꝝ datur initiū poſt nouā lunā.plus uicenaquina ī cubāda.ſubiici uetāt.alias incubare dicūtur hii qui ī tēplis dormiūt ad accipiēda reſpōſa:ſuper quo fuſius ī Suetonii cōmentariis. CONcepta:Cōcipi dicitur pugna cum manus cōſeruntur.& hæc putior lectio:q̄ ſi legas cōtēpta:tāq̄ unicæ manus.i.unius tm̄ hoīs pugna cōtēnēda ſit: neq; metuendū aduerſus unū depugnare. NVLlo negocio:Nulla difficultate.uetus uerbū ē. negociū facēſſere.pro eo qđ eſt moleſtiā exhibere.qđ græce dī πραγματα παρεχειν.Plautus ī caſſina.n.ueſtro pragmata .uoi παρεχεισ.i.negociū mihi faceſſis & moleſtiā exhibes.ī hoc ſignificatu accipit apd iuriſcōſultos ſic ſcribētes.in eū qui calūniæ cā negociū faceret.i.moleſtiā alteri exhiberet.Itē pecuniā ac cœpit ut faceret negociū.uel nō faceret:leguleii tam nō itelligūt.q̄ intelligere nō curāt:qđ ſit facere negociū qbus de itellectu uerboꝝ nulla eſt cura.qui illud lactāticuli dictitāt.ſcire leges eſt nō eaꝝ uerba tenere ſed ui & poteſtatē:atqui ſæpiſſime nō magis ī uerbis q̄ in percipiēda legū poteſtate cecutiūt & hallucinātur. FOrib⁹ eius ꝑſtolamur: Præſto ſumus ad fores.dicimus ꝑſtolor tibi.& præſtolor te.ut grāmatici docēt.ē aūt ꝑſtolari ꝑſto eē & expectare.ꝑſtolor tibi ꝑſto ſū tibi appareo obſequor.ꝑſtolor te expecto te. VALuaꝝ ſonus:Valuæ ſūt ut dicit uarro & repetit Seruius:quæ reuoluūtur & ſe uelāt.fores ꝓprie dicūtur.quæ foras apiūtur.ſicut apud ueteres fuit uſitatū:ide forculus deus dictus qui præeſt foribus:ſicut cardea cardini.limentinus limini. SOnus:Sic Virgilius. foribus cardo ſtridebat aheneis.

Munus publicū. oratores ī munes a munerib⁹ ciuillibus. Timidus plutos. Pannicularia.q̄. Penicula mentū. Follis. Follitus. pecuniōſus. Sacelli Scorteæ. ueleiæ Spartea Bulgæ. Folles ꝓ nūmis. Pecuniæ incubat. negociū facēſſere Leguleii ī uerbis. ſomniculoſi. præſtolor tibi.te ualuæ. Fores. forculus. Cardea Limētinus. uexillarii uexillationes. Rorarii. uexillum roſeum ceruleū. Bipedū nequiſſimus.

VExillarius:Ductor ac ſignifer.uerbū militare:uexillatōes equitū alæ ſūt uegetio. ordo in Romana militia.ſexagenos milites.duos cēturiōes uexillariū unū habebat:ut docet Liuius libro. viii. tribus ex uexillis cōſtat ordo.primū uexillū rrariōs ducebat:ſecūdū rorarios Tertiū accēſos. ſūt aūt rorarii mili tes qui leui armatura primi prælū cōmittebāt.dicti a rore. qđ fere ante rorat q̄ pluit.uexillū roſei colo ris erat quo pedites euocabāt.ceruleū uero equites.autumat Seruius uexillū dici a ueli diminutiōe cōtra.M.Tullius ī oratore uelū ex uexillo factū cōtractiōe uerbi docet.litterā eni uaſtiorē ut uerbis eius utar ex maxillis & axilis. & uexillo & pauxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit. OMnium bipedū nequiſſimus:Ex illo ſaluſtiāo ducta elocutio.Iugurtha hō omniū quos terra ſuſtinet ſcele

ratissimus. Plinius i epistolis. Regulus inquit oium bipedũ. nequissimus. ab aliis dicitur de homie im-
Ob ad. probo. nõ solũ bipedũ sed etiã quadrupedũ neqssimus. OBnixum silentiũ: Omni nixu conatuq; cu-
subsericā cui alia materies intexta est. Lāpridius in uita Alexādri Romani īpatoris. sic refert: uestes sericas ipse raras habuit olosericas nūq̄ induit subsericā nūq̄ donauit. sericarius dī textor uestis sericæ. Mihi gerēda: hic asinus & lucião dictus θεοφορητος hoc est deā ferens. HVmero tenus: Sunt uestes q̄dā sine māicis quas græci ἐξωμίδας uocāt quasi humero tenus exertas & citra humerū desinētes talibus usitati sunt monachi & heremitæ q hodiæq; ita figurāt: exertis extra uestē brachiis qđ genus uestitū colobia nūcupāt quasi trūcata & mutila sine māicis. de qbus crebra mētio ē apud scriptores ecclesiasticos: & i decretis canonicis scriptū ē undeuigesima. q. iiii. q. paulus heremita in testamēto colobiū suum athanasio alexādrino episcopo reliqt: Tunicā uero beato Antonio. EVANtes: Furore diuino afflati cōmotiq; & bacchātes a libero q euan dicit Virgilius illa choꝛ simulās euantes orgia circū ducebat phrygias. Limpaticū tripudiū: Chorea saltatioq; uesana & baccha bunda decēter exprimit noie lymphatici tripudii: a Liuio lymphaticus pauor bono epitheto dictus quoniā. s. ex pauore hoies cōsternāt: & lymphati efficiunt. POSSessoris britini: Nomē ē ꝓpriū rustici opulēti fortassis a britia ciuitate bithiniæ deductū ut sētit Hermolaus uir i nra memoria doctissimus. luciāus meminit beriæ ciuitatis macedoniæ. a qua beritinus cōmode deduci posset. Codex uetustus māu scriptus hēt possessoris beati qđ placet. ut expōas eos uēisse i uillā beati hoc ē opulēti. et diuitis possessoris. FAnatice: Furēter & isane fanatici āt furētes dicūt & proprie illi sūt: q circa fana hoc ē tēpla bacchant. & caput iactātes p furorē uaticināt: prout docet VIpiāus ad edilitiū edictū. q apud iulianū q̄ri scribit si seruus iter fanaticos nō semp caput iactaret & aliq̄ profatus eēt nihil ominus sanū uideri. & si qs pmāet i eo uicio ut circa fana bacchari soleat & q̄li demēs respōsa det. & si p luxuriā id fcm ē redhiberi tñ nō posse: qm̄ ediles de corporalibus uitiis loquāt: fanaticos græco uocabulo entheos appellāt Firmicus maternus. erūt iqt enthei uates diuini. q horoscopū habebūt i. yi. pte gmioꝛ. leges apud eruditos frequēter entheos uates. & lyrā poeticā entheā noiari. entheata domia dī Catullo ipsa cybele: cuius enthusiasmo afflāt sacerdotes. sic. n. dī furor ille diuinus quo & poetæ calescūt. q dictōe usus ē. M. T. i epīs ad qntū fratrē. IN circulū rotātes. Talia fieri prodūt a corybātibus q matris deū sūt sacerdotes. q i sacrificiis armati saltādo capita iactāt. & numine afflati furiis agitāt: qđ coryptin & corybātiari dicūt. uñ corybātibus iditū nomē. auctor strabo i. x. luciāus de syriacis hisce sacerdotibus. eadē scribēs. q̄ lucius nī iqt. οἰαπερ ασ απορρι ψαρτες κατωεκ τουαχερος ειλισσορτες τοισξιφεσιν ετεμνορτο τουσπηχεισ. i. illi Mitras proiicietes & ceruicē subtus itorquētes gladiis brachia dissecabāt. MVsculos: Hic lacertorū musculi accipiūt: alioq̄ inumeri sūt musculi p oēs fere ptes corporis distributi. ut scribūt physici & memorat Albertus magnus: q libro prīo de aīalibus musculū definit eē neruosū mēbrū: & subtiliter suputādo colligit qngētos amplius musculos eē i corporibus. duricias musculoꝛ mitigat semē lini. ut iquit plinius. a similitudie musculi pusillæ bestiæ nomē iditū. ē & i mari musculus benæ præuius & dux cui auxiliū adminiculūq; iugiter exhibet: de quo plinius claudiāus cæteri alias musculi significāt machinas bellicas: quoꝛ Cæsar icōmētariis & Vegetius i. iiii. cōmeminerunt quibus protecti bellatores subeūt muros hostiles. qui turribus ambulatoriis uiā parāt itineraque pmuniūt. ANcipiti ferro: Bipenē signat: q̄ securis ē hūs ex utraq; pte latissimū & acutissimū sexæ auctores Quintiliāus et Vegetius. Anceps āt dixerūt acutū ex utraq; pte ut lucilius qui ait uectet atq; ancipiti ferro effrigā cardies. potēs ēt si libet expōere ancipiti pro periculo so & dubio. ut dicat gladiis: quoꝛ sectio periculosa ē & anceps brachia dissecuisse. ut cōuēiat cū luciano qui dixit ξιφεσι ετεμνορτο. i. ensibus secabāt brachia. BACcat: Furit sic Virgilius bacchat uates. Spiritu repletis: Deo plēus. & ut græce iquit lucianus entheos. SAVciā uecordiā: Tales sūt quos dēoniacos uulgo nominitant. qui anhelitus crebros & suspiratus trahentes uecordia quadam uatici na bacchantur furiunt insaniunt. Firmicus maternus in secundo matheseos asserit homines a demonibus possideri quos eiiciunt expelluntque hi qui uulgo exorcistæ dicuntur & quamuis sit uiolentus demon qui corpus hominū animūq; quatiat siue ille aerius sit siue ethereus. siue infernus.

humero tenus renudatis atollentes īmanes gladios ac secures euātes exiliunt. incitātes tibiæ cantu lymphaticum tripudium: nec paucis perratis casulis: ad quādam uillam possessoris britini ꝓueniunt. & ab īgressu primo statim absonis ullulatibus constrepentes fanatice peruolant. deniq; capite demisso: ceruices lubricis ītorq̄ntes motib⁹: crinesq; pēdulos ī circulū rotātes: & nōnūq̄ morsibus suos ī cursantes musculos: ad postremū ancipiti ferro qđ gerebāt sua quisq; brachia dissecāt. īter hæc un⁹ ex illis bacchatur. effusius. ac de imis ꝓcordiis anhelitus crebros referēs: uelud numinis diui no spirito repletus: simulabat saucia uecordia prorsus

Sericarius. Exomides uestes. Colobiū Euantes. Lympha ticū tripudium. Fanatici. Enthei. Enthusiasmus. Corybantes. Corybantiari. Musculi. Musculus in mari. Musculus bellicus. anceps ferrum. Bacchat. Demōiaci. exorcistæ

hominis exorcistæ iussione fugiũt:& p̃ceptis eius cũ quadã ueneratione terebuntur. exorcistas no stri adiuratores interpretãtur. quoꝝ in ecclesia ecclesiasticisq; scriptoribus frequẽs mentio ẽ: ut op time nosti: Antistes amplissime qui in oĩ litteratura es eruditissimus. ĩ ecclesiastica uero eruditiõe ita antestas reliquos eꝑos sicut dignitate p̃cellis. QVA domini p̃sentia: Quidã legunt quasi deũ p̃sentia. ut sit sensus p̃sentia deoꝝ & numine afflati hoĩes debilitãtur. & langore quasi quodã p̃pediti egrotãt. & ita oẽs nõ sni dicentur possessi numine & spiritu demonis. alioqui hoĩes nõ sui dicũtur q serui sunt quales etiã dici possunt sacerdotes q se addixerũt religioni. INfit. incipit.

qua domini p̃ntia: solane t hoĩes: nõ sui: fieri meliores: sed debiles effici uel egroti. specta dẽq; q̃le cælesti prouidẽtia meritũ reportauerit. infit uaticinatiõe clamosa cõficto mẽdacio semetipm icessere: atq; criminari: q̃si cõtra fas sanctæ religionis designasset aliqd. & insup iustas pœnas noxii facinoris: ipse de suis mãib⁹ exposcere. arrepto dẽq; flagro: qd̃ semiuiris illis p̃priũ gestamen est: cõtortis tenuiis lanosi uelleris ꝓlixe fimbriatum & multiiugis talis ouium tessellatum: ĩdidẽ sese

INCessere. culpare. castigare. reprẽdere. Au. Gellius i. ix. icessebat quẽpiam Taurus Philosophus seuera atq; uehementi obiurgatione. DESignasset: Cõmisisset: peccasset significãter locutus. nã designare ut docet Donatus est rẽ nouã facere ĩ utrãq; partẽ: & bonã & malã. Terẽtius ĩ adelphis q̃ ante hac facta sunt omitto mõ: q designauit? aliubi annotauĩmus designatores dici q ludis funebribus p̃sunt. ut apud Oratiũ: quos & pro illis accipere possumus: q p̃sunt põpæ funebri ordinãdæ. ut loco suo singuli prodeãt. DE suis manibus: Faunaticus sacerdos ꝓclamabat se quippiã peccasse in religionẽ Deæ syriæ sanctissimam: pp qd̃ pœna dignus eẽt. has autem pœnas suamet manu sibi infligere uelle: ut ita ipse sibi fieret tortor. & quasi εαυτοῦ τιμωρουμενος hoc ẽ se ipm plectens cruciãsq;. ARepto flagro: Antiqui seruos flagriones dixerunt. a flagris. ut uerberones a uerberibus. Flagratores quoq; dicti hoĩes. q mercede flagris cedebãtur describit flagrũ quo syriaci effœminati semet ipsos cedebãt: ut ita sub sanctitatis p̃textu irrepẽtes aĩs supsticiosoꝝ corraderẽt pecuniã: & fierẽt æruscatores. hoc est æris q̃sitores. Seneca id genus hoĩes denotãs sic scribit. cũ sistrũ aliqs cõcutiens ex iperio mẽtitur cũ aliqs secãdi lacertos suos artifex brachia atq; hũeros suspensa manu cruẽtat cõcurritis & auditis. Plautus quoq; docet ariolos solitos hoc aucupii gñe grassati: sic eni scribit in truculento. Nun obsecro nam ariolus? q ipsus se uerberat. græci flagrũ appellent μαστιγά uñ mastigia cõicis poetis p seruo uerbe rone. & flagris digno. ex eadẽ origie Virgilio mastix Ciceromastix Homeromastix p dectratoribus uituperatoribusq; Virgilii Ciceronis & homeri. PROpriũ gestamẽ: Vt regũ diadema: Imperatorũ paludamẽtũ: põtificũ galerus: lituus augurũ: sunt insignia: ut cynicæ familiæ gestamina baculus & pera ita siriacoꝝ semiuirorũ peculiare gestamẽ erat flagrũ qd̃ teniis hoc ẽ uittis & ĩsulis lanestribus cõcinnatũ. p fimbriarũ prolyxarũ cesuras diductũ fuisse significat offículiisq; taloꝝ duorioribus obarmatũ: fimbriæ extremæ uestiũ ptes sunt: q̃ cesuratim reciſæ dissecantur. inde fimbriatũ p cesuras lacinatũ. plinius uticas eẽ refert folio fimbriato. Cæsar usus est lato clauo. ad manus fimbriato græci κρασπεδον fimbriã uocãt. THEssela tũ: Quasi p tessel as distinctũ. & numero. sis p interualla talis cõtextũ. Paulo infra catenatũ pecuinis ossibus dicit: qd̃ nũc talis ouium tessellatũ a figura quadrata tesseræ tessellæ tessellatũ deducũtur. hinc tessellata pauimẽta dicta: deqbus in primo Suetonii cõmẽtario. MVLtiiugis: Innumeris: multis copiosis. ut iam dictũ est. TAlis ouiũ: In quadrupedibus solidipedes talos nõ habẽt. q̃ bisulca: sunt habẽt: Itẽ digitatis nõ sunt. neque prioribus pedibus oĩo ulli. sed posterioribus tãtũ. si Aristoteli & Plinio auctoribus credimus qbus utiq; credi cõuenit. græci astragolas uocãt: inde astragali zontes Plinio dicti pueri talis ludẽtes: De differẽtia taloꝝ q astragali: & tesserarũ: q̃ cubi in aleatorio ludo nũcupãtur abunde scripsi in libro annotationũ & in cõmentariis Tranquilli. homo talũ nõ habet. Itaq; quãdo Plinius Celsus. Apuleius cæteri talũ in hoĩe appellãt acyros. & p quãdã quasi similitudinẽ loquũtur. Cõsimiliter uidetur Apuleius iproprie dixisse talos in ouibus: si uerũ est: quadrupedibus digitos habentibus nõ inesse. Annotãdus hæc in loco error interpretis Luciani. nã cũ Lucianus ita scribat græce εκτοῦ ὀστρα γάλῶν μαστιγί παιοῦτες interpres sic interp̃tatur: fuste ex neruis facto me uerberãt qs nõ uidet hoiem uel mediocriter eruditus turpi insscitia lapsum eẽ? Verum omissa aliena infectatione tu sic interpretate. flagro ex talis ouium ferientes. astragalos eni talos interpretamur astragalũ quoq; dici pro uertebra ceruicis notũ est. apud Homerũ scribentẽ elpenora fractis astragalis ceruicis lapsu scalarũ exanimatũ eẽ. Suidas astragalõ dicit eẽ σπονδυλον του τραχήλου qn etiã astragalus ĩ ædificiis ponit Victruuio: iter herbas Plinio. INDidẽ: Ex eo flagro. COMmulcat: Quasi feriẽdo demulcet p qd̃ significat siriacũ sacerdotẽ suspẽsa mãu & leni sese uerberas se: ita ut citra dolorẽ & cruciatũ sãguie effuso cruẽtus illicerẽt traheretq; mortales ad sui cõtẽplatũ.

MVLtinodis:multos nodos habẽtibus:& taloꝝ aſpredine cruciãtibus. CONtra plagarũ dolo
res:Auctor ẽ Plinius hoi ꝑſidiũ eẽ ſalutare ſpiritũ cohibere cõtra plagas. Quod inuẽtũ fuit aialis
cui nomẽ ẽ meles.ſiqdẽ i metu ſufflata cute diſtẽtæ meles ictus hoium & morſus canũ arcẽt. SO
lum:Terrã. PROſectu:Sectione adiicit Luciãus linguã quoq; eos exertaſſe & exertã diſſecuiſſe.
SANguinis effœminati: Illoꝝ.ſ.ſiriacoꝝ:q mõ ſemiuiri: mõ effœminati.mõ cinedi a mollicie
& fluxura nũcupãt.Luciãus. ϖἀλακου αἱϖατος dixit.i.mollis ſanguinis. SANguinẽ cõſpice
ret aſininũ: Luciãus εγὼδε τα
υτα ορῶ ϖαρὼτα ετρεϖομ
εστωσ ϖη ποτεχρειὰ τηθεω
και ὀρειου αἱϖατοσ γεροι
το.i.ego hæc cernẽs ĩprimis ti
mebã ne aſinino ſanguine opus
eẽt deæ: hãc Luciani ſentẽtiam
paulũ deuius noſter Lucius in.
uertit:Vnde ſit ut ita corrigẽdũ
eẽ exiſtimẽ: ut pro cõſpiceret le
gas cõcupiſceret: & erit ſenſus.
ego extimaui ne ſtõachus deæ
deſideraret ſanguinẽ aſininũ,ſi.
cut ſolet interdũ lac humanum
expeti.dulciſſimũ ẽ hoĩs lac. ut
ĩqt Plinius.maximeq; alit.mox
caprinũ:qdã aſininũ bibendo li
berati ſũt podagra chiragra ue.
Codex mãu ſcriptus nõ hẽt ho.
minũ lactẽ.ſed bouũ lactem. ut
de lacte bubulo ĩtelligas. quod
medicatius eſt.& quo aluus ma
xime ſoluit.lactẽ aũt dixit ex ue
terũ declinatione: apud quos la
ctis & lacte recto caſu dicebat.

multinodis cõmulcat ictibus. mire contra plagaꝝ do
lores præſumptiõe munitus:cerneres profectu gladio
rũ:ictuq; flagroꝝ: ſolũ ſpurcicie ſanguinis effœmĩati
madeſcere.quæ res ĩcutiebat mihi nõ paruã ſolicitudi
nem:uidẽti tot uulneribus largiter ꝓfuſum cruorẽ.ne
quo caſu deæ pegrinæ ſtomachus:ut quorũdã hoĩum
lactẽ: ſic illa ſãguinẽ cõſpiceret aſininũ. Sed ubi tãdẽ
fatigati:uel certe ſuo laniatu ſatiati: pulſã carnificinã
dederẽ: ſtipes æreas:ĩmouero & argẽteas:multis certati
offerentibus:ſinu recepere patulo:necnõ & uini cadũ:
& lactem & caſeos:& farris & ſiliginis aliquid: & non
nullis ordeum deæ gerulo donantibus: auidis animis
cõradentes omnia:& ĩ ſacculos huic queſtui de indu
ſtria ꝓparatos farcientes:dorſo meo congerunt: ut du
plici.ſ.ſarcine pondere grauatus: & horreum ſimul &
templũ incederẽ. Adiſtum modũ palãtes:omnẽ illam
depredabantur regionem. ſed in quodam caſtello co
pia lætati largioris q̃ſticuli: gaudiales inſtruũt dapes:

lac hominis dulciſſimũ. lac bubulum. lactis. Pauſa.

PVLſam carnificinã dedere: Purior lectio eſt:& ſenſus lucidi
or ſi legas pauſam carnificinæ dedere:ſignat.n.poſt pauſam.i.q̃tẽ & ceſſationẽ laceratiõis. & uer
beratiõis factã:pecunias collegiſſe.a circũſtãtibus:quarũ extorquẽdarũ cã:Talia factitauerat.pauſa
reges dĩ & ceſſatio alicuius rei.Dictio uulgaria & uernacula.q̃ & eruditi quoq; uſitari ſũt.Lucilius
pauſam facit ore loquẽdi.Q.Claudius i annalibus pugnæ facta pauſa eſt:Lucretius cõcurrere nec
dare pauſam. STIPES æreas:numos & aſſes.ex ære.Lucianus ait collegiſſe οβολουσ και δραχ
ϖασ. ET uini cadum & lactem:Lucianus. ἀλλοσ ιϖχαλασ και οιϖον και τυρον καλον επε
λωκε.και ϖυρων ϖελιωρον και κριθων τω ορω. ideſt alius ficos dedit & uinum & caſei cadum
& tritici medimnum nec non & ordei.quod aſino eſſet pabulum.Quod lucianus medimnum di
xit.ſcito apud græcos medimnum nomen eſſe menſuræ accipiq; pro modio. Auſonius in gry
pho ternario medimna pluraliter poſuit neutro genere. cum ait hinc bromii quadrantal & hinc
ſicana medimna.hoc tribus. hoc gemmis tribus explicat uſus agendi. Quadrantal autem: ut id
quoque habeas tanquam auctarium amphoram ſignificat Plautus. annus hæc ſitit capit quadran
tal. SILIGInis.De ſiligine:quæ ſpecies eſt tritici & delitiæ de pane ſiligineo:qui erat lautiſſimus
delicatiſſimuſque ſcripſi affatim.in commentariis Tranquilli ex auctoritate plurimorum. DEæ
gerulo:Aſinum dicit qui geſtabat deam ſyriam. CORRAdentes:Colligentes corripientes.ut ſu
pra dictum eſt. IN SACculos:Sicut marſupia crumenæ ſcorteæ.manticæ folles bulgæ fiſci ſacci
periones uiduli dicuntur receptacula numorum. Ita ſacci ſacculi ſaccelli ſunt repoſitoria pecunia
ria Iuuenalis ignoret quantum ferrata diſtet ab arca. ſacculus Oratius congeſtis undiq; ſaccis in
dormis inhians. apud iuriſconſultos ſaccularii accipiuntur. pro fraudulentis impoſtoribus. qui
uetitas in ſacculo artes exercentes partem ſubducunt partem ſubtrahunt:quos Vlpianus ait pluſq;
fures eſſe puniendos. HORREVM & templum incederem: Feſtiue nec minus ſcite dictum de
horreo & templo. Aſinus enim incedit ut templum.quatenus geſtat Deæ ſyriæ ſimulachrum qđ
illi uenerabantur:incedit ut horreum.quatenus ordeo tritico ſiligine reliquiſque quæ horreo cõ
tineri ſolent onuſtus graditur. PAlantes:Erratici palabundi. CAStello:Græce.κωμη. QVE
ſticuli:Lucelli diminutiuum eſt a quæſtu.ſicut a lucro lucellum. M.Tullius conuenire poteſt aut
fiſſum iecoris cum lucello meo. aut meus quæſticulus cum cœlo terra rerumque natura.

Spiritũ cohibere contra plagas.

Medimnus.

Quadrãtal.

Saccipio
Viculus
Sacculus
Saccularii.

Queſticulus. Lucellũ.

A COlono deposcunt arietē:Dii boni q̄ sæpe hoc uideri cōtingit in territorio nostro:ut q̄dam hoium mendicabula sub religionis p̄textu tanq̄ ministratores sint antistitesq; diui Pauli & Antonii circūeant castella.pagos uillas.& qbusdā affaniis uaticinationē mētiētes ꝓspa denūciantes diuos quos palā iactitāt ꝓpitios futuros spōdētes ab rustico hoc bruto & credulo poscāt & accipiāt arietē.ab illo gallīas.oua caseū:ab alio porcellū:ab alio supsticioso & attonito tritici sestariū. Vñ fit ut suffarcinati esculentis farti muneribus rusticanis domū redeāt gaudētes gaudiū genuinū.q̄ a quodā colono:ficte uaticinationis mēdatio:pinguissimū deposcūt arietē. q deā syria esurientē suo satiaret sacrificio. ꝓbeq; disposita cænula balneas obeūt.ac de hinc lauti:quēdā fortissimū rusticanū: īdustria lateq; atq; imis uētris bñ ꝓparatum comitē cænæ secū adducūt.pauciscq; admodū ꝓgustatis olusculis : āte ipsā mēsam:sputcissima illa ꝓpudia ad illicite libidinis extrema flagitia: infandis uirginibus efferantur : passimq; circūfusi:nudatum supinatūq; iuuenē : execrādis uredinibus flagitabant. Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus:porro quirites perclamare gestiui.sed uiduatum cæteris syllabis ac litteris præcessit:o:tantum sane clarū:ac ualidū.& asino ꝓpriū : sed īportuno plane tempore : nāq; de pago proximo cōplures iuuenes

Contra pseudo religios.

mentes simpliciū uilliconum & mulierculārū illuserint fefellerīt deceperīt. qui forinsecus tristes & sancti intrinsecus dissoluti & intercutibus uitiis madentes inuadūt corda uillaticæ nationis. Nā urbicis ut pote uafricia pollentibus nō facile ē īponere.scite ita q; & salubriter Portius Cato & Columella p̄cipiūt:ne uillicus Ariolum cōsuluisse uelit:ne Aruspices sagasq; admiserit:qm̄ hæc hoium genera uana supstitiōe rudes aios ad īpensas:ac deinceps ad flagitia compellunt.

ESVrientē:Lactātius irridens illudensq; sacrificia ethnicorum in.vi.diuinarū institutionū . sic scribit. Mactant optimas.ac pingues hostias deo: quasi esuriēti: profundunt uina tāq̄ sitienti. ac

Beneuasati.

cendunt lumina uelut in tenebris agenti. OBeunt:Adeunt accedūt. LAVti:loti. IMIS uentris: Pura & honesta elocutione designat Iuuenem mutoniatum . & genitalibus uastis mōstrabilem. q̄ima uentris sunt:prisci id genus hoies uiriliores appellāt bñuasatos monobiles mutoniatos. & ut noto uocabulo utar mentulatos. SPVRcissima propudia: Siriiacos sacerdotes dicit.q ob prostitutā pudicitiā.merito ita noiantur nā propudiū cū maledicto dici putant eū a quo pudor & pudicitia ꝓcul sint : Plautus qd ais propudiū.spurcū quoq; ꝓter cæteras significationes dicitur obscenū ipurū lutulentū.hinc Plautus spurcas noctes. spurcare quoq; est fœdare : Plautus spurcatur nasum odore illutibili.Celsus iurisc̄sultus ait agi posse aquilia cū eo qui uinū spurcauit.i.ut nos interpretamur aqua īmixta corrupit:ueteres eni spurcū uinū dicebant aqua dilutū aut igne tactum.

Monobiles.

Mutoniati.

Propudium.

Spurcū.

Spurcare

ILlicitæ libidinis:Posticæ ꝓposteræ infandæ qua uir uirū init:q̄ libido iure poli & iure fori interdicta illicitaq; ē:de qua Lactātius in.vi.sic refert.Idem mares maribus admiscuit . & nefandos coitus cōtra naturā cōtraq; institutū dei machinatus est.Plinius in.x.masculā hanc obscenāq; libidinē taxat his uerbis.in hominū genere maribus diuerticula ueneris excogitata oia scelere naturæ: iurisc̄sulti tradunt ꝓfidē seueriſſime animaduertere debere instupratorē serui:Hieronymus in libris cōtra iouinianū qd in decretis quoq; canonicis.xxxii.q.vii.scriptū leges de illicita uenere sic tradit usus naturalis & licitus est sicut in coniugio illicitus sicut in adulterio.cōtra uero naturam semper illicitus.& procul dubio flagitiosior atq; turpior . quē sanctus apostolus & in masculis & insœminis coarguebat damnabiliores intelligi uolens q̄ si in usu naturali.uel adulterādo.uel fornicando peccarent.Si Mercurius fuerit male positus. & Venus in domo Mercurii ad pueroꝝ concubitus ꝓpostero amore semp īpellit.Item Venus cū Marte in domo Saturni decernunt.ut cū cinedis publicis īpura libidinis cupiditate iungantur. INFANdis uirginibus:Corrige inguinibus siue uredinibus:dictio illa uirginibus hoc in loco cassa futilis & nugatoria est.nihilq; ad intellectū Apuleianū ptinens.quadrat aūt.siue inguinibus.quod placet legas.siue uredinibus.ut statim subiungit.dicuntur aūt uredines ardores pruritus incentiua libidinū . ab urendo deductū nomē Lucianus επασχον εκ του κωμικου οσα συρικη και φιλα τοιουτοισ αροσιοισ κιναιδοισ ꝓp.i.passi sunt muliebria:quæ talibus īpuris cinedis iucūda sunt. PORRO quirites:Lego prohquirites ut sit uox exclamantis quirites. sicut dicitur proh Iupiter.uel potius emēda:o:o:quirites. subsequitur.n.auditū eē o tātū . Lucianus inqt. αραβοησαι ωζευσχεταιε ηθελησα.i.exclamare uolui o Iupiter infeste. PRAEcessit:o:tātū:locutariter hoc totū:cū asinus ruditū faciēs:o:personare uideat.In scythia nō sunt asini: ideoq; olim Dario asini ducti in scythicā expeditionē rudētes perturbarunt equos scycharū:& cū scitæ sepænumero persas adorientur. eoꝝ equi ex asinorū audita uoce cōsternati auertebantur arrectis autibus stupefacti insolentia uocis asininæ.& formæ quā ante nūq̄ audissent uidissentq;: Septē ab hic ānos equus gradarius mihi dono datus a schola

Spurcare

Illicitus coitus.

uredines

In scythia non sūt asini.

equus re formidans asinum.

stico boemo quotiēs asinos uidebat audiebatq; rudentes hinniebat resiliebat pturbatur. in tm̄ ut pene excuteret sessorē. Sed cū agminatim asinoꝝ greges quotidie illi occurrerēt: sunt. n. apd nos frequētissimi tādē assueuit. minus ac minus ī dies pturbari. nā ut inqt ille nihil assuetudine maius ego q̄ apud Aristotelē. Pliniū herodotū cæteros lectitauerā in scythia & regionibus frigidis: non gigni asinos: nihil demirabar. illa equi agitatione: qui insolens asinoꝝ noua bestiæ & forma & uoce ab initio cōsternebatur. mox exuta omni ꝑ cōsuetudinē formidine simul māsitabat: simul interdū pabulabatur. Adeo multa q̄ prima inspectione uidebant formidolosa: paulatī mox cognita cōtēnimus. ABactū: Abductū subreptū: q̄si ab auctoribus. INtus ædiū: Intra ædes. ītra domū Archaismos figura ē. RVditu: Vt hīnitus equoꝝ balatus ouiū barrit' elephātoꝝ. ita rudit' uox ē asinoꝝ. Lucia. ακουσαντες μουμεγα βοησαντος i. audiētes me uoce magna clamantē ītrogrediūt'. LAtibl'is ædiū: Secretaria dicit. & loca ī domo latebrosa atque arcana. sic & latibula feraꝝ dn̄r ī siluis atq; spelеis. COrā rē īuasuri: Leges & iura ꝑmittūt. ut hō rē suā corā occupet ubicūq; eā īuenerit. OBeuntes: Peragētes uenerē obscenā & infandā: operantes illicitæ libidini. Luciāus καταλαμβάνουσι τους κιναιδους αρρητα ἔρδον εργαζομενους. i. deprēdūt cinedos infanda intus operātes. VICInos partiētes. i. cū uicinis cōmunicātes īpartientesq; Lucianus. εκδραμοντες ολη τηκωμη τω λογω δεδωκαν των ιερεων την ασελγιαν. hoc ē excurrētes ꝑ totū castellū sermōe diuulgauerūt sacerdotū. īpudicitiā. SCEnā patefaciūt: Illustrāt detegūt reuelant. occulta & q̄si inūbrata flagicitia: Trāslatio a scena histrionica: q̄ in agēda fabula & inegressu histrionū cōuelata deinde patescit. PVrissimā castimoniā Ironicos ꝓnūciādū: ueteres dixerūt castimoniā. & castitudinē: quā nos dicimus castitatē scribit Plinius in. xxxi. garū: qd' liquaminis genus est. ad castimoniarū supstitionē. etiā sacris iudeis dicatū eē. CONsternati: Perturbati cōcussi pauefacti. est eni cōsternatio q̄dā subita cōcitatio ex aliquo metu. a sternutamēto deducta. e ɔ ꝙ toto corpore cōcutimur. FACIle dilapsa: Nihil fama infamiaq; uelocius: nihil uolaticū magis. cur inqt Tertullianus malū est fama. Quia uelox? an qa plurimū mendax? q̄ ab uno exorta diffunditur in populos & per aures serpit ac linguas: Corrige obiter illud ex apologetico Tertulliani: necesse est exinde intra duces linguarum & aurium serpat: ex inscita distinctione factus est inscitissimus sensus. & cōfusaneus: Tu lege in traduces linguarum. nam traduces dicunt in uitibus. quasi traductiones productionesq; ab arbore ad arborē connexim traductas Plinius Columella Tacitus: Cæteri. De traduce genituræ ex corpore ī corpus meminerunt. Ruffinus & Hieronymus. Sic fama eleganter dicta a Tertulliano est serpere in linguaꝝ traduces & aurium: propterea ꝙ fama in his qui loquuntur. & his qui audiunt traducitur. & quasi serpendo per linguas rumigeru lorum. & aures curiosorum capit incrementum. FAcessunt: Discedunt abeunt pacuuius facessite omnes hinc. i. abite: interdum facessere significat facere. ut iussa facessunt. ANTE iubaris: Ante solis ortum: iubat dicitur stella lucifer a splendore diffuso in modū iubæ leonis. auctores Varro Festus grāmatici oēs: pacuuius exorto iubare noctis decurso itinere. SOLItudines auias: Inaccessas infrequētes. auius homo qui lōge a uia est. Lucianus. επειδη εγενοντο εν τη ερημω της οδου. i. postq̄ fuerūt in uiæ solitudine. ερημος græce dicitur solitudo media producta. Vnde heremitas dicūt solitarios in solitudine uiuētes. hinc heremodicium apud iuriscōsultos titulo de minoribus dictū q̄si desolatū. ac desertū dicit' aūt heromodiciū iudiciū in quo reus abfuit quasi solitariū desertūq;: unde fit ut p̄sidio legis restauratio heremodicii p̄stāda sit oībus mō doceāt se ex iusta cā abfuisse. In libris iuriscōsultoꝝ mēdose legit' hermodiciū cū legi debeat heremodiciū uocabulo īclinato αποτης ερημου ab heremo. i. solitudīe & desertōe. VEhiculo meo: Hic uehiculi noīe nō plaustrū significat'. sed festiuiter ip̄m iumētū: cuius dorsum uehiculi uicem præstabat deæ. DEstinatum: Deligatum locutio Apuleio familiaris. Lucians γυμνον ηδη προσδεουσι μεδενδρω μεγαλω. i. me denudatum alligant arbori magnæ.

Ruditus asinorū.

Castimonia.

Castitudo.

Consternatio.

fama malum cur.

Correcta dictio Tertulliani.

Traduces linguarum.

Facessit.

Iubar.

Auius.

heremus

Heremita.

Heremodicium.

abactum sibi noctu perquirentes asellum: nimioque studio cuncta diuorsoria scrutantes: intus œdium: audito ruditu meo: p̄dam abscōditā latibulis ædium rati: corā rē īuasuri suā: ī ꝓuisi cōferto gradu se penetrāt: palāq; illos: execrādas fœditates obeūtes deꝑhendūt. Iā iāq; uicīos undiq; ꝑtiētes: turpissimā scenā patefaciūt. īsup ridicule sacerdotū purissimā laudantes castimoniā. Hac īfamia cōsternati: q̄ ꝑ ora populi facile dilapsa: merito īuisos ac detestabiles eos cūctis effecerat: noctē ferme circa mediā: collectis oībus: furtī castello facessunt. bōaq; itineris ꝑte āte iubaris exortū trāsacta: iā die claro solitudīes auias nacti: multa pri' secū collocuti accingūt se meo funeri. deaq; uehiculo meo sublata: & humi reposita: cunctis stramentis me renudatum: ac de quadam q̄rcu destinatū: flagro illo

PECVInis ossibus: Pauloante dixit flagrũ talis ouiũ fuisse tesseratũ:a pecore pecuinus. ut bella belluinus inclinatur. Au. Gellius belluinas uoluptates appellat gustus & tactus: qbus maxime bel luæ delectãtur: in apologia inqt uenerẽ nõ mõ humanis animis uerũ etiã pecuinis & ferinis ad li bidinẽ ĩperitare. ENERuare succisis neruis debilitare. PVdore cãdido:Ironicos ꝓnũciandũ:at tende pudorẽ candidũ noĩatũ cum pudoris color sit rubicundus:sed candidus pudor a candore & simplicitate ingenuitatis.scite dictus:qualis decet adolescentes.est enĩ pudor uirtutis color.& optimũ in adolescente signum.ut dicebat Diogenes cynicus. & memorat Seneca. uerũ hic pudor candidus p cõtrariũ accipitur pro dehonestamẽto & probro sordidissimo. SIMulachri tacentis. Mutæ statuæ. sic Oratius infantes statuas elegãter dixit pro tacentes:& mutas.Potes legere iacentis:nãq; humi iacebat reposita dea siria.ut dudum dixit & Lucianus ĩquit χαμαὶ καθημερη i.humi iacẽs. DOmini referẽs:Corrigo dominæ reuerens uel deum reuerẽs.erat enĩ hic:ut inquit:homo religiosus & reuerens deoꝝ.quod religiosi est. uel reuerens dominæ quasi peculiariter cultor Deæ siriæ. TINnitu cymbaloꝝ:Cum Dea siria & cibele siue mater deum sit idẽ numen merito cymbala & tympana & cantus phrygius illi attribuũtur.Tympanũ tubã cybeles elegãter Catullus appellat.Tympãotriba uocabulo Plautino p q̃ elegãtiꝰ dicit q tympanũ pulsat: quẽ & tympãnistã uocãt.sicut cymbalistã: qui cymbala tractat. CANtus aũt phrygius dicitur propter cybelem:q̃ phrygia dea est:cuius galli fanatici phrygii sũt:& cerimoniæ phrygiæ.ꝑterea refertur ad phrygiam musicam.quæ religiosa est.Cuius meminit Plato in tertio de re pu. & ut Aristoteles in. viii.politicoꝝ tradit phrygia musica distrahit animum ac quasi extra se ponit.& sicut doricam musicam probant omnes perinde ac uirilem.ita phrygiam improbant quasi effœminatam.& eneruẽ Apuleius in floridis phrygiam musicam dicit esse religiosam denotans eam conuenire religionis celebritati:Plinius ex auctoritate pythagoræ refert Iouẽ in cœlo inter planetas moueri tono phrygio.Saturnũ dorio.Idẽ auctor est Marsiam ĩ musica primũ inuenisse modulos phrygios. EXERcitus:Exercitatus.Cor.Tacitus.ipse forma decorus & armis equisq; in patriũ nostrũq; morẽ exercitus.e contrario ĩexercitũ dicimus inexercitarũ.& quietũ.Macrobius.ego disariũ nostrũ inexercitũ nõ relinquã.placet legas excitus pro eo q̃ est excitatus cõmonituq;. VOtiuo hospitio:Lucianus.τὸν θεὸν μᾶλλα ασμενος τὴ οἰκία υπεδεξατο.i.deã ualde lubens domi suscepit. CAPItis piclitatũ:Lucianus.μεγαν κυρᾶηρον.i.magnũ piculũ adiisse tradit. IMMAnis cerui:Dissentit a Luciano.q nõ cerui sed asini siluestris femur fuisse scribit his uerbis.τὸν φιλων τις τῶ δεσποτὴ τῶν αγρῶν επεμψεν ὄρον ὀρου ἀγριου μηρον.i.quidã ex amicis domino donũ misit femur asini siluestris ne aũt putes absurdũ absonũq; eẽ id quod tradit Lucianus uidelicet asininam carnẽ esitari:scito priscos habuisse in delitiis ganeæ:Onagros.i.asinos siluestres.Mecenas auctore Plinio pullos asinarũ epulari instituit multũ eo tempore prælatos onagris: pullis onagrorũ ceu p stantibus sapore Africa gloriatur:quos lalisiones appellant:de qbus celebre est illud epigrãmatarii poetæ:Dũ tener est onager:solaq; Lalisio matre pascitur:hoc infans sed breue nomẽ habet. Ad hæc Galenus maximus medicoꝝ tradit alexãdrinos uesci carne asinina camelinaq;. POne:Post aduerbiũ est. Virgilius pone subit cõiunx. INCVriose:negligẽter. CAnis uenaticus: Lucianus plures cães refert λαθραίως.i.furtim introeũtes inuasisse femur. NEgligentia:Lucianus μαγειρος ὁ τὸν μαθυμία απωλέσας.coquus p negligẽtiã ꝑdidit femur. Mœrẽs:Mœrore luctuq; cõfectus.

pecuinus. bellninis. Cãdidus pudor.

pecuinis ossibus cathenato uerberantes:pene ad extremas cõfecerãt mortes:Fuit unus q poplites meos eneruare securi sua cõminaret: q̃ de pudore cãdido.s.suo tã deformiter tiũphassem: sed cæteri nõ meæ salutis. sed simulachri tacẽtis cõtẽplatiõe: inuita me retinẽdũ cẽsuer:rursũ itaq; me refertũ sarcinis: plãis gladiis minãtes pueniũt ad quãdã nobilẽ ciuitatẽ.ubi uir prĩcipalis:& alias religiosus:& eximie dñi referens: tinnitu cymbaloꝝ & sonu tympanorũ:cãtusq; phrygii mulcẽtibus modulis exercitꝰ ꝓcurrit obuiã.deãq; uotiuo suscipiẽs hospitio: nos oĩs ĩtra cõseptũ domus amplissimæ cõstituit. numẽq; summa ueneratiõe. atq; hostiis opimis placare cõtẽdit. Hic egome potissimũ capitis piclitatũ memini. Nãq dã colonus:partẽ uenatiõis:ĩ manis cerui pĩguissimũ femur:dño illi suo muneri miserat:qd ĩcuriose pone culinæ fores:nõ altiuscule suspẽsũ.cãis adeq; uenaticus latẽter ĩuaserat. lætusq; ꝑdapere custodiẽtes oculos euaserat.quo dãno cognito: suaq; reꝑhẽsa negligẽtia cocus diu lamẽtatus. lachrymis ĩeffacibus: iã iãq; dño cænam flagitãte mœrens: & utcũq; metuẽs altius: filio suo paruulo cõsalutato;

Tympanotriba.

Phrygia musica.

Inexercitus.

Onagri eſtatuti

ARREpto funiculo:Lucianus ἔγρω κρεμασθὶ ἑαὐτον εκ του τραχήλου.i.decreuit se ipm collo suspendere. FVNEstum nodum:laquei nexũ.quo se pensilem facile destinauerat. ADEO ne inquit. Apud Lucianum uxor coqui sic infit μητε αποθρησκε ωφιλτατε μητε αθυμια το ιδυτη δωσσεαυτον.hoc est o coniunx amantissime neq; moriaris neque tristitia te ipsum confi cias:mihi ausculta bene perages omnia. MENTE excidisti:Malum impendens & pauor sæpe ho minem mente deturbat facitq; attonitum ac desperatum iuxta illud . tum pauor omnem sapien-

tiam mihi exanimato expecto-

arreptoq; funiculo mortem sibi nexu laquei cõpara-

rat. DOMIni prouidentia:Pu rior lectio est.Deum prouiden tia pro deorum. FORtuitum remedium : asinum dicit cuius femur pro femore cerui iubet appõi.ut hoc remedio forte ob lato tutus euadat infortunium.

bat . nec tamen latuit fidam uxorem eius casus extre mus mariti . sed funestum nodum uiolenter inuadẽs manibus ambabus. Adeo ne inquit p̃senti malo per-territus:mente excidisti tua : nec fortuitum istud re-medium:quod domini prouidentia subministrat : in tueris? Nam si quid in ultimo fortunæ turbine resipi scis:expergite mi ausculta.& aduenam istum asinum: remoto quodam loco deductũ iugula : femurq; eius ad similitudinem perditi detractum: & accuratius in protrimentis sapidissime decoctum:appone domino ceruini uice : nequissimo uerberoni sua placuit salus de mea morte : & multum conseruæ sagacitate lauda ta destinata etiam laniena:cultros acuebat.

Turbo

FORTVnæ turbine:Impetu: fragore. agitatu . sic.M.Tullius fortunæ fulmiam dixit.transla-tio est a turbine tempestatis: est autem turbo repentinus flatus proxima quæq; prosternens:cir ca terras concipit ac fertur ideo que arbusta radicitus euellit. & quacunq; incumbit solum nu-dat siluas interim & tecta corri-piens inferior fere nubibus.uti-que nunquam altior.turbo ī or bem uertitur.turbinum motus uagus & disiectus . & uertigosus.turbinis rotunda facies in eodem uestigio uersatur . & in colum-næ modum circum agentis se uoluitur:auctores. Seneca.Plinius.Apuleius in cosmographia cæte ri.Valerius Flaccus ruit ille polo noctemq; diemq; turbinis in morem. turbinis recti figura metæ contraria est:illa enim fastigatur.in acutum latior in imo.hic imo Angustissimo dilatatur in sum mo.ita ut merito dici possit metam inuersam esse turbinem rectum.cor homini turbinato mucro ne est.turbinatior figura est piris.papinius in siluis.ut in libro annotationũ curiose annotauimus: turbinem ruentem eleganter posuit pro meta. EXPERgite : Vigilanter ut aduerbium sit.potest etiam accipi pro casu uocatiuo ut exponas expergite pro expergefacte excitate euigilans.expergo enim usurpatur pro expergefacio.& expergitus pro expergefactus & uigilax.fantra uocis expergi ta somno. AD similitudinem perditi : Ceruini.s.femoris quod canis inuaserat. IN protrimen-tis:Protrimenta dicuntur edulia minutim trita concisaq; qualia hodieq; in pulmentariis plurima concinnantur.ex carnibus frustillatim sectis.a tritura dicta protrimenta quasi a proterendo . sicut Isicium ab insectione dictum:est autem isicium. ut id quoq; in trãscursu explicemus pulmenti ge nus ex insectis:& minutatim tritis carnibus cõfectum:quod difficile digestu est:causam refert Ma-crobius in ultimo Saturnalium.apud Apitium crebra mentio est de isiciis & multiformis concina tio.e contrario Retrimenta dicuntur excrementa & feculentiæ. Macrobius in.vii.in uentre fit pri ma digestio.cuius sex retrimenta sunt:quæ per intestina inferiora orificio trudẽte labunt: Item re trimenta sanguini dicit inesse hoc est feculentam materiã : Item aridiora retrimenta in aluum cõ uenire refert humidiora in uesicam trahi : intelligens stercora & urinam. VERBEroni.coquum dicit qui inter famulicia erat apud priscos : Plinius in cõquestione luxus coquos emi singulos plu risquam equos conqueritur : Idem tamen refert coquos non habitos esse in seruitiis eosq; ex ma cello conduci solitos.scribit Paulus iurisconsultus seruis lecticariis legatis.si idem lecticarius sit & coquus & accedit legato : Verberones autẽ dici seruos dignos uerberibus quis nescit? quos & fla griones nũcupant: græce mastigia dicitur ut ante explicatum est. CONseruæ:Vxoris Lucianus. ὁλε μα γειρος της γυμαικος επαιμεσας το βουλευμα ἀριστα εφη σοι ω γυμαι ταυτα και τουτω.ωμῳ τω εργω τας μαστιγας φυγειμεχω.Idest coquus uxoris cõsilium laudans o coniunx inqt optima hæc sunt:& hoc solo opere uerbera effugere possum. LAniena:De lanie na in qua carnes uenduntur a laniis:supra dictũ est . hic laniena significatur laniatio ipsa & sectio femoris asinini:sicut carnificina mõ pro loco:modo pro ipsa excarnificatione & cruciatu ponitur.

Figura turbinis cõtraria metæ.

Turbo ruens meta.

expgitus.

Protri-menta.

Isicium.

Retrimẽ ta.

Verbero nes.

Laniena Carnifici na.

Argumentum. LIBER NONVS

HIC Nonus liber cõtiet astũ asini quo lanienã euasit seqs alterꝫ piculũ quo rabiosus credidit. auxiliũ aq̃ potus. Narratio fabellæ de fœmia maritũ illudẽte. cuius amator sub specie emptoris i dolio fefellit. sors captiosa siriacorꝫ sacerdotũ: furtũq; depẽsum: Descriptio pistorii opis. cui fuit mãcipatus: explicatio fabulaꝫ de adulteriis ipudiciciaque fœminaꝫ lepidissima. dñi rursus mutatio a pistore ad hortulanũ facta trãslatõe. Dirũ familiæ ifortuniũ hortulani in militẽ abactorẽ isultatio asini occultatio & ꝓspectus.

Sic ille neqssimus carnifex cõtra me mãus ipias obarmabat. At ego: ꝑcipitãte cõsiliũ piculi tãti ꝑsentia: nec expectata diutina cogitatiõe: lanienã iminẽtẽ fuga uitare statui. protiusq; uiculo: quo fuerã deligatus arrupto: cursu me proripio totis pedibus ad tutelam salubrem crebris calcibus uellitatus: illicoq; me raptĩ transcursa proxima porticu: triclinio: i quo dominus ædium: sacrificales epulas cũ sacerdotibus deæ cænitabat. incontanter imitto: nec pauca rerũ: apparatus cibarii: mẽsas & id genus: impetu meo collido. atq; distur bo. qua reꝫ deformi strage paterfamilias commotus: ut iportunũ. atq; lasciuũ me: cuidã famulo curiose tra ditũ: loco certo aliquo clausũ iussit cohiberi: ne rursũ conuiuium placidum simili petulantia dissiparẽ. hic astulo cõmẽto scitule mũitus: & mediis lanũ manib⁹ ereptus custodela salutaris mihi: gaudebam carceris. Sed nimirũ nihil fortuna renuente licet homini nato

Obambulare.

Obarmare.

Obrogare.

Obloqui.

Obtrectator

Obuaricator.

Imantopodes.

Lorripedes

militiæ abactorẽ isultatio asini occultatio & ꝓspectus. OB armabat: Sicuti obãbulare dicius aduersũ alios ambulare. & quasi ambulãti sese oppõere. ita obarmare dici uĩ. cõtra aliũ sese armare. hæc. n. pticula ob iterdũ ponit ꝓ cõtra & aduersũ. sic obrogare ẽ cõtra legẽ ferre nouã rogationẽ. sic obloq aduersus aliũ loq. sic obtrectator dĩ q facit qd cõtra recte tractãtẽ. sic obuaricator q aduersus quẽpiam occurrit obstãs quo mius is rectũ iter cõficiat. sic pleraq; alia ẽ iuenire i ueterꝫ libris ex hoc fõte deriuata. LAniena: Laniatũ & sectionẽ. VINculo abrupto lucianus ῥηξασ-τορ i. ῥαρτα. i. rũpẽs loꝫ græci. n. i. ῥαρτα. lorũ dicũt. unde imãtopodes plinio & Solino populi i africa loripedes qbus serpẽdo igredi natura ẽ. CALcibus uelitatus: Signat se quasi calcitronẽ factũ & crebris calcib⁹ oẽs a sese abegisse i fuga ullũ eẽt offẽdiculũ trãslatiõ a cõtẽtiõe uelitũ militũ & congressiõe. Qui sint uelites q̃ uelitatio qd uelitari ꝓsæpe dictũ ẽ. INcõtãter imitto. Sine ulla cõtatõe & mora currẽs. ifero me itra cœnaculũ. i quo dñs cũ sacerdotibus deæ siriæ epulabat: quos luciãus cynedos uocat: ut iã dixius. luciãus. ιε. ῥαὶ ἀρο. ῥὼεισωεῤ. θαεἀυπρουροικιῤαιἀοισυρτωλεσποτητωραγ῾ρωρεῤτἀυθαεισἀραῥωορ. NEC pauca cõlli do: Luciãus. ἀραῤτρεπωπαρτα τωσκιρτήῥατι ῥαὶ λυχνιαρ ῥαὶ τραπεζασ. i. subuerto oia saltatiõe & cãdelabra & mẽsas. ID genus: Huius generis elocutio usitatissima. PAterfamilias: Dominus ædiũ: & ut græce dĩ. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. Seneca libro epistolaꝫ moraliũ sexto. oẽm iqt iuidiã maiores nr̃i dñis. oẽm cõtumeliã seruis detrahẽtes dñm patrẽfamilias appellauerunt: seruos familiares hoc idẽ Macrobius i saturnalibus. Sãe qñ dicius pr̃familias illud familias ideclinabile ẽ: & genitiuus ẽ singularis a græco ductus ut docet Seruius. si ãt pr̃ familiæ dicere uoluerimus. iã nõ erit unũ nomẽ. sed locutio declinabilis. ut dicãus hi patres familiæ hoꝫ patꝫ familiaꝫ. ille dĩ agere bonũ patrẽfamilias q q̃ a parẽtibus accœpit maiora efficit. LAsciuũ: Luciãus dixit. ἀγερῶχορ. i. strenuũ & petulãtẽ. PEtulãtia: Procacitate lasciuia. a petẽdo petulãtia. sicut a procãdo. i. poscẽdo procacitas notata ẽ. hedos petulcos dixit poeta pro lasciuos & exultãtes nidelicet ab appetẽdo. unde & meretrices petulcas hoc ẽ procaces uocamus. ASTVlo cõmẽto: Hoc meo iuẽto callido & astulo. Astutos callidos dicunt ab astu ideſt ciuitate. Q m̃ urbici sũt rusticis calidiores astutiores uafriores. LAnii: Coquũ dicit q lanienã parauerat & cultros ad femur asini laniãdũ exacuerat: laniãt. q & laniones: dicũt a laniãdis pecoribus sicut & laniſtæ dicti. q laniãdis ꝑsunt gladiatoribus. CVstodela: Custodia sic fugela catela sic alia sexcenta ꝓ diminutionẽ usurpãt. SAlutaris carcertis: Salutarẽ carcerẽ accipe. pro loco i quo clausus iussu dñi cohibebat tutus & citra lanienæ piculũ

Domius patersfamilias.

Serui familiares.

Petulantia.

Petulcus.

Astutus unde.

lanii.

laniones.

NIHIL fortuna renuẽte: Snĩa catholica: qua significat nihil ꝓsperꝫ ꝓuenire posse mortalibus iuita & aduersante fortuna. consimile est illud apud poetã memoratissimũ heu nihil inuitis fas quẽq̃ fidete diuis: scribit Cebes philosophus in tabula eorum qui fortunam circunsistunt: alios gaudere alios tristari. qui a fortuna quippiam accœperunt. hi ridere uidentur. a quibus etiam ἀγαθὴτυχη. ideſt bona fortuna nuncupatur. qui uero flere ac manus protendere uidentur: hi sunt a quibus abstulit. Quæ ante tradiderat: a quibus ΚΑΚΗΤΥΧΗ. ideſt mala fortuna nominatur.

Bona fortuna.

Mala fortuna.

DEXtræ:Prosperæ secundū fœlix. NEC cōsilio prudēti:In hāc sniam scribit plautus in pseudolo.cētū doctū hoium cōsilia hæc deuincit dea fortuna. FAtalis dispositio:ει.μαρ.μερη.i.fatū & necessitas ambæ sibi inuicē indiuiduo cōnexæ sunt glutino ut inqt trimegistus:fatū iexorabile ē ut poetæ canūt:Desine fata deū flecti spare ꝓcādo:fati uis ī auersibil:īmobilis:isolubilis ē:& ut īqt Apuleius ni in Cosmographia ieffugibilis ē necessitas fati.memoratissimus ē uersiculus ille cleā tis.quē Seneca latinū fecit.ducūt uolētē fata nolētē trahūt & ut a Tertulliāo dictū ē fato stat iup piter ipse.De fato Diuus Augustinus Chrysippus.M.T. Firmicus maternus : & agminatim omnes exclamat Manlius fata regunt orbem certa stant omnia lege. AD ipsum:Lege id ipsum. MOmentariam:Breuē & momento temporis datam: Quintilianus momētosam apium rapinā decenter appellat:q̄ momēto fit ī floribus decerpē dis. PERcitus:Cōmotus perturbatus. ANgiportu: Q d exitū nō hēt.ac puiū nō ē Angiportū dicit.ut interꝑtat.M. Varro ab angēdo & portu Angustum āt id ē.Dōatus grāmaticus Angiportū eē dicit angustā & curuā uiā:alii ꝙ iter portus sit locus angustus hoc ē iter domos dexterū ꝓuenire. nec cōsilio prudēti:uel remedio sagaci:diuinæ ꝓuidētiæ fatalis dispositio subuerti: uel reformari pōt: mihi dēiq; id ipsū cōmētū ꝙ momētariā salutē repisse uidebat:ꝓiculū grāde: īmo ꝑsens exitiū conflauit aliud: nam quidam subito puer: mobili ac trepida facie percitus: ut familiares inter se susurrabant irrumpit triclinium: suoq; ānuntiat domino de proximo agniportu: canē rabidam paulo ante per posticā impetu miro sese direxisse ardētiq; prorsus furore uenaticos canes īuasisse:ac de hīc ꝓximū petisse stabulū atq; ibi pleraq; iumēta īcurrisse pari seuitia.nec pos tremū saltē ipis hoīnib⁹ pepcisset.nā Mytiliū mulionē & Ephestionē cocum: & Hypatauium cubicularium: quas uetetes portus dixerunt.dicit & Angiportum angiportus neutro genere & masculino in secūdo & quarto ordine.Terentius in adelphis:id quidem Angiportum puium non est Oratius flebis in solo leuis Angiportu. CAnem rabidam:Canes rabidi per æstatem maxime fiunt propterea ꝙ natura sicci:fiunt sicciores estu.ut docet Alexander aphrodiseus in problematis:arida antē calefacta conflagrant.hinc fit:ut furentes quasi in phrenesim conuertantur:ipsorumq; uiosa salīua sit:quod autem conflagrent.ex eo liquet.ꝙ crebro anhelant rictu oris patulo ad captandum aeris frigus.Non utiq; omnes canes in rabiem aguntur:sed illi potissimū qui sunt siccissimi:Canicule exortu ut inquit plinius canes maxime agi in rabiem non est dubium.Columella auctor ē in.viii.arceri rabiem canibus qui morbus letifer est.si catulorum caudæ post diem quadragesimū q̄ sunt editi castrentur morsu neruusq; abrumpatur.qui per atticulos spinæ prorepit.Quin etiam uermiculus est in lingua canum.qui uocatur a græcis litta quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt. PER posticam:Per partem ædium posteriorem ossiumq; posticum.namq; posticum ostium dicitur in posteriore parte ædium:uicinum quoq; habitantem ad posteriorem domus antiqui posticum appellauerunt:Deniq; quæ ante nos sunt antica q̄ post nos postica dicuntur.cæli quoq; partes quattuor dicuntur auctore Varrone sinistra ab oriente. dextra ab occasu.antica ad meridiem:postica ad septentrionem.& hoc est quod uoluit intelligi Seruius grammaticus scribens posticam genere fœminino esse nomen augurale:sicut & antica ē regulam ab illo traditam non usquaq; seruant eruditi.ut scilicet posticum neutro genere semper dicant pro parte ædium posteriore:posticam uero tantum pro parte cœli septentrionali:nam ut hic noster & alii posticam. & posticulam usurpant pro postico:& parte domus posteriore. Virgilius signat posticam:cum ait postesq; relicti a tergo plautus in trinummo posticulum hoc recipit cum ædes uendidit:interdum adiectiuum est nomen.ut apud Ausonium postico uulnere fossor: apud iurisconsultos Titulo de usufructu posticas ponī legimus pro hostiis partis ædium posterioris ubi scribit iulianus.si ædium usu fructus legatus sit non permiti legatario posticas uertere:uel refugia aperire:& atrium immutare.excolere enim quod inuenit potest qualitate ædium non immutata. INCVRrisse:Inuasisse:impetisse. EPHEstionem:Nomen est coquo Accommodatum.græce enim.ηφεστος dicitur Vulcanus.unde ephestiades insulæ dictæ:Vulcaniæ:Ad uulcani autem uiolentiam ut inquit plautus apponit coquus edulia.celebratissimus est ephestion il le Alexandri amicissimus:quem olim ipse alterum Alexandrum esse dixit:cuius obitu tanto mœrore confectus est.ut equos mulosq; totonderit ut Vrbium pinnas diruerit ut medicum cruci suffixerit : ut tibias & instrumenta musica . id genus diu in castris canere uetuerit: quem in funerando ephestione decem milia talentum impendisse auctorees tradunt. HYpatauium: Potest uideri nomen deductum a uerbo græco υπατευω quod significat ago consulatum . & excello . Sic υπατος consul dicitur & eximius . ut ita cubicularius inter alios primarius significetur.

Necessitas. Fatum.

Momentosa rapina.

Angiportum.

Postus.

De rabido cane.

Lytta uermiculus.

Posticus. uicinus. Antica. Postica.

contra Seruium

Ephesti on nomē coqui. Ephestiō Alexādri Hypatos. eximius.

APOlloniũ medicũ:Nomẽ ẽ medico cõueniẽs:qđ ueluti ab apolline medicinæ deo deriuatũ uideri põt.De apollõio magno:quo nihil uenerabilius nihil ſanctius affati philoſtratus ſcribit: & cæteri cõmemĩnerũt. VEnenatis morſibus:Rabidi canis morſus ĩter uenenatos letiferoſq; numeraſ:morſũ quoq; hoĩs ut refert plinius ĩter aſprimos numeraueruũt:ut auctor eſt Cor.Celſus.oĩs fere morſus hẽt quoddã uirus.& ſi rabioſi canis morſus fuerit cucurbitula uirus eius extrahẽdũ ẽ. FErocire:Ferociter ſæuire & furere. PEſte iſectũ:Eodẽ ueneno cõtactũ. PROtelarent Propulſarẽt excluderẽtq; Alias ꝓtelare ẽ pcutere. alias adiuuare.de hoc uerbo ſuo loco dictũ iã ẽ. VEſaniæ morbo:Morſi a cane rabioſo rabidi fiũt.cui VEſaniæ occurrit cerebello gallinaceo auctor plinius.ſenſus ẽ q inquit me efferatũ ex morſu cani no ac ferociẽtẽ ſæuire exiſtimabãt perſeq̃bãt̃q;.illi ipſi magis inſaniebãt.cũ nulla ego peſte. nulla rabie pœnitus uexarer.

& Apolloniũ medicũ:ĩmo uero & plures alios ex familia:abigere tẽptantes: uariis morſibus quẽq; laceraſſe. certe uenãtis morſibus cõtacta nõnulla iumẽta: efferat a ſimili rabie. quæ res omniũ ſtatĩ pcuſſit aĩos:ratiq; me etiam eadẽ peſte ĩfectũ ferocire:arreptis huiuſce modi telis:mutuoq; ut exitiũ cõmune ꝓtelarent cohortati.ipſi potius ueſaniæ morbo laborãtes pſequuntur.nec dubio me lãceis illis & uenabulis: immouero & bipẽnibus:quæ facile famuli ſubminiſtrabãt:membrati cõpilaſſent: ni reſpecto ſubiti ꝑiculi turbidine: cubiculũ ĩ quo mei dñi diuertebãr: ꝓtinus irrupiſſem tũc clauſis obſeratiſq; ſup me foribus:obſidebãt locũ. quoad ſine ullo cõceſſiõis ſuæ ꝑiculo peſtilẽtiæ letalis ꝑuicaci rabie poſſeſſus:ac pſus abſumerer.quo facto: tãdẽ libertatẽ nactus ſolitariæ fortunæ munus amplexus:ſup cõſtratũ lectũ abiectus: poſt multũ equidem temporis ſomnũ humanũ qeui.lãq; clara die:mollicie cubiculi refota laſſitudine: uegetus exurgo.Atq; illos q meæ tutelæ ꝑuigiles excubias agitauerant:auſculto de meis ſic altercari fortunis. At hũccine miſerũ iſtũ aſinũ iugi furore iactari credimus? ĩmo uero iã uirus ĩcreſcẽte ſæuitia ꝓrſus extinctum: ſic opinionis uariæ terminũ ad explorationẽ cõferũt.ac de rima q̃dã ꝓſpiciũt ſanũ me:atq; ſobriũ ocioſe conſiſtere: iamq; ultro MEMbrati cõpilaſſent: ꝓ mẽbra:ꝑ fruſta diſſecuiſſent.ita ut nec pilũ ĩ toto corpore eẽnt relicturi plautus ĩ hãc ſniam inqt iã ego te faciã: ut hic formicæ fruſtilati differãt. TVRbine:ĩpetu.& procella.de turbine ante dictũ. CVbiculũ irrupiſſe:lucianus.εγωδε ωρωρτου δειρουτο μεγεθοσδρομωεισω παρερχομαιερθαοιεμοιδεσποταικοιμεθησεσθαι εμε. λλον.i.ego uidẽs piculi magni tudinẽ curſu ĩtra cubiculũ irrũpo.ubi domini mei dormire debãt. CONceſſiõis piculo.ingreſſiõis & ĩtroitus quo cõcedẽtes ĩtroeũteſq; eẽnt piclitati.

MVLtiuii. Eleganter multiulos circuitus dicit: qui multiplici reciprocoq; gyratu circa molã in piſtrino fiunt a iumentis ĩ orbem recurrẽtibus. AMbage. Ambitu circuitu gyro Auſonius. cui ſubiugabo de molaq; ambagibus. PERpeti. Perpetua. & cõtinua: Plautinus Soſia iquit noctẽ pependi perpetẽ. VERtigine. rotatu circũactiõe motu orbiculato a uertendo dicit. Plinius ĩ ſecundo tradit mũdũ ciẽq; agi æterna uertigine hinc uertigines capitis: exquibus cũcta uerti uident. hic uertigoſus motus ĩ orbem factus qualẽ Seneca & Saluſtius turbinũ motũ appellauerũt. LVCVbrabãt. Ad lucernã cõficiebant. Eruditi lucubrare dicuntur ad lucernam ſtudentes: commẽtanteſq;. Quĩtilianus ait fuliginẽ lucubrationũ bibendam oratori. M. Tullius in epiſtolis ad quintũ fratrem refert ſe ſcripſiſſe epiſtolã ad lychnũ ligneolũ: Plinius auctor eſt quoſdam ſcriptores facetiſſimos inſcripſiſſe libros ſuos titulo lucubrationum. RVDImẽtum ſeruitii. Tirocinium & noui tatem ſeruitutis piſtrinenſis alibi rudatum dixit pro rudimẽto. Plinius rudimentum lucis appellat initium uitæ. LOca lautiora. Alludere uidetur ad morem romanorum. qui legatis exteraq; gentium loca pbebant & mũera mittebant. quæ laucia dicebãtur. quidam lauticia appellant. ſuper hac re in libro annotationum. lauticiam epularum magnificentiam dicunt: lauticia appellatur farina ex tritico aqua cõſperſa. MOlæ aſtituor. AD molam maximã circunagendam ligatus apponor ſtatuorq;. VElata facie: hoc hodieq; fit. ut piſtrinenſi iumento facies oculiq; uelentur: Ne uertigine uexe. Lucianus. οθορηται ομματα μου εμ πεταςαρτες υποξευγνυουσι μετη κωπη της μυλης. Ideſt uelamine oculos meos conuelantes ſubligant me ad manubrium molæ. RECALcans ueſtigia. per quadam euidentiam. & illuſtrationem totum hoc negocium graphice depictum ſubiicitur oculis lectorum. ut non tam legere q̃ uidere uideantur. ERROre certo. decenter dictum: ſic planetæ uagari dicuntur Errore certo. unde errones a nigidio nuncupantur: quorum diſcurſus erraticus eſt: ſed ſtatus. & certis limitibus incluſus: nec enim ſidera ulla errant minus illis. TIROcinio. rudimento primordioq; Tirocinatio alio nomine dicitur de Tirocinio aduleſcentulorum: qui togam puram induebant. & in foro eloquentiam auſpicabantur ſcripſi: apud Suetonium in ſecundo commentario. DISCIpli næ. Alludit ad Tirocinium noui militis: qui Tiro nominatur: qui diſciplina militari inſtitui ſolet: ut docet Vegetius. MACHInas uidiſſem. Lucianus. εγωλ ε ηπιστα μην οπωσ χρη α γειρ πολλα κησ παθων ego ſciebam quẽadmodum molas circunrotari oporteret ſæpe id expertus. LEGAtum iri: exiſtimabam inquit ut me legarent amandarentq; ad alium leuiorem laborem ſubeundum uel pciari ſinerent in pabuli ſagina: ſermonis elegantiam attende in eo quod ait legatum iri. cibatum iri. BAculis armati: Lucianus. λαβορτες πολλοι τασ ερ ραβδους περιϛαρται με ideſt multibaculos intus capientes me circunſteterunt. M. T. inoratiõe pro cecina ſubtiliter docet armatos dici nõ ſolũ qui ſcutis teliſq; parati armatiq; ſũt: ſed eos ẽt: qui glebis aut ſaxis aut fuſtibus inſtructi fuerint: Paulusquoq; iuriſconſultus titulo ad legem iuliã de ui publica armatos inquit eos accipere debemus: qui habent tela. & aliud quod Nocere poſſit: Quin etiam titulo de uerborum ſignificatione ut ſcribit Caius armoꝝ appellatio non utiq; ſcuta & gladios & galeas ſignificat. ſed & fuſtes & gladios & lapides. PLAgas ĩgerentes aceruati. græce dixit Lucianus παιουσιν αθροα τηχειρι ωσ τε μ ευποτησ πλαγησ ωσπερ ϛροβορ εξαπιρησ ϛρεφεϛαι. i. feriunt me aceruatim ut dolore plagaꝝ repẽte iſtar rotæ uel trochi circũrotarer. TVRBVlentãt: exagitãt uexant. perturbant.

Vertigo
Vertigo ſus
Lucubrare.
Rudimẽtum
Laucia
Lauticia
Errones planetæ.
Tirocinium
Tirocinatio
Armati q̃
Turbulẽtat

Tenea spartea

TEniæ sparteæ. Tenã sparteã accipe pro uiculo siue helcio: quo illigatus circa molas pistrinenses discurrit. nam solet sparto: quod iũci genus é: talis Tenia uinculũq; cõtexi. Tenia aũt proprie dicitur uitæ extremitas: ut docet Seruius enarrãs illud Virgilianũ fit lõgæ Tenia uittæ hic accipitur pro tota fascia & ligamento. Metaphoricos dixit Plinius frequentes quippe teniæ albicãtis uadi carinas teritãt.

Secta

OBIrem: Ardirẽ: susciperẽ: pagerem. SEcte cõmutatõe: Trãslatio a philosophis: qui ab una secta ad alterã transfugiũt. Lucius qui prius exps & ignarus opis pistorii uidebatur mox excitatus plagis cœpit scienter circũagere rotas pistrinenses. & ita a secta ignauiæ ad sectam industriæ subito trãslatus cõmouit risum circũstãtibus pterea sectæ nomẽ bene quadrat illi qui sectat' discursus multiuios imola

Defecti Helcium sparteũ

pistrinensi circũagẽda. DEFEctũ: Exhaustũ debilitatũ. & labore deficientem. talẽ refectio refocillat. apud Pliniũ remedia sũt plurima defectis mentia. sic. n. resolutos uocat. & animi defectu laborãtes de quibus aliubi plura. HELcio: sparteo dimoto. modo Teniam sparteam modo copulam sparteã modo helcium sparteum mira uarietatis elegantia appellat: intelligi uolens tot uocabulis. id uiculi genus: & nexus quo iumẽta capistrata ttahũt machias. & circũ rotãt

Helciarii

teniæ sparteæ totus inixus: discursus alacres obirem. hac subita sectæ cõmutatione: risum toto cœtu cõmoueram: iãq; maxima diei parte trãsacta: defectum alio quin me helcio sparteo dimoto: nexu machinæ liberatum applicãt psepio. At ego quãq; eximiæ fatigatus. & refectione uiriũ uehementer indigus: & prorsus fame pditus tamẽ familiari curiositate attonitus. & satis anxius: postposito cibo: qui copiosus aderat: inoptabilis officinæ disciplinam cum delectatione quadam arbitrabar: dii boni quales illic homunculi uibicibus liuedinis: totam cutem depicti. dorsumque plagosum: scissilli centunculo magis inumbrati: q̃ obtecti: nõnulli exiguo tegili tantũmodo pubẽ intecti: cuncti tamen sictũicati: ut eẽnt per pãnulos mãifesti: frõtes litterati.

molas: helcium dici potest quasi tractorium instrumentum a uerbo græco ελκυω siue ελκω quod significat traho. inde helciarii dicti. qui trahunt funibus nauigia aduerso anne. Martialis. nec clamor ualet helciarioꝝ. Sidonius optimo epitheto curuos uocat illo hendecasillabo curuoꝝ: hic corus helciarioꝝ. imponitur ergo helcium iumentis pro adminiculo tractorio. unde & nomen: tractoria organa appellat uictruuius machinas quibus onera pertrahuntur. INDIgnus: Corrige indigus hoc est i

Tracto, tia organa.

digens cibo ad uires reficiendas. & corpus roborandum. FAMIliari curiositate. mihi propria & peculiari: ut inquit Seneca curiosum nobis natura dedit ingenium: sæpe tamen hæc curiositas auctore fulgentio periculoꝝ germana detrienta suis amatoribus nouit magis pturire q̃ gaudia. INOPTAbilis. Inamabilis minimeq; desiderabilis. ARBItrabar: spectabam cõtemplabar. Quales illic homũculi. descriptio est speciosa officiæ pistrinẽsis instrumẽtiq; pistorii. pistorio instrumẽto legato: ut ĩquit paulus iurisc̃sultus pistores i esse uideri possunt: nã instrumenti appellatõe seruos quoq; contineri c̃stat.

Vibices

VIBIcibus. uibices sũt plagaꝝ notæ uerberũq; uestigia icorporibus. dictæ q̃ ui fũt: hic per decentem translationem dixit Persius: si puteal multa cautus uibice flagellas. M. Cato i libro qui de falsis pugnis scriptus est. ita cõquerit: ubi societas. ubi fides maioꝝ: isignitas iniurias plagas: uerbera: uibices: eos dolores. atq; carnificias per dedecus atq; maximã ignominiã te facere ausũ esse. LIVEdinis: Liuoris: legimus apud Solomonem i ecclĩastico qd flagelli plaga liuorem facit: apud Pliniũ inumera medicamenta iterciſim tradũt ad liuẽtia & suggillata: sũt aũt sugillata Idẽ pene quod uibices: uestigia. s. ex uerberibus & cõtusis q̃ græce dicũt. υπωπια. DEpicti cutẽ. depictam cutẽ habentes figurata loquutio. cõ

Liuedo. Liuor Suggillata

simile est illud Plautinũ in epidico. ex tuis uerbis meum futuꝝ coriũ pulchrũ p̃dicas quem appelles atq; Zeusis duo pingent: pigmẽtis ulmeis. PLAgosũ: Plagis plenũ & p̃gnãs: aliter Oratius plagosum

Plagosus.

appellat orbilium grammaticum uidelicet a. æ. uitia uerberandi. plagisq; in discipulos ingerendis. CENtuculo: Veste uiliore. de hoc in primo commentario copiose diligenterq; perscripsimus. MAgis inumbrati: Libro primo consimiliter dixit: scissili palliastro semiamictus. EXIguo tegili. Annotandum est noue positum Tegile esse pro subligaculo tegumentoq; uerendorum a tegẽdo ducto uocabulo Plinius tradit Tegulo harundinum domos a septentrionalibus populis operiri. ubi tegulum

Tegile Tegulũ. Tegillum.

accipitur pro tegumento operimentoq; domorum: Tegillum dixere ueteres per diminutiõnem pro tecto uelamẽta autẽ genitaliũ multiiugis uocabulis dici aliubi annotauimus. nãq; subligar subligaculum campestre. succintoria perizõata. fœminalia femoralia braccæ. & dictione apuleiana Tegile di-

Cãpestre. succincto rium

cuntur: tali autem Tegili hodieq; operarios pistorios in pane conficiendo uti uidemus uerenda tantum conuelantes reliquo corpore nudato. PVbem intecti: Intectam uelatamq; pubem & uilia habentes per elocutionem figuratam lucio nostro perq̃ familiarem. MANIfesti: cnnspicui tanquam nullo uelamento tecti forent. FRONtes litterati. habentes in fronte notas litterarum cauterio inustas qua pœna affici solet seruus ob noxã. Antiqui stigmatias. & stigmaticos uocãt punctos no

Stiatice Stiatici:

tis. & litteris iscriptos i frõte inustosq; Plinius i. xyiii. tales denotãs decenter ĩquit: atq; nunc eadem il-

la uincti pedes damnatæ manus inscripti uultus exercent: Iuuenalis stigmaticum designat cum ait. Tum fœlix quotiēs aliquis tortore uocato uritur ardēti duo ꝓpter lintea ferro: auctor ē. M. Tulius Alexādrum phereum cum ad uxorē incubiculū ueniret solitū ꝓmittere seruum stigmaticum. cōpunctum notis thraiciis. districto gladio ob metum: Aristophanes facetissime dixit populus samiorum est literatus alludens ad stigmata frontibus inusta. athenienſibus captiuis samii noctuā in frontibus iusserūt par pari rependentes. CAPILlum semirasi. habentes capillos ex parte rasos: nā eorū ē qui manu mittuntur caluos fieri & raso toto capillicio pileū cape tāq; tēpestatē seruitutis effugisset. ut naufragio liberati solebāt. PEdes anulati. de center positū pro cōpediti uincula tiq; tanq; compedes & uicula sint anuli pedum Plinius dixit uincti pedes: sic & Martialis anulos pro uiculis posuit qui scribens de illo qui cōpedes saturno dedicauerat scite iqt has dicat catenas saturne tibi zoilus anulos priores Plinius in. xxxiii. annulum promethei ferreum intelligi uoluit uinculum fuisse non gestamē. LVrore Pallore: & lurido colore deformati. PALPEbras adesi: quasi habentes palpebras adesas corosasq; ex calligine. MALE luminati. male oculati. PVLVISculo persperſi: Pugiles luctatoresq; apud antiquos in exercitatione palestrica: & luctatione puluerem inspergebant corporibus: qui græco uocabulo a tactu aphe nominatur de quo epigrāmatista. & flauescit aphe. Seneca. libro. vii. epistolarū moralium elegāter & scite sic scribit. Totum athletarum fatum i illo die perpeciendū fuit a ceromate nos aphe excepit. in crypta neapolitana. quibus uerbis decentissima quadā translatione nec satis cognobili significat duo incōmoda inter se contraria luti & puluerıs se simul pertulisse: & post cenosam fedatiōem uolutatu puluerıs agitatum: nā ceroma pro luto: aphen pro puluere decēter posuit Quod utrunq; uocabulum athleticū est. siquidem ceroma unguen est ex luto oleoq; cōmixtū quo athletæ. peruncti corpora exercebāt: Cuius Plinius: Martialis: Iuuenalis: Hieronymus cæteri meminerūt: aphe puluisculū est siue harena palestritaꝝ ad corporis inspsionē tanq; mēbra robustiora fierēt eo adminiculo. Ouidius luctā Herculis acheloiq; describēs ait. inq; uicē fuluæ tactu flauescit harenæ. Lucanus quoq; huius harenæ palestricæ cōmeminit. In certamine Herculis & anthei scribens: auxilium membris calidas infudit harenas. Suetonius tradit Neronem alexandrina naui puluerē luctatoribus aulicis ad uexisse. Quin ēt Plinius noster in. xxxv. refert harenā e Nilo tenuissimā peti solitā ad debellanda corpora palestræ studiis. inde patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. quin & leonato & crathero & meleagro Alexandri magni ducibus fabulum hoc palestræ causa deportabatur: huinsce rei mentionem quadam tenus facit & Plutarchus in alexandro apud Græcos quod notabile est. proꝝ uerbii loco dicitur aconiti uicit quotiens quis sine labore uicerit & sudore: Aconiti enim significat citra puluerem: quo pugiles in athletico certamine perspersi depugnāt: pausanias tradit athletam Dioreum uicisse aconiti quod Plinius noster interpretatur citra puluerıs tactum: sic scribens in. xxxv. Alcimachus Dioxipum. qui pancratio olympiæ citra puluerıs tactum quod uocant Aconiti uicit: cum igitur luctator sine puluere luctatur. ea leuis & incruenta pugna haberi solet. ex hac doctrina fit ut locum apud. Au. Gellium sic emendē: quem plerique omnes incuriose negligenterq; transmittunt: nam libro. y. noctium atticarum sic scriptum legitur. ouandi causa est cum deditione repente facta in puluere ut dici solet incruentaq; uictoria obuenit quid est in puluere ut dici solet nimirum ut ego sentio intelligi uoluit prouerbialem hanc græcam dictionem aconiti ideoq; existimo ita corrigendum sine puluere ut dici solet. id enim significat aconiti. & ita uerba gelliana cū ritu uerboq; uetusto cōueniunt e cōtrario coniti uicit dicitur apud eosdē græcos: quotiens cū labore & sudore uictoria paritur: coniti. n. significat cū puluisculo & puluerıs palestrici inspsione: illud quoq; hoc in loco adnotandum conisterium esse in structuris palestrarum membrum. quo palestritæ puluisculo flauescentes luctam exercent. a conis quis est puluis dictum conisterium. cuius meminit Victruuius in. y. conuerrere cum puluiscu-lo ex Plautina prouerbiali locutione est totum auferre & nihil prorsus relinquere: Metaphora sumpta a conuersitore scopario: qui a cena uerrens pauimentum reliquias omnis ciborum cum puluere colligit conuerritq;. Puluisculum neutro genere & masculino usurpari inuenies. apud auctores idoneos. CANdidati: loculariter alludit ad candidatos hoc est petitores magistratuum. qui candidatorium munus in toga candida obibant de quo suo loco satis multa. IVMENtorio contubernio: Hoc est de iumentis meis contubernalibus translatio sumpta a militari contubernio. CANterii: Equi uiliores excastrati. Canterinum hordei genus uocant scriptores rusticationis. MOles: Fasces & aceruos Plinius palea inquit plures gentium pro fœno utuntur melior ea quæ tenuior minutiorq;. & puluerı pro pior ideo optima e milio. proxima ex hordeo: pessima ex tritico ꝑterq; iumentis opere laborantibus.

Samii literati.

Noctua īfrōtib⁹ aticorum.

Anulati peredes.

Aphe.

Ceroma

Harena palestritarum.

Aconiti uicit.

Locus Gelii.

Coniste rium

Cōuerre re cū pul uisculo.

Palea.

Carioſi artus. CArioſa:Eroſa attrita putreſcẽte.carioſi artus dicuntut a Hieronymo ſenio & ætate longa corioſi & putridi. FOLLIcantes nares.Inſtar follium reciproco ſpiritu nares agitãtes.hieronymus caligas

Follicantes caligæ. monachoꝝ follicantes decentiſſime dixit.pro calceis laxis atq; enormitate flacẽtibus quales Hippocritæ geſtant:ut cõtemptores humãi cultus eſſe uideantur. TVSSEdinis:A tuſſi tuſſedinem noua

Tuſſedo. tor uerborum graphicus Lucius noſter decenter inflexit formauitq;.idem autem ſignificat tuſſedo.

Pertuſſis. quod tuſſis ſiue pertuſſis:namq; a Seneca dicitur pertuſſis continens tuſſis & inueterata q̃ uix unq̃

Hiulcare. eliditur:qua nõ parum multi con

Hiulci uerſus ficiũtur. HIVLci pectora. Haben

Hiulca oratio tes pectora hiulca. hoc eſt paten/ tia diruptaq;:quod ex tuſſis agita tu & pulſu ſolet accidere.uerbum uetus eſt hiulcare quod ſignificat apire ac diſcidere. Catullus eſtus hiulcat agros Diomedes grãma/ ticus hiulcos uerſus dici quoſdã autumat qui exiles ſunt.& quaſi in media parte hiantes & aperti: itidem hiulca oratio dicitur diſſo luto & hians.nec ſatis diligenter coagmentata. COpulæ tritura: Helcii & uinculi attritu. quotidie uiſuntur talia iumẽta. ceruicibus exulcerata & collo detrita ob iu/ gũ uiculũq; tractorium. Martialis eleganter recutita mulꝛæ colla di/ xit:quæ tritura rupta erãt. & exul/ cerata.ſic enĩ inquit:nec ruptæ recutita colla mullæ.copula uinculũ cõlli ſignificatur.ſic & Ouidius

Copula. Copulæ proſoris Tenus. copula detrahit canibus.Plautus pluratiuo numero copulas poſuit pro loris duplicibus ad colligan dũ ac uerberandũ accommodatis ſic enim ait in epidico. Queritant me.In manibus geſtant copu/ las. OSſium tenus:Vſq; ad oſſa.& mõ tenus eſt aduerbium nam ut inquit Seruius ſi eſſet præpoſi/ tio ablatiuo cohereret. Veꝛ ut auctor eſt Priſcianus in.xiiii.tenus τοαχρισ ſignificat:qd ſine dubio aduerbiũ eſt.& hoc quoq; inter prepoſitiones annumerant.quod non ſolũ ablatiuo ſed etiam geni/ tiuo caſui. Virgilius more græco adiũgit.ut in tertio Georgicoꝝ.& crurũ tenus a mento palearia pẽ dent.ſic & Plinius inquit de pictore quodam corpoꝝ tenus curioſus. COſtas caſtigatione.Plautus

Veternus. Lethargus Subetia Veternoſus Macies ſcabiẽ facit coſtæ occalluere plagis. Vngulas porrecti: Habentes ungulas exporrectas extenſaſq; i ueſtigia præ/ grandia.ob circunciſionem mutilatio neq; factam.ex ambagibus piſtinẽnſibus:plus dixit Plautus in aſinaria.ſic ſcribens nempe eos aſinos prædicas uetulos claudos quibus ſubtritæ ad fœmina iam erant ungulæ. COrium exaſperati:Habentem corium ſcabioſum exaſperatũq; ex locutione Apu/ leio uſitatiſſima.ueternum grãmatici apud poetas pigriciã & torporẽ interpretãtur.eſt autẽ propriẽ marcor.& inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas lethargum græci noĩant:recentiores medici ſubetiam appellitant.quamuis ex auicennæ diſtictione non nihil inter ſe differant.quidam hydro/ piſin hoc eſt aquam intercutem ueternum eſſe dixerunt: & Cato ueternoſum hydropicum intelli/ gi uoluit cũ ait:ueternoſus q̃ plurimũ bibit tã plurimũ ſitit:alias ueternoſus dicitur q graui pmitur ſõ/ no. SCAbioſa macie:Exiguitas cibi ut Columella auctor eſt:in.vi.macie macies aũt ſcabiẽ facit.

Trudes FAmiliæ:familiam hic decenter poſuit pro iumentis piſtrinenſibus quæ ſunt i famulatu piſtoris: & familiam quaſi piſtoriã conficiunt. VEteris luci:Quando.ſ.inter homines Lucius noſter agebat hominem. MOErebam:Lugebam. TRVſum:Impulſum impactumq;.trudes dicuntur nautica inſtrumenta quibus nauigiũ inherens ſaxo trudi & retrorſum reuocari poteſt. Et agunt & loquun/ tur:Quis enim coram Aſino cunctaretur libere & agere & loqui:quecumq; animo collibuiſſent: co/ ram homine & dicere & facere erubeſceret.hinc eſt illud apud Senecam Macrobiumq; ſcite ac ſen/ tentialiter celebratum.Sic loquere cum deo tamq̃ homines audiãt.ſic uiue cum hominibus tãquã deus uideat.Ianitores conſcientia noſtra oppoſuit:ſic uiuimus ut cõſpici nolimus &.ob hoc oculos hominum aureſq; uitamus.bona uero conſcientia turbam aduocat.proinde ſapientiſſime dixit Se/ neca.ſi honeſta ſunt quæ facis oẽs ſciãt:ſi turpia quid refert neminẽ ſcire:cũ tu ſcias:o te miſerũ ſi con/ tẽnis hũc teſtem.Idem alibi præcipit cũ Catonibus cũ leliis eſſe uiuendũ.coram enĩ talibus peccare erubeſcimus. DIVInus auctor:Homeꝝ ſignificat. SVMmæ prudentiæ uiꝝ:Poetæ ut teſtis ẽ Stra/ bo in primo geogrophiæ.heroas illos ſingulari præditos ſapientia fuiſſe declarant qui multa pera/ grantes loca longis uagabantur erroribus.In ampliſſima enĩ laude ponũt multoꝝ mortaliũ urbes uidiſſe & mores multiugos agnouiſſe.Nos in libello prouerbioꝝ prodidimus noſſe mores multa/ rum nationum & uarioꝝ populoꝝ ritus:partem eſſe prudentiæ.hinc Homerus ulyſſem prudentiſſi

Loquere cum deo tãq̃ hõ au/ diat

Cũ catõi/ bus uiue

Sapiã eſt cognitio nationũ.

mum ostendere cupiens odysseam sic auspicat: ἀνδρα μοι ἐννέπεμ ουσα πολυτροπον Quod Oratius ita interpretatus est. dic mihi musa uirum captæ post tempora Troiæ qui mores hominum multorum nouit & urbes. OBitu: Aditu & accessu. COgnitu: cognitione. GRAtias memini: Ingratissimus est ut inquit Seneca qui beneficiorum obliuiscitur dicit Apuleius se asino suo plurimum debere & quod debebat meminisse propterea q̃ sub asinino regimine uultu cognouit. quorum cognitu si non prudentior saltem multiscius sit effectus multiscius autem nominatur qui multa scit & multa cognouit. græce dicitur πολυιστωρ quo cognomine multos cognominauit antiquitas: & imprimis appion litteris homo multis præditus polyhistor est appellatus, quasi multiscius. in Apologia Lucius noster Homerum multiscium nominat. Suaue comptam: Suauiter ornatam. nomen pro aduerbio est: potest congruenter legi cõpertam ut codex manu scriptus habet. PIstor ille: Lucianus nullas id genus egressiones interserit: nullas fabellas interponit: quibus Lucius noster oppido q̃ iucunde Asinum suum uenustauit: quibus animi auresq; lectorum mire reficiuntur ut semper recentes erigantur: nec unquam satietate languescant: adeo autem nitidus adeo facetus est in fabellarum narratione ut mythopoios ut fabulator merito dici posse uideatur. SVum fecerat: Iuxta illud nam quod emas possis dicere iure tuum. APPRIME: Valde impense: ad primum dicimus longe primum Liuius odyssea ibi deniq; uir sũmus ad primus. Pronunciant autẽ hæc dictio media acuta: a Virgilio dictum. Flos apprima tenax: ubi apprima ponit pro maxime & apprime nomẽ ꝓ aduerbio. Claudius quadrigarius cũprime dixit ꝓ apprime qd & Gellius annotauit. Pœnas extremas tori: Suppliciũ extremũ coniugalis tori & pœna maxima & uxor mecha ac ꝓstituta: qua in fœlicitate homini marito nil infœlicius: quã pestẽ pestilitatẽq; dii a toro nostro procul eliment, atq; auerruncent. Hercules: Certe iusiurandum asseuerantis est. NEC unum uitium deerat: Nemo quisquam tam efferis est moribus quin faciat aut dicat non nunquam aliquid quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersus uice prouerbii celebratus est: πολλακι και κηπωρος αγηρ μαλα καιριον ειπεν. idest. Sæpe etiam est olitor ualde oportũa locutus: sed. n. q oĩ ĩ re atq; oĩ tpe laude oĩ uacat is illaudatus ẽ. isq; oĩum pessimus deterrimusq; ẽ. talem hanc pistoris uxorem fuisse demonstrat. Cui nullum uitium deerat. nulla res laudabilis aderat. q̃ ex oĩbus flagitiis cõpacta erat & conglutinata. VT in quandã latrinã: Sicut in latrinã confluũt sordes omnes & feculentiæ. Ita in aĩum mulieris nequissimæ cõfluxerant oĩa flagitia: quæ in sexum muliebrem cadunt: q̃ plurima menti fœmineæ natura dedit. In secunda parte tauri quicũq; habuerint horoscopum baiulabunt stercora latrinasq; purgabunt. Sceua sæua: a generalitate transit ad specialitatem. nam postq̃ dixit oĩa flagitia fœminæ supesse nunc specialiter pcensens duo cumprimis crimina criminosissima enotat in fœmina uidelicet quod sinisteritate & quod seuitia esset prædita uocabula sunt pronunciatu nihil differentia. cum significatu & scriptura longe dissideant. nam sceua per se significat sinistram hoc est ominosam & sinisteritatis plenam. uis scire quid sit sinisteritas dispice quid sit dexteritas. nam sicut dexteritas in homine laudabilis est. Ita e contrario sinisteritas reprensibilis. Liuius tanta inquit inerat comitas Scipioni atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas. ut hostem facunde alloquendo sibi conciliaret. & hoc cum laude dictum. contra cum uitio scribit Plinius in epistolis plerique dum uerentur. ne gratiæ potentium impartiri uideantur sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur: sceuam ασκεα idest sinistra nominari tradunt. hinc mutius sceuola cognomen traxit: quoniam exusta dextra deinceps sinistra usus est: & ensem sibi a Rege porsena redditum leua manu recepit. & hoc est quod intelligi uoluit Liuius sic scribens. Mutio postea sceuolæ Aclade dextre manus cognomentum inditum. Ridiculi sunt illi qui sceuolam quasi sceuientem in uolam dictum esse autumant. Sceuam antiqui dixerunt. qui sinistra esset agiliore q̃ dextra: quales multi quotidie conspicicuntur. quo insignificatu accipitur apud Vlpianum sic scribentem. ad edilitium edictũ. Sciẽdũ ẽ sceuã nõ eẽ morbosũ uel uitiosũ ꝑter q̃ si ĩbecilitate dextræ ualidius sinistra utat: sed hũc nõ sceuã sed mãcũ eẽ. Sceua ergo fœmĩa sinistra omĩosa. & sinisteritatis uitio ĩfecta significat: sæua uero crudelis & sæuitia gestiẽs. alias sæuus ꝓ magno põit. Idq; cũ laude. ut seuus ubi eacidæ telo iacet hector

obitu: & uariorum populorũ cognitu; summas adeptum uirtutes cecinit. Nam & ipse gratas gratias asino meo memini: quod me suo celatum tegmine: uariisq; fortunis exercitatũ. & si minus prudentem: multisciũ certe redidit. Fabulã deniq; bonã ꝑ cæteris suaue comptam ad aures uestras afferre decreui. & en occipio.

Pistor ille qui me precio suum feceras: bonus & alioqn uir & apprime modestus. pessimã: & ante cunctas mulieres lõge deterrimam sortitus coniugem: pœnas extremas tori larisque sustinebat. ut hercules eius uicem: ego quoque tacitus frequenter ingemiscerem nec enim uel unum uitium nequissimæ illi fœminæ deerat. Sed omnia prorsus ut in quandam cenosam latrinam; in eius animum cõfluxerãt flagitia: sceua sæua

Multisci⁹ Polystihor

Apprime adprim⁹. Cũprime

Sceua Dexeritas. Sinisteritas.

Sceuola sinistra dictus.

Sceua apud iurisconsultos.

Maucus. Sæuus.

Ebriosus Ebrius Peruicacia. Pertinacia. Pertinax

VIRIOsa:Appetens uiri/& per hoc libidinosa. EBRIOsa:Differt ebrius ab ebrioso. Ebriosus enim dicitur qui ebrietati obnoxius est & deditus:ebrius uero qui interdum temulentus est.potest eni ebrius esse non ebriosus.& qui ebriosus est.sæpe extra ebrietatem esse. PERuicax: Attende peruicacem & pertinacem dici in uituperatione simulq; reprendi. cum tamen grammatici scribant peruicatiam esse interdum bonarum rerum perseuerantiam,pertinaciam semper malarum:Quod actius poeta in myrmidonibus obseruat his uerbis.Tu pertinaciam hanc esse prædicas.ego peruicaciam dici uolo. nam peruicacem dici me eē facile patior pertinacē nihil moror:hoc fortes sequitur illam indocti possi dent.M.Tullius ait pertinaciam in ter uitia reputari esseq; perseueran tiæ finitimam.Contra apud Liuiū Senecam.Curtium.Oratium.Cæ teroſq; classicos scriptores interdū ptinax dicit cū laude & ptinax uir tus ptinax bōitas.M. Varro ptina ciam a pertendendo dictam esse re fert:nā in quo nō debet ptendi & ptendit eam ptiaciam eē. IN sum ptibus fœdis:Quis nescit fœmias in turpibus desideriis esse sumptu osas:in cultu corporis esse profusis simas:dum pigmenta coemūt: dū nulli rei parcunt ut Matrona adul tero placeat.Immo interdum pru ritu libidinis exstimulatæ tota pa trimonia congerunt in subactorē Tunc prodiga non sentit pereun tem fœmina censum:Tunc ut in quit Satyricus grauis est ratiōibus HOstis pudiciciæ: Cor. Tacitus de popea scribens sic refert famæ nunquā pepcit maritos & adulte ros nō distinguens: cui mulieri cū cta alia fuere pter honestum aium celebratus est uersus ille in uxorē macrini imperatoris centum nam mechos passa est.centumq; rogauit:Iulius Firmicus mltas memo rat genituras quæ fœminas prostitutissimas nundinato pudore perficiunt. IN uicem certe religiōis Sensus est.uice religionis sinceræ & ueræ nouum deum se se colere simulabat.quem illa unicum & præ cunctis uenerandum esse asseuerabat sub quo sanctitudinis nomine libidinabatur adulteris mā cipata. CONiunctis:Legendum est confictis hoc simulatis ementitisq;. VAcuis:Inanibus & futili bus. MAtutino mero:Plinius scribit in.xiiii.principatu Tiberii Claudii institutum esse ut ieiuni bi berent.potusq; uini antecederent cibos.idem in.xxiii.ait uinum ieiunos bibere nouitio inuento in utilissimum est.Martialis quoq; taxans hominem matutino mero mancipatum festiuiter inquit he sterno fetere mero:qui credit acerram fallitur in lucem semper acerra bibit. ANte lucio:Hora matuti na.& antelucana.in primo uolumine inquit antelucio uolo ire: ubi plura super hoc annotauimus. REcubans:Quid est recubans ad hnc?An in cubiculo iacens & lecto?An potius in mensa discūbens & uino indulgens usq; in horam matutinam.Oratius uigiles lucernas perfer in lucem. SVBiungi: Subligari. Machinæ:Pistrinensis & mole iumentariæ.Metam iurisconsulti titulo de fundo instructo uocant partem mole molendinariæ inferiorem.Catillum uero superiorem. IN coram sui:Coram se ipsam.uetus figura sic ad instar dixere.quod nunc instar dicitur. LAxarentur:Resoluentur a machi na subiugali. GEnuinam:Ingenitam insitamq; a natura.sic supra ingenita mihi curiositate recrea bar. IN suos mores:Ad obseruandos.scilicet illius mores.& flagicia curiosius contemplanda: mores τῶν κρειττόνων esse.& tam malos quam bonos dici quem fallit:Plautus in trinummo hic nimium mor bus mores inuasit bonos mores mali quasi herba irrigua succreuerunt uberrime mores moros ab eo dem dici uidemus per annominationem quasi stultos & fatuos. COMMEANtem:Irantem. VE lamentum capitis:Hoc eodem uolumine dixit uelata facie propellor ad incurua spacia flexuosi cana lis. STVPRi sequestra:Conciliatrix stuprorum.& ut uulgo dicitur mediatrix: Cuius fidem amato res in lenocinio sequerentur.nam notum est sequestrem uulgo appellari eum cuius electi fidē utraq; pars sequat.uñ & uocabulū a sequēdo factū est.antiqui sculnā.quasi seculnā seqstrem dixerunt. Quod

uiriosa:ebriosa:puicax:pertinax:in rapinis turpibus auara.īsumptibus fœdis profusa.inimica fidei:hostis pudiciciæ. tūc spretis atq; calcatis diuinis numinibus. in uicem certe religiōis mētita sacrilega presumptione dei: quem prædicaret unicum:cōuictis obseruationibus uacuis:fallens omnes homines: & miserum mari tū decipiens:matutino mero:& continuo strupro corpus manci parat.talis illa mulier:miro me perlequeba tur odio:nā & ante lucio recubans aduc: subiungi machinæ nouiciū clamabat asinum:& statim: ut cubicu lo primum processerat insistens iubebat. In coram sui plagas mihi q̄plurimas irrogari:& cū tempestiuo prā dio laxarētur iumenta cætera: longe tardius applicari p̄sepio iubebat: quæ seuitia multo mihi magis genuinā curiositatem: in suos mores ampliauerat. Nam & assiduo plane commeantē in eius cubiculum quendā sentiebā iuuenem. cuius & faciē uidere cupiebam: ex summo studio si tñ uelamētū capitis: libertatē tribuisset meis aliq̄n luminibus:nec.n.mihi solertia defuisset ad detegenda quoquo mō pessimæ fœmiæ flagitia.sed anus quædem stupri sequestra:& adulterorum internūtia.de die cotidie inseparabilis aderat: cū q̄ protinq

Ieiunos bibere in utilissimum. Antelucio. Meta Catillus. Genuinꝰ Mores bōi mali. Mores mori. Sculna.

apud sequestrē depositū erat: sequestro positū p aduerbiū dicebatur. Cato cōtra thermū p deū īmortalē nolite uos sequestro ponere: poeta in .xi. æneidos pacē sequestrā posuit, p induciis. hoc est, p pace tēporali & media. inter bellū ptēritū & futurū. Statius cū Apuleio cōgruēs sic scribit in .vii. thebaidos ubi tūc fidei pacisq; sequestra mater eras? Inde seqstraria apud iurisconsultos elegāter actio dicit, de eo qđ seqstro deponit. IENTAculū: Sensus est. Vetula & pistoris uxor ientaculis matutinis atq; cōpotationibus p uices mutuas iter se cōtēdebāt, puocabātq; se uicissim ad pocula haurienda: ientaculū gustulū ē matutinū. & cibus primus. Ientare ē ientaculū cape de quo supra & apnd Suetoniū ī uitellio copiosissime. græci ἀκράτισμα dicūt iētaculū. VELITAtas cœnas: Legēdū uidet uelitata scenas. ut distinctiōe dictionū facta sensus eluceścat. ut uelitata .s. uetula significet: q scenas fraudulētas hoc ē apparatus dolosos & decipula fraudulenta cōstruebat in exitiū miseri pistoris: nā scena in hoc significatu dictio est Apuleio nostro peculiaris. SVccēsens: Indignās: irascēs succēsere. n. ut īqt Donatus ē irasci iusta de cā. Sentētia est illa catholica apud filiū celebrata: succēsere nefas patriæ. ERROri photidis: Photis milonis ancilla errore decepta. ut ante dictū ē: Apuleiū trāsfigurauit ī asinū: dū ī bubonē auē trāsmutari gestiret. Quod auribus grādissimis: Notū est asinos auribus pgrādibus atq; mobilibus mōstrabiles eē. uñ & auriti bono epitheto appellant. iuenio apud auctores eē quosdā populos: quoꝝ corpora pgrādes aures tota integāt. LONgule dissita: Procul distātia longeq; semota. stē ī floridis: hoies. n. neq; lōgule dissita. neq; pxime adsita possumus cernere. AVIcule: Vnius litteræ lubrico lapsu corruptū uerbū. legēdū. n. ē aniculæ: nā signat anū illā stupri seqstrā & adulteroꝝ iternūciā. MIherilis: Sermocinatio ē lenæ ptētatis aium puellæ oībus lenocinātibus blāditiis: adhibētisq; cūcta lenarū lenonūq; exorabula. nāq; lenones & lenæ a leniēdo hoc ē alliciēdo appellant. mi herilis blādimēti uocabulo accipit, p hera. nā herilis dicit filius & filia heri. ab ætate ergo filiā: a dignitate dominā appellat. VIDEris: Pronūciādū est prīa acuta media correpta. a uidero uideris. Quod male litterati sacerdotes pperā, pnūciant media. s., producta: sensu friuolo & inepto., pinde ac p īdicatiuo. & hæc: ut īquit Donatus honesta locutio ē. Tale ē illud ī euāgelio. Quid ad nos ipse

Formidolosus Capatus. Caperare

FORMIdolosum: Timidũ & meticulosũ. alias formidolosus dicitur. nõ qui formidat. sed qui formidatur. Salustius ī Catilina. nõ armatus hostis formidolosus. CAPEratũ supciliũ: Rugosũ horridũ supbiã seueritudinẽ q; p̃ferẽs: caperatũ ait festus rugosũ dici a cornuũ caprinor̃ similitudine: capare ẽ ī rugas cõtrahere. Plautus. Quid huic hõini frõs capat seueritudine. VOlentis: tui cupiẽtis geniuus casus ẽ. quẽ antiqui patriũ dicũt. quẽ nigidius casũ iterrogãdi appellat. PHILEsiterus: Nom̃ amatori cõgr̃ẽs quo significat amabilis: iter appollinis cognomenta ẽ φιλησιοσ philesius: q; lumẽ eius

Casus patrius. Philesius sol.

exoriẽ amabile amicissima uenerationẽ oculor̃ cõsalutãus ADOlescẽs & formosus: Singula hæc amatorẽ faciũt amabilẽ: adolescẽtia. n. & forma: liberalitas & strenuitas potẽtissima sunt ad amorẽ cõciliãdũ icẽtiua & suõsãbula: Charior ẽ auro iuuẽis: cui leuia fulgẽt ora nec amplex⁹ aspa barba terit. ut iquit Tibullus. forma bonũ expetibile ẽ atq; amabile & ut ait Hõerus θεων εριηκυλεα δωρα dona sunt deor̃ glorioſa nequaq̃ aspnãda. In carmie cõuiuali optat ut docet Plato primo bñ ualere. scdo formosũ eẽ. liberalitas uero & mũificẽtia cõprimis amatorẽ amicæ cõmẽdat: nullũ philtrũ. nullũ amatoriũ efficacius liberalitate: Munera crede mihi placãt hoiesq; deosq;: nihil ẽ tã iuictũ nihil tã sãctũ tã pudicũ qd pecũia & dõis expugnari nõ possit. INEfficaces diligẽtias: Attẽde bono epitheto iefficaces dici diligẽtias maritor̃: qui cũ diligẽtissimi uigilãtissimi curiosissimi fuerit ī custodiẽda cõiugũ castitate: tñ illudũt & stro phis muliebribus mire fallũt: Nãq; ipudica seruari nõ põt. & ut iquit Oui. nõ caret effectu qd uoluere duo. uñ fit ut diligentiæ oẽs maritales sint inefficaces. Custodiæ irritæ: curiositas cassa. Maritus zelotypus. q cauet ne decipiat ab uxore ẽt cũ cauet etiã cũ cauisse ratus ẽ: Sæpe is cautor captus est. optãdũ ẽ. ut uxores nostræ suapte natura pudicæ esse uelit. ut maritos diligãt. qd magnũ est castitatis indiciũ. Alioqui nulla satis efficax. nulla satis diligẽs custodia. Infida. n. custos ẽ castitatis necessitas: & illa uere pudica dicẽda ẽ: ut iqt sapiẽtissime Hierõymus cui licuit peccare si uoluit: & miore miseria deformis habet q̃ formosa seruat: Nihil tutũ ẽ ī quo totius populi uota suspirãt alius forma alius ingenio alius liberalitate sollicitat: aliquo mõ aliq̃n expugnat: qd undiq; icessit. Vxor cõtẽta est q̃ bõa est uno uiro ut inqt Plautus ī mercatore. Talẽ meã eẽ & opto & credo. COronã aureã: Tãq; inter cæteros amatores dignus triũpho. & corõa: Quod iligne uictoriæ est: de multifariis corõis militarib⁹: quar̃ aliæ erãt ex auro aliæ ex frõde scribũt Plinius Gellius Plutarchus cæteri & nos apud Suetoniũ annotauimus. Aur̃ coronariũ dicit corõa triũphalis q̃ iperatori ob honorẽ triũphi mitti solebat. Quæ antiqtus erat ex lauro postea ex aurofieri cœpta. hoc ideo breuiter annotaui. ut itelligeres qd sit apd scriptores aur̃ coronariũ: Cuius idẽtidẽ meminerũt Soliti erãt ī Italia populi & ꝓuiciales ꝓ auro corõario quasi tributi uice pecũiæ sũmã iperatoribus psoluere. hic laudat Adrianus q; aur̃ coronariũ Italiæ remiserit ꝓuiciis minuerit. M. Tullius cõtra Rullum q̃tũ habeat predæ Manubiar̃ auri coronarii profiteatur. auctor est Plinius coronas ex auro solis ciuibus datas: cũ externos torquibus aureis donarent. ZELOtypũ. M. Tullius in quarta tusculana Zelotypiã ait esse egritudinẽ ex eo q; alter potiatur eo quod ille cõcupiuerit: hinc maritus zelotypus dictus qui anxius sollicitusque est ac timẽs. ne alter quoque potiatur uxore. quã ipse cõcupiscat: zelotypa mecchа dicit a satyrico perq̃ scite uxor q̃ cũ adultera foret. tamẽ se zelotypã mariti simulabat. COMmẽtus est: Excogitauit inuenit. AMAtor̃: Illius uidelicet formidosi. & istius strenuissimi. DECVrione. In municipiis & coloniis decuriones dicunt qui Romæ senatores. Decurionatus dignitas senatoria. & in hoc significatu decuriones apud. M. Tullũ Pliniũ. Liuium cæteros Identidẽ accipiuntur. Decreta decurionũ hoc est senator̃ sæpe citari leges a scriptoribus. Decurionũ honoribus ut refert Paulus iurisconsultus plebei fungi prohibẽtur: & ut auctor est Calistratus minores. xxv. annis Decuriones eligi nisi ex causa nõ possunt. decuriones in albo. ut docet Vlpianus eo ordine scribi oportet: quo quisq; eor̃ maximo honore in municipio functus est. Decurionibus facultatibus lapsis aliẽta publice decernuntur: maxime si ob munificentiam in patriã patrimonium exhauserint: In re militari decuriones appellant qui turmæ equestri p̃sunt. Turma aut equites habet. xxxii. auctore Vegetio. Alii uero iter quos est. M. Varro tradunt in singulis turmis equitũ decuriones eẽ ternos. Itaq; cũ turma ī tres decurias diuidatur singular̃ decuriarum p̃fecti decuriones: dicti. Ex eo qd denis eqtibus p̃sint. Quod sentit & Nonius scribẽs decuriones & cẽturiones a numero dici. cui ī militia p̃erant. Apud Suetoniũ decurio cubicularior̃ dictus ꝓ eo qui p̃est cubiculariis. cõsimiliter ab Amiano marcellino palatii decurio noiatus pro p̃positus p̃fectusq; palatii.

Formidolosus Capatus. Caperare

Casus patrius. Philesius sol.

Forma donum deorum

Amatorium potẽtissimũ largitio

uxor bõa contenta uno uiro

Aurum coronarium

Zelotypia.

Decuriones.

Decurionatus

In albo decuriones

Turma

palatii decurio

Barbarꝰ:nomen hic propriũ é.alias barbari dicebãtur antiquitus oẽs gentes exceptis græcis:nec latini ab hoc nomie ꝓbroſo excipiebãt.imo ut iquit Cato.& repetit Plinius græci nos quoq; dictitãt barbaros:& ſpurca fedãt appellatione:hic Plautus i captiuis.Italicas urbes uocat barbaricas. Homerus in ſecũdo illiados μαστηϲαυκαρωρηγηϲατο βαρβαροφωνωϲ.i.barbarici caras naſtes ſermõis agebat querunt eruditi.quare ſolos cares. βαρβαροφῶρουϲ.i.barbarici ſermonis appellet:barbaros uero nũq̃.opinat ſtrabo ab initio eos barbaros appellatos.qui difficulter aſpere duriter loquerẽt:ſicuti nos balbos dicimus:Itaq; omnes qui aſpere locũtur nec linguam græcam perfecte pronunciant barbari dicũtur. Quales inquit ſunt nationes omnes preter græcos.Quo circa Homerus cares βαρβαροφωρουϲ dixit quaſi duri loquos & craſſilingues qui græcas dictiones.plane expedire noñ poterãt. Ex eadem cã barbariſmus dictus eſt uitium.ſ.eoꝝ qui male græciſſãt.& græca barbare ꝓferãq; pronunciãt.Barbaricum abſolute appellatur clamor exercitus uidelicet cꝫ eo genere barbari utantur. Illud adde quod ſcitu dignum é barbari carios dici Textores artificeſq; linteæ ueſtis:qua ex auro & coloratis filis effigies hominũ & animalium exprimuntur.

Barbari

Barbari latini dicti

Cares

Barbaro phones

Barbari q

Barbari cum Barbaricariis.

barbarũ noſtræ ciuitatis decurionẽ:quẽ Scorpionem præmoꝝ acritudine uulgus appellaꝝ:hic uxorẽ generoſam.& eximia famoſitate ꝓditã:mira cuſtodela mũitã:domi ſuæ q̃ cautiſſime cohibebat.Ad hæc ultima:piſtoris illa uxor ſubiiciens:qdni inqt:noui diligenter artẽ meã cõdiſcipulã memoras. Ergo inquit an?:noſti totã phileſiteri ẽt ipſius fabulã:minime gentiũ iqt. ſed noſce ualde cupido.& oro mater ordine mihi ſingula retexe.nec cõmorata illa ſermocinatrix ĩmodica ſic an? incipit. Barbarus iſte cũ neceſſariã profectionẽ paret:pudicicią caræ cõiugis cõſeruaꝝ ſũma diligẽtia cupet ſeruulũ ſuũ myrmecẽ fidelitate ꝓcipua cognitũ:ſecretum cõmonet:ſuæq; dñæ cuſtodelam omnẽ permittit carcerem & ꝑpetua uincula:mortẽ deniq; uiolentam:

SCORpionem:nomĩe hoc homines uenenati & moribus truculentis ꝓditi merito nominari poſſunt:eſt.n.ſcorpionum peſtis ueneni importuna lenta morte conficiens:quoꝝ ictus fœminis in totum letalis eſt:ſemper ut inquit Plinius cauda ſcorpionis in ictu eſt.nulloq; momento meditari ceſſat:ferit obliquo ictu.& inflexu.uenenum ab his Candidum fundi auctor eſt Apollodorus:hinc ait Hieronymus:ceſſet contra nos inſurgere arcuato uulnere ſcorpius:pſylli qui reliquaꝝ uenena terratum inuehentes queſtus ſui cauſa peregrinis malis impleuere Italiam ſcorpiones quoq; importare conati ſunt.homini icto putatur eſſe remedio ipſorum cinis potus in uino aut oleo merſus:in cælo ſcorpius domicilium eſt martis fœmininum.Ideoq; in eo mars ſeeuit impotenter:hinc Lucãus: Tu qui flagrante minacem ſcorpion incendis cauda chelaſq; peruris. Quid tantũ gradiue paraſ?In apologia conſimiliter tradit Emilianum quempiam cognominatum eſſe charontem.& mezentium obortis & animi diritatem ob deorumq; contemptum. FAMOſitate:Purior lectio eſt formoſitate.

Scorpiones.

Scorpius domicilĩ martis

CVſtodela:Cuſtodia.Dictio Lucio noſo familiariſſima. COHIbebat:Cõtinebat:cohercebat cõprimebat:Iuuenalis pone ſeram cohibe:ſed quis cuſtodiet ipſos cuſtodes. AREtem meã,nomen a uirture inditum.quæ græce ἀρέτη nominatur ut κατὰ ἀρτιφρασιν.i.per contrariam dictionem uitioſæ fœminæ nomen Ateres impoſitum eſſe uideatur.apud Homerꝝ aretæ nomen eſt uxoris alcinoi matris naſicæ. CONDIſcipulam:Tã in malis artibus q̃ in bonis apud priſcos puellæ quoq; itabant in ludum litterarium quod & Liuius docet apertiſſime ſcribens uirginæ eunti in ludum litteratium.iniectam eſſe manum a miniſtro libidinis. Ap.Claudii decemuiri. MINIme gentium:nequam minime cognoui adnotanda eloquutionis figura minime gentium pro eo quod eſt nuſquã nullibi nequaquam. MAter. Vocatiuus eſt caſus matris autem appellatione in fœmini reuerentia ætas.affectus exprimitur. SINgula retexe:Repete renarra:tranſlatum uerbum a tela q̃ textrino fœpe retexitur.nam proprie retexere.quod erat detextũ:hinc penelopes tela retexta nocturno dolo dicitur a poetis.& Lucius noſter in apologia oẽm calũniæ textũ retexo pro eo qd é reſoluo:diluo:refuto.

Puellæ ĩ ludo litterario

Retexere

Textũ retexo

SERmocinatrix ĩmodica:Plautia lena iciſtellaria largiloquæ iquit extẽplo ſumus plus loquimur q̃ fas eſt. Plato ſpeciem unam dicendi uocat. ἀποστολικὴν quam noſtri & maxime Quintilianus ſermocinatricem interpretantur:quæ accommodata é priuatis diſputationibus Claudius quadrigarius dicere maluit conſermonabatur:q̃ ſermocinabatur.& ſi. Au.Gellio credimus.ſermonari ruſticius uideꝝ ſed rectius.ſermocinari crebrius eſt ſed corruptius. MYRmecẽ.Latine dici poſſet formicinus:eſt enim.μυρμηξ græce formica:nomen plane conueniens laborioſo & fideli ſeruo. cum formicæ ſedulitas concurſatio ſtrenuitas ſit uulgo nota & incuſtodiendo diligentia.Plinius noſter.iam in opere inquit qui labor:quæ ſedulitas:ſilices itinere eaꝝ attritos uidemus:& in opere ſemitam factam:ne quis dubitet qualiber in re quid poſſit quantul acũq; ſedulitas.Myrmecia uocantur a medicis ulcera duriuſcula:quæ radices altius exigunt:magnitudine uix unq̃ lupini modum excedentia:naſcuntur:ut auctor eſt Cor. Celſus in.y.aut in palmis aut in inferioribus partibus pedum.

Sermonari

Myrmecia.

ET famē cōminatus: Dirus cruciatus est fames: quā Columella terrimā mortis comitē esse dicit. & ut canunt græce camenæ οικτιστον λιμω θανειν miserrimū est fame mori: plures uidebis quos fames magis q̄ fama cōmoueat: cū dominus debeat seruo cibariū & uestiariū. ut inquit Seneca: minatur dominus seruo si fuerit custos indiligens cibū se subducturū. ut fame cōfectus. & esuritione tabescens dirā morte oppetat. DIGITO tenus: Mira mariti zelotypia qui nec quidē digito a p̄tereūtibus uxorē cōtingi uelit. DEIErans: Valde iurans. & deiurio obtestās. ERGO igitur: ex more priscorū idētidē loquitur: qui hasce particulas multiplicabāt. VXOri sequutorē. Qui uxorem sequatur quocūq; iuerit: sicut umbra se quit corpus: ut neq; loqui neq; cogitare: neq; facere quippiā possit sine arbitro Myrmece. Tale ē illud Plautinū: ex cassina. Decretū est mihi quasi umbra quoquo ibis tute p̄sequi. quin edepol etiā si in crucē uis pgere. sequi Decretum ē: Inter gladiatores erāt quidam peculiari noīe dicti sequutores. ut existimamus a sequēdo hi enī gladiatoria pugna sequebantur retiarios: & nacti opportunitatē, p̄sternebant. De his apud Suetoniū. in Claudio: meminit & Iuuenalis illo uersu: cum Gracho iussus pugnare sequutor.

Miserrimum fame mori

Sequutor gladiator.

VEspertini lauachri. In balneis erāt lauacra. quibus uiri erant, & quibus mulieres separatim lauabantur. Victruuius p̄cipit uti caldaria muliebria uiriliaq; cōiūcta & in eiusdē regionibus sint collocata: tēpus aūt lauādi a meridie ad uesperū est cōstitutū. & inde uespertinū lauacrū bono epitheto dixit. cū hora uespertina maximeq; mulieres peterēt balneas. Iuuenalis balnea nocte subit. Popea Neronis cōiunx soliū balnearū ita tēperabat. ut lacte asinino corpus totū maceraret. ita credēs extēdi cutē. & corpus erugari. Igitur seruus dominæ cōtinēter inherēs ex domini nico p̄cepto. cū illa peteret uespertinū lauacrū prehensa manu uestis herilis lacinia nusq̄ diuellebat custodiaq; exerta. dominā obseruās iniunctū a domino munus fideliter exequebatur. LATEre nō potuit. Terētius unū est. una hæc spes ē ubi ē diu celari nō pōt. o faciem pulchrā. Plautinū ē ex penulo. pba merx facile emptorē repperit tā & si i abstruso sita ē.

Tempus lauandi post meridinum

Lacte asinino cutis erugatur.

FAMOsa castitate. famigerata celebrataq;. των μεσων. est: nā & cū laude: & cū uitio dicit famosus: i malā ptē frequētius i bonā rarius. INSTINctus. Iuxta catholicā illā uulgatissimāq; sententiā: Nitimur inuetitū semp cupimusq; negata. Oratianū quoq; illud huic loco mire cōgruit: si interdicta petes uallo circūdata: nā te hoc facit ipsanū.

famosus

QVID uis facere: Omnia etiā durissima & pati & facere paratus ut uoti compos existeret: Oratius Magnū pauperies opprobriū iubet qd uis. & facere & pati. DISCIplinā: eā intelligit disciplinā: qua seruus dominā renaciter obseruāterq; custodiebat: qua domus matronæ sepiebatur. Disciplinosum dicūt ueteres pessima arte p̄ditū sicut a Catone dictus gladiator disciplinosus. PECVniæ difficultates paruiæ: utinā hoc falsum eēt nec a uate dictū: q̄to innocētius uiueret: nisi tabes pecuniæ cūcta corrūperet: nihil sane potētius ē auro ad cūcta edomāda. hoc uehemētius q̄ torméta bellica pfringit arces munitissimas: expugnat urbes inexpugnabiles. & adamātina claustra prūpit. nihil ē tā inuiū qd nō puiū fieri. nihil tā occlusū qd nō excludi auro possit. Dictitat solebat. C. uerres nihil ea tā sāctū qd nō uiolari nihil tā munitū. qd nō expugnari pecūia possit. Philippus rex oia castella expugnari posse dicebat in q̄ modo asellus onustus auro posset scendere: & sicut dicebat. ita faciebat. nā pecunia cūctos mortales corrūpens: & proditores auro cōcilians urbes plurimas occupauitq; totāq; græciā turbauit: ut docet Demosthenes in oratione pro Ctesiphōte: hinc illud oratianū. diffidit urbium portas uir macedo. & subruit emulos reges mūeribus. idē i hāc sentētiā dixit elegātissime auc p medios ire satelites. & perūpere amat saxa: potentius ictu fulmineo ab eodē illud uerissime prolatū. Abstinens ducentis ad se cuncta pecuniæ Aristophanes in pluto. πραγματα παρταπραττε ταιδιαπλουτον omnia inquit fiunt propter pecuniam. μοιρωτατος παντων αιτιος και των κακων και των αγαθων. i. sola pecunia olum & malorē & bonorē cā est: nihil igitur mirū si amator habebat p̄ suasissimū fidē serui: & castitatē fœminæ expugnati auro posse. quo cūctæ difficultates expugnātur.

Disciplinosus

Dictum uerris.

Scitum philippi de asello auro onusto.

Aristophanis sentētia.

ADAmãtinæ fores.adamãti ĩter gẽmas p̃cioſiſſimo ĩnenarrabilis'ẽ eduricia ſimulq; uis duarũ uio lẽtiſſimæ naturæ rerũ ferri igniſq; cõtẽptrix.ita reſpuit ĩ icudib⁹ ictũ malleoꝝ:ut ferrũ utriq; diſſultet:ĩ cudeſq; etiã ipſæ diſſiliant:unde & nomẽ indomita uis græca appellatione accepit: adamas enĩ græce dicit indomitus ſiue indomabilis:& inde adamantinæ fores pro ſolidiſſimis atq; inexpugnabilibus dictæ:& q̃ nulla ui p̃fringi poſſint:adamas diſſider cũ magnetæ: in tãtũ ut iuxta poſitus ferrum nõ patiatur abſtrahi.Dionyſius ſyracuſanus dicere ſolebat: Adamãtina uincula eẽ metũ:uiolẽtiam. Vis adamantis.

adamãtinæ etiam perfringi fores opportune nactus Myrmecis ſolitatem ei amorem ſuũ aperit. & ſupplex eum medelam cruciatui deprecatur.nã ſibi ſtatutã decretãq; mortem proximare:ni maturius cupito potiatur:neceum tamẽ quicq̃ in re facili formidare debere: quippe cum ueſpera ſolus fide tenebraꝝ cõtectus: atq; abſconditus:intro repere: & intra momẽtũ temporis remeare poſſet.His & huiuſcemodi ſuadelis:ualidum addẽs aculeũ: qui regẽtẽ prorſus ſerui tenacitatẽ uiolenter diffunderet: porrecta enĩ manu ſua demonſtrat ei nouitate nimia cãdẽtes ſolidos aureos.quoꝝ.xx.q̃dẽ puellæ deſtinaſſet:ipſi uero decẽ libẽter offerret.Ex horruit Myrmex inauditũ facinus. & occluſis auribꝰ effugit protinus:nec auri tamen ſplẽdor flãmeus oculos ipſius exire potuit:ſed q̃q̃ procul ſemotꝰ:& domũ celeri gradu prouectus: uidebat tñ decora illa mõetæ lumĩa & opulẽtã p̃dã iã tenebat aĩo.miroq; mẽtis ſalo Adamãtina uincula. Dictum dionyſii. Solitas.

PROminabat:agebat:ducebat:& ut ante dictū est:minabat uerbū priscis usitatū. PROminebāt. eminebāt extabant:apparebāt:extra caueā: cuius angustiis totus adulter cōtractus occultari nequibat. ALVEO. Viminea cauea:sub qua celabatur. COEnā:lego scenā hoc est apparatū tegumētū. Trāslatio a scœna histrionica q̄ subductis alueis cuncta demonstrat in hac locutione frequēs est Lucius noster. EXANgui pallore:Bono epitheto pallorē dixit exanguē:tāq̄ sine sanguine sint: qui ex metu pallent:quoniā ut inquit Aristoteles in problematis. φοβουμενοι ωχριωσιν: timentes pallescunt. ex eo q̄ calor i metu per fugit in ima:& sanguis συρτρε χει εις την καρδιαν. i. cōtrahitur ad Cor. ita ut cæteris partib⁹ dfiat. ex hoc metu plerisq̄ aluus soluitur calore uidelicet ex summis ad intima penetrante calor enī & calorifica accōmodata sūt aluo urinæq̄ mouendæ:hinc illud scite dictum a satyrographo. soluūt tibi cornua uentrē. Alexāder aphrodisæus elegāter docet timentes ideo palescere. quia inquit sicut nos in domū profugimus ut tuti simus. ita ipsa quoq̄ natura refugit intra corporis penetralia tuendi sui causa: fugiēs aūt contrahit secū sanguinē: quo uritur tanq̄ uehiculo. PRAEditus. hic in malam partē. ut apud. M.T. in oratione pro. p. sylla me singulari īmanitate & crudelitate prædītū. SVLphuris fumo. nō imitabor inquit fullonis feritatē qui fumo sulphuris & uiolētia uix semiuinū reliquit adulterū deprensum. LEGE de adulteris. Lex iulia de adulteriis ab augusto Cæsare lata est: cuius plutarchus Suetonius Oratius meminerūt. titulus est apud iurisconsultos ad legē Iuliam de adulteris: quo scribit Vlpianus si simul ad accusationem ueniant maritus & pater mulieris: maritū p̄ferri oportere. & propensiore iure & maiore dolore executurū eū accusationē credendū est. lex iulia minorē annis. xxv. prohibet accusare adulterii: quia nōdū robustæ ætatis sit. excipitur maritus: qui quacūq̄ ætate uxorē pōt accusare & injuriā sui matrimonii uindicare: patri p̄missum est ius occidendi filiā cū adultero: marito uxorē occidere nō licet. nā ut inquit papinianus pleriq̄ pietas paterni nois cōsiliū pro liberis capit. cæterū mariti calor & ipetus. facile seuientis fuit refrenandus: Marito quoq̄ adulterū uxoris suæ occidere permittitur. sed nō quēlibet ut patri. iperatores marcus & Antoninus rescripsetūt si maritus uxorē i adulterio deprensam īpetu tactus doloris inrefecerit nō utiq̄ legis corneliæ de siccariis pœnā excipiet. Difficillimū est. n. ut diuus pius rescripsit apollonio iustū dolorē tēperare. Quod aūt ait Lucius noster ad discrimen capitis uocabo. lex Iulia nō tam pœna capitali uidetur adulteras dānatas mulctare q̄ repudio: q̄ ait adulterii dānatā: si qs duxerit uxorē lege eadē tenetur: scribit etiā Caius. si ea lege repudiū mistū nō sit & iccirco mulier adhuc nupta eē uideatur: tamen si quis eam in uxorem duxerit adulter non erit. Apud ægyptios pœna in adulteros sancita est hæc. adulter uirgis cedebatur. adultera naso mutilabatur. ut ea maxime dehonestaret pars te facies: qua maxime honestari solet. PARtiario tractabo: ut. s. dimidius sit uxoris ex mēbris anterioribus: dimidius sit ipsius ex membris posterioribus. & ita medius inter uirum uxoremq̄ discurrens hinc stupratus erit inde stuprator. hinc paticus concubinus. indemasculus subactor. NEC hercisci undæ familiæ. Tituli sunt apud iurisconsultos Familiæ herciscundæ: & communi diuidundo: quorum hæc differentia est q̄ actio familiæ herciscundæ cōstituta est coheredibus uolentibus a cōmunione discedere. & ita per familiæ herciscundæ actionem diuiditur hereditas unde & nomen: familiæ enim appellatione hereditas significatur. & herciscī dicitur diuidere: unde herciscunda inclinatur. Festus Pompeius ercētum inquit citum quod fit inter consortes a coercendo dictū. unde & herciscundæ. & herciscī: ego opinor legendum esse apud festum non ercectum: sed hercium. & ita decerno. fultus auctoritate: M. Tullii qui in primo de oratore sic refert. Iccirco qui quibus uerbis hercium cieri oporteat nesciat: Idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. iudicium autem communi diuidundo pertinet ad res quæ communes sunt. cum societate uel sine societate. Cum societate res communis est: ueluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt. Sine societate communis est

Pallor exāguis.

Soluunt tibi cornua uentrem.

Præditus in malo.

Lex iulia de adulteriis.

Adultera repudiat

Adultera naso mutilabatur.

Familiæ herciscūdæ.

Hercium

De communi diuidundo

prominabat. quæ res optatissimā mihi uindictæ subministrauit occasionē. Nāq̄ p̄tergrediens obseruatos extremos digitos adulteri: qui p̄ angustias caui tegminis prominebāt. obliquata atq̄ infesta ungula cōpressos: usq̄ ad summā minuciem cōtero. donec ītolerabili dolore cōmotus sublato flebili clamore repulsoq̄ & abiecto alueo cōspectui prophano redditus: cœnā propudiosæ mulieris patefecit. nec tamē pistor dāno pudicitiæ magnopere cōmotus: exangui pallore trepidantē puerū: serena fronte: & propitiata facie: cōmulcens incipit: nihil triste de me tibi fili metuas. non sum barbarus: nec agresti morum squallore p̄ditus: nec ad exēplū machinæ truculentæ sulphuris te lætali fumo necabo. ac ne iuris qdē seueritate: lege de adulteriis ad discrimē uocabo capitis: tā uenustū atq̄ pulchellum puellū. sed plane cū uxore mea partiario tractabo: nec herciscundæ familiæ. sed cōmuni diuidendo: formula dimicabo: ut sine ulla controuersia uel dissensione

ueluti inter eos quibus eadem res testamento legata est. Nunc Lucii nostri pistor festiuiter simul & scienter alludens ad hanc iuris formulam non intendam inquit pulchro puero actionem familiæ herciscundæ: sed potius agam de communi diuidundo. ut. s. communis ipe inter me & uxorem diuidatur: uel potius uxor sit mihi illiq; communis: & dum ait communi diuidundo. potest uideri subesse huic uerbo obscenus intellectus. Nam ut docuimus in commentariis tranquilli. Diuidere uerbum est obscenæ significationis. & ad pedicones refertur: & puerorum cõcubitores: quorum in libidine proposterа & infandа nates quasi diuiduntur: hinc explicatur iocus ille plautinus ex aulularia. me quidem hercle dicam palam nõ diuides. Relege quæ annotauimus in secundo Suetonii commentario: copiosissime scripta super diuisoribus: & hoc uerbo diuidere. TRIbus nobis: Ausonius: Tres uno in lecto stuprum duo perpetiuntur. & duo committunt. quattuor eẽ reor. EX secta prudentium: Sapientes censent: & memorat Catilina Salustianus. idem uelle & idem nolle ueram dici amicitiã. Talis autem omnium rerũ concordia cum inter reliquos: tum maxime inter uirum & uxorem exigitur celebraturque: ut ambo idem uelint. Idem nolint. ut ita sine iurgio sine offensa concorditer degant. & fœliciter. & ut p̃cipit Aristoteles in oeconomico secundo mulier existimare debet mores mariti esse legem uitæ suæ ipositam quam sequatur. Nunc pistor illudens dicit eadem sibi uxoriq; placere. & eundem puerum: quem diligat uxor sibi quoq; diligendum. quod totum dicaciter & intellectu obsceno dictum est. Quam maritum: primæ partes sunt uiri: secundæ fœminæ. & ut ecclesiastici scriptores prodiderunt. caput mulieris est uir. Alter imperat. altera obtemperat: niri ut inquit Homerus iura dant uxoribus & filiis. Aristoteles in primo politicorum. mas inquit est q̃ fœmina principalior. CAVIL latum: Irrisum. PVDIcissima irronicos. ALTRorsus discluſa: In alterum cubiculum sequestrata. secluſa. amandata: Discludere nerea ponto dixit Virgilius. & ante Virgilium Lucretius cum paribus iungi res & discludere mundum pro secernere. VINdicta fruebatur. Puerilem concubitum significat. DIEM peperit: Tanquam dies sit partus solis. & enim ut dicere solebat heraclitus ει μη ηλιος ην ευφρονη αν ην. Si sol non esset nox esset. FERVLA nates obuerberans: Quærit Aristoteles in problematis cur ictus ferulæ dolorem maiorem facit: q̃ quæ duriora sunt. cum tamen percussionem durioris materiæ tristiorem esse ratio postulet. acrius enim ferit quod durius est. an inquit ea ratio est q̃ caro ex ictu ferulæ percutitur repercutiturq; simul propter ponderis ferulacei leuitatem. unde acrior dolor gignitur. ictu dupli cato. Ex duris autem percuti tantum potest. propter eorum duriciem. hinc credo ferulas datas esse pedagogis & magistris ludi triuialis ad discipulos castigandos: quibus uice sceptri gloriantur. ob hoc ab epigrammatista dicuntur ferulæ inuisæ nimium pueris gratæque magistris. & Columella ait ferulasque minaces: ferulæ asinis gratissimæ sunt in pabulo. qua de causa id animal libero patri affignatur: & ferula. græci nartheca uocant ferulam. unde narthecophori dicti ministri bacchi feruligeri: prouerbium græcum est πολλοι ραρηκοφοροι παυροι δε τε βακχοι. multi feruligeri. pauci bacchi. Cuius meminit & plato in gorgia. Nulli fruticum. ut inquit Plinius nostet leuitas maior. ob id gestata facilius bacculorum usum senectuti præbet: Ignem ferulis optime seruari certum est: Idque prometheus primus docuit. ob hoc epigrammaticus poeta feruias dixit esse claras munere prometheo. ET EAS liberas. Atrocior iniuria: quam quasi cumeliosiorem & maiorem accipimus: fit ex persona: ut grauius sit stuprare liberam fœminam q̃ ancillam. Grauissimum uero alienam uxorem atque matronam. & iura uiolare connubii. legimus apud historicos: quemadmodum olim diuus Augustus proculum ex acceptissimis libertis mori coegerit compertum adulterare matronas. INTEMpestiuus. qui adhuc per ætatem puerilem potes esse concubinus & paticus amatores oblectans.

tribus nobis in uno cõueniat lectulo. nam & ipse semper cum mea coniuge tam concorditer uixi: ut ex secta prudentium: eadem nobis ambobus placerẽt. Sed nec æquitas ipsa patitur habere plus auctoritatis uxorem q̃ maritum. Talis sermonis blandicie cauillatum deducebat ad torum nolentem puerum: sequentem tamen: & pudicissima illa uxore alterorsus discluſa: solus ipse cum puero cubans: gratissima corruptarum nuptiarum uindicta perfruebatur. Sed cum primum rota solis lucida diem peperit: uocatis duobus e familia ualidissimis: quam altissime sublato puero: ferula nates eius obuerberãs. Tu autem inquit tam mollis ac tener & admodũ puer: defraudatis amatoribus ætatis tuæ flore: mulieres appetis atq; eas liberas. & cõnubia lege sociata corrũpis. & intempestiuũ tibi nomen adulteri uindicas. His & pluribus uerbis compellatum: & insuper affatim plagis castigatum: foris secus abiicit. at ille

Diuidere obscenũ uerbum.

Maritus lex uxoris.

discluſus

Dictum heraclíti.

Ferulæ plaga.

Sceptrũ pedagogorum.

Ferula bacchi.

Narthecophori.

Atrocior iniuria.

ADVLterorum fortissimus. non uidetur conuenire: ut puer delicatus fortissimus adulterorum nuncupetur proinde lego formosissimus. Dirruptus nates. habens nates dirruptas. perfossasq; postico uulnere: subactoris pistoris. MOErens. dolens & mœstus. NVNcium remisit uxori. ideſt libellum dedit repudii. Est autem repudium renunciatio: qua dirimitur matrimonium. ut iurisconsulti tradunt. titulo de diuortiis. in repudiis ideſt renunciationibus comprobata sunt hæc uerba res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito. hinc plautina matrona indicens diuortium marito inquit. ua

Repudii uerba.

leas. tibi habeas res tuas reddas meas. siue autem ipsi præsenti renuncietur. siue absenti per nũcium nihil interest. si calore iracundiæ missum sit repudiũ non ratum est habendum: nisi prius apparuerit ex perseuerantia iudicium animi fuisse. In deuteronomio ex præscripto legis mosaycæ: si acceperit homo uxorẽ inamabilem propter aliquã fœditatẽ. scribet libellum repudii. & dabit in manu illius. & dimittet eam de domo sua. GENVInam nequiciam. ingenitam improbitatem. AD armillum reuertit. ad repositorium thesaurumque armorum hoc est doli fraudis malitiæ muliebris: supra eodem uocabulo usus est i hoc significatu. AD familiares fœminarum artes. Nimirum uenefícia: mala medicamenta: magicæ uanitates: Doli: fraudes. decipula. nomine artium muliebriũ continentur: alia quoq; quæ plurima mẽti fœmineæ natura dedit: uersus sunt græci παροιμιωδεις ideſt prouerbiales. θεσαυροσ εστι των κακων κακη γυνη Ideſt thesaurus est malorum mala fœmina. Item θηρων απαντων αγριωτερα κακι γυνη. Improba mulier truculentior est feris omnibus. Item θαλασσα και πυρ και γυνη κακατρια. ideſt mare ignis. & fœmina sunt mala tria. VETEratricem: Sicut ueterator dicitur uetus in malitia. ita & Veteratrix fœmina in astutiis Et fraudibus. exercitatissima: Veteratorie aduerbium significans callide astute. malitiose: ueteratoris est confidere in mendaciis. DEVOtionibus: Execrationibus dirisque detestabilibus. SVFFARcinat. Implet onerat. LARVA immissa. Aliubi annotatum est lemures dici manes umbrasq; defunctorum: ex quibus qui pacatior quietiorq; domum possidet is Larua dicitur familiaris: qui uero propter aduersa uitæ merita erraticus ẽ latua nominatur: Tales autem sunt inanes terriculi bonis hominibus noxii malis. ac metuendi. hæc noctium sunt occursacula: bustorum formidamina: sepulchrorum terriculamenta. Laruarum natura esse dicitur. ut scribit diuus Hieronymus terrere paruulos. & in angulis occurrere tenebrosis. Rustici ozellum nominant: græci phantasmata uocant: quæ an sint subdubitat Plinius posterior qui tamen in epistolis narrat Exemplum scitu dignum de simulachro hominis: quod athenis uisebatur: in domo quadam spaciosa: sed ob id infami. & pestilente: apparebat autem idolon. senex macie & squallore confectus. catenas quatiens. qui mox desiit uideri expiato loco. & conditis manibus diligentia athenodori philosophi. lege septimum Plinii epistolarum uolumen.

adulterorũ omniũ fortissimus: insperata potitus salute: tamen nates candidas illas noctu diuq; dirruptus: mœrens profugit. Nec secius pistor ille nũciũ remisit uxori. eãq; protinus de sua perturbauit domo. Atilla pter genuinã nequiciã: cõtumelia etiam: q̃uis iusta: tamen altius cõmota: atq; exasperata: ad armillũ reuertit: & ad familiares fœminarũ artes accenditur. magna que cura requisitã ueteratricẽ quãdã fœminã q̃ deuotionibus ac maleficiis: q̃duis efficere posse credebatur multis exorat p̃cibus: multisq; suffarcinat mũeribus: alterũ de duob⁹ postulãs: uel rursũ mitigato cõciliari marito: uel si id nequerit: certe larua uel aliquo diro numine ĩmisso uiolẽter eius expugnari spiritũ. Tũc saga illa: & diuini potens: primis adhuc armis sacinoro sæ disciplinæ suæ uelitatur. & uehemẽter offensũ mariti flectẽ atq; ĩ amorẽ ĩpellere conatur aium. Quæ res cũ ei secius: ac rata fuerat proueniret ĩdignata numinib⁹: & p̃ter p̃mii destinatũ cõpendiũ: cõtẽptione etiã stimulata: ipsi iam miserrimi mariti incipit ĩminere capiti:

In fœminas malas.

Tria mala.

Veteratrix.

Veteratorie.

Larua.

Phantasma.

Arma.

SAGA: Fœmina incantatrix. & magicarum rerum scia. tanquam satis aga. de qua in primo commentario. ARMIS. Instrumentis: arma enim instrumenta rerum omnium dici notum sat est. & testis est Virgilius qui ait cerealiaque arma expediunt. & in georgicis dicendum & quæ sint duris agrestibus arma: utrobique arma posuit pro instrumenta. VELITAtur. contendit certatque translatum uerbum a uelitum pugna. SECIVS ac: aliterquam. uel tardius q̃ crediderat: non enim animus mariti conciliabatur uxori instinctu magicæ disciplinæ sicut illa speraverat. PRAETER premii. Sensus est. extimulata est saga ad indignationem duplici de causa. & q̃ contemni uidebatur a numinibus: quæ parum obsequebantur. & q̃ compendium lucri constitutum ab uxore pistoris erat amissura: si pistorem uxori ui carminum non mitigasset: conci

liaſſetque: Ideoque conuerſa eſt ad alterum poſtulatum: ut piſtorem biothanata morte perimeret. VMbram uiolenter peremptæ mulieris: κατασιω πομπον. hoc per ſilentium intelligimus: umbram cuiuſdam fœminæ paulo ante uiolenter extinctæ euocatam inſtigatamq; ab hac ſaga ad exitium piſtori concinnandum. & hoc magicæ diſciplinæ genus uocatur ciomantia: quotiens ſcilicet umbræ fit euocatio proprie tamen cauſa diuinationis: quod & nomen oſtendit. hic euocatur. larua noxia & pernicialis ad perniciem interitumq; piſtoris. quod ſacrum execrabile dirum infandũ eſt. Sciomãtia.

umbrãq; uiolẽter peremptæ mulieris ad exitium eius inſtigare. Sed forſitan lector ſcrupuloſus reprehendens narratum meum ſic argumentaueris. Vnde autem tu aſtutule aſine: intra terminos piſtrini contectus: quid ſecreto: ut affirmas: mulieres geſſerint: ſcire potuiſti? Accipe igitur quẽadmodũ homo curioſus iumenti facie ſuſtinens: cũcta q̃ in perniciẽ piſtoris mei geſta ſũt: cognoui. Diem ferme circa mediã: repente intra piſtrinũ mulier reatu miraq; triſticie deformis apparuit. flebili cẽtũculo ſemiamicta. nudis & itectis pedibus luto buxeo macieque fœdata: & diſcerptæ comæ ſemicanæ ſordẽtes iſperſu cineris: pleraq; eius anteuẽtulæ cõtegebãt faciẽ. hæc talis: manu piſtori clementer iniecta quaſi quippiã ſecreto colloquutura: in ſuũ cubiculũ deducit eum: & adducta fore q̃diutiſſime demoratur. ſed cũ eẽt iam cõfectũ omne frumentũ: quod inter manus opifices tractauerant: neceſſarioq; peti deberet aliud: ſeruuli cubiculũ pp aſtãtes: dominũ uocabãt operiq; ſupplementũ poſtulabant. atq; ut illis ſæpicule: & interuocaliter poſtulantibus nullus reſpondit: domini iam forem pulſare ualidius. & q̃ diligentiſſime fuerat oppeſſulata: malum peiuſque aliquid opinantes. SGRVpuloſus: Diligẽs. curioſus. NARratum: narrationẽ. ARgumẽtaueris: Antiqui pleraq; uerba actiue pronunciabãt: quæ nũc paſſiue dicuntur. ut auguro pro auguror. contemplo p contemplor. ſcruto pro ſcrutor: Ita & argumento pro argumentor. Plautus dixit arbitrabãt pro arbitrabãtur. Maro populat pro populatur. Ennius Criminat p criminatur. argumentari autem eſt argumentis uti ad rẽ probandã. ut docet Aſconius. HOmo curioſus: ſignificat ipſemet Apuleius: qui Genuina curioſitate p̃ditus ſuſtinebat faciem iumenti transfiguratus in aſinum auritum. MVLIer reatu deformis: Hæc ẽ larua: & umbra illius mulieris uiolenter peremptæ: q̃ magico ſuſurramine inſtigata excitataq; a ſaga imittitur ad piſtorẽ ſtrãgulandum: ſunt præterea cacodemones qui ſeſe trãſformãt cũcta in miracula rerum. qui induunt effigies muliebres. & ita transfigurati illudunt mentibus humanis. ut docent eccleſiaſtici ſcriptores. ſic apud Suetonium ĩ Argumẽto. Argumẽtor. Cacodemones.

claudio. ſpecies barbaræ mulieris humana amplior Druſum germanos inſectantem latino ſermone ultra tendere prohibuit: ſic urbis Romæ imago Cæſari uiſa ẽ Cæſarie lacera nudiſq; æſtare lacertis: eũq; dehortari a patria oppugnãda. Malus demõbruto fecit omẽ mortis cui occurſans diro quodam ſimulacro ſum inquit tuus cacodemon in philippis me uidebis. Multiformes Demones Gradatimq; primos ſecundos. tertios. quartos deſcribit proclus platonicus: de quibus Diotima & iamblicus & Plato. CENtuculo: Viliſſimo ueſtitu. de quo ſupra. INTEctis. Ephexegeſis eſt. nudis & intectis pedibus pro diſcalciatis. & ſine ullo integumento. LVROre buxeo: Expone ut ſupra buxanti pallore. nihil enim ferme buxo pallidius eſt adeo ut ad pallorem ut ita dixerim pallidiſſimum ſignificandum dici ſoleat. buxo pallidior eſt. SEMIcanæ. Ex dimidia parte albicantes canescentesq; cauſam caniciei. quæ & canitudo dicitur aliubi explicauimus ex auctoritate Ariſtotelis. Alberti Magni. Alexandri aphrodiſei & cæterorum. INSPERſu cineris. Specimen triſtitiæ eſt inſperſum cinere capillicium. & puluere turpatum. a Columella dicitur cineris recto caſu. ANTEuentulæ. Comæ anteuentulæ dicuntur ante frontem propendulæ: quæ & antiæ. & capronæ nominantur: quaſi a capite pronæ. In floridis inquit crines eius præmulſis antiis promulſis Caproneis anteuentuli & propendi. PISTOris. Lege piſtori: ut ſit caſus dandi ſignificat enim mulierem illam ſquallentem & lutidam. iniecisse manum piſtori. eumque ſeuocaſſe: quaſi quædam ſecreto colloqui uellet. ADDVcta fore: Clauſo hoſtio. & foribus firmiter oppeſſulatis. Plautus crepuit foris. CONfectum. Molitum & mola piſtrinenſi tunſum. OPIFIces. Miniſtri piſtorii. PROpter aſtantes. Iuxta & prope cubiculum domini. SVPPLEmentum. Frumentum aliud: ut haberent operarii quod agerent ne eſſent in piſtrino feriati. SAEPIculæ. ſæpe aduerbium eſt: υποκωρισμα. INTERuocaliter. Sublata uoce inclamantibus piſtorem. ſic in primo libro pulſare uocaliter incipio: eſt autem aduerbium: quod ſignificat ex interuallo inclamaſſe uocaliter: uel uoce penitus ſublata: nam hæc particula inter. ut ſupra dixi: nonnunquam ſignificat totum: ut interbibere & intercipere. OPPeſſulata: Peſſulis obfirmata clauſaq;. ſic in primo foribus Oppeſſulatis introcapeſſit. Gradus demonũ. Canitudo. Cineris. Antiæ. Caprõnæ. Interuocaliter.

NISV. Conatu. EQuodã tigillo. Ex trabe cubiculari ſuſpenſum. de tigno Cuius diminutiuũ eſt

Tignum tigillum ſcribũt iuriſcõſulti docentes appellatione tigni oẽm materiã ad ædificãdũ idoneam cõtineri. uult aũt Lucius noſter intelligi a larua illa: q̃ induerat mulieris effigiem. fuiſſe piſtorẽ laqueo peremptum. ut ita ubiq; magiæ potentiam aſtruat: q̃ huiuſcæ operis eſt argumentũ. ABSOlutũ. Liberatũ reſolutũq; a laquei nodo. PLANgoribus: Diuus Hieronymus ſcribẽs de interpretatione pſalmoꝝ ſiue inquit ploratũ ſiue fletũ. ſiue lachrymas. ſiue plãctũ dixerimus unus eſt ſenſus: ꝓprie tamẽ

Plãgere. Plãgores plangere eſt pcurere. Vnde plãgores. & planctus. pro pcuſſionibus quales in luctu & egritudine fieri ſolent. Silius inqt. liuẽtia planctu brachia. & apud Ouidiũ plãgebãt corpore terrã. VLtimo lauacro: Signat morẽ priſcoꝝ apd quos mortui calida aqua lauabãtur. iuxta illud Ennianũ. Tarquinii corpus bona fœmia lauit & unxit: Seruius autumat ideo cadauera lauari ſolita. & p iteruallã cõclamari: quia ſolet plerũq; uitalis ſpiritus excluſus putari qui adhuc eſt incluſus. & hoies fallere: qui lauacro refotus & conclamatiõe excitatus quaſi reuocat reſtituiturq;. FERalib⁹ officiis: Feralia officia ſunt q̃ exhibẽtur defunctis funerãdis & manibus cõdendis: qualia quoq; ſũt parẽtalia. de his ſuo loco iam dictũ ẽ.

Cadauera.

Feralia officia.

niſu ualido reducto uel difracto cardine: tandem patefaciũt aditum: nec uſpiam reperta illa muliere: uidentq; quodã tigillo cõſtrictũ atq; ex animẽ pendere domiñ. eũq; nodo ceruicis abſolutũ: detractũq; ſũmis plãgoribus. ſummiſque lamentationibus: atque ultimo lauacro procurant: peractiſque feralibus officiis: frequentique proſequẽte comitatu tradũt ſepulturæ. Die ſequenti filia eius ocurrit e proximo caſtello: in quod pridie denupſerat: mœſtaq; crines pendulos quatiens: & interdũ pugnis obtũdens ubera: q̃ nullo quidẽ domus infortuniũ nũciante cũcta cognouerat: ſed ei perquietẽ obtulit ſeſe flebilis patris ſui facies: adhuc nodo reuincta ceruice: eiq; totum nouercæ ſcelus aperuit. de adulterio: de maleficio: & quẽadmodũ laruatus adinferos demeaſſet. Et cũ ſe diutino plangore cruciaſſet. cõcurſu familiariũ cohibita: tandem pauſam luctui facere. lamque nono die rite completis apud tumulũ ſolẽnibus: familiam ſuppellectilemq; & omnia iumenta

PVgnis obtundens ubera: Talis anna a Virgilio deſcribit unguibus ora ſoror fœdans: nunc pectora pugnis. Qua legendum eſt. quæ. ſ. filia caſu recto. EI per quietem: Sic apud Virgilium. Dido cognoſcit ſecundum quietem maritalis domus infortunium. cui quieſcẽti obtulit ſe ſe. ſicheus. & inhumati uenit imago coniugis ora modis attolens pallida miris. quæ totum pygmalionis ſcelus parricidiũq; retexit: Macrobius refert oraculum dici. cum in ſomniis parens. uel alia ſancta grauiſq; perſona aperte euenturum quid uel non euenturum. faciendum uitandũue denunciat. Viſio autem eſt. cũ id quis uidet. quod eodem modo quo apparuerat euenit. LARuatus: Larua illa muliebri poſſeſſus ſtrangulatus extinctus. alias laruari dicuntur furioſi & mente moti. quaſi laruis exciti. Plautus laruæ hunc atq; intemperiæ agitant ſenem: ubi intemperiæ ſignificantur quædã deæ habentes uim nocendi & per intemperantiam ſæuiendi: quarum meminit Martianus Capella quas. M. Cato in re ruſtica iubet facto ſacrificio propulſari prohiberiq;. LVctui facere: Ex præcepto iuriſconſultorum: qui tradunt ſuſpendioſos lugeri non ſolere. PAVſam: Seneca pauſariũ oppido q̃ eleganti nec protrito uocabulo appellat eum qui remigibus modos dat. & remigãdi officium quadam quaſi pauſa moderatur. Lucretius ait corpuſcula qualia in ſole cernũtur diſcurrere perennitere nec dare pauſam. Qu. Claudius ī Annalibus pugnæ facta pauſa eſt. NONO die completis ſolemnibus: Ex inſtituto priſcorum fit ſacrificium mortuis nono die. quo ſepultus eſt: quod dicitur nouẽdiale. hinc Oratius in epodo. Nouendiales diſſipare pulueres. Seruius Virgilianus interpres enarrans illud ex quinto Eneidos præterea ſi nona diem mortalibus almum aurora extulerit: morem fuiſſe apud maiores exponit ubi quis ubiq; fuiſſet extinctus. ut ad domum ſuam referretur: octauo die incenderetur. nono ſepeliretur. ludi quoq; qui in honorem mortuorum celebrantur nouemdiales dicuntur: Donatus quoque incommentario phormionis tradit in funere nonum diem inſtaurationem uoti habere. Hoc tempore ſeptimo die ſolemnia defunctorum peragũtur: ſicut apud priſcos in nuptiis ſeptima dies inſtaurationem uoti habebat: Ideoque in canonicis Decretis. Di. xliiii. præcipitur. ut nullus preſbiterorum ad ſeptimana defuncti ſolemnia celebranda uocatus ſe inebriare ullatenus præſumat. Fuerunt apud priſcos feriæ denicales nominatæ: quæ colebantur cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. græci enim necron mortuum dicunt harum feriarum meminit Columella hiſce uerbis. Nos apud pontifices legimus feriis tantum denicalibus mullos iungere non licere. cæteris licere. SVPPELLEctillem: Apud antiquos recto caſu dicebatur ſuppellectilis: quid autem ſit ſuppellex ſcinnt omnes. & docent iuriſconſulti apud quos eleganti uocabulo ſuppellecticarii dicuntur ſerui qui ſunt in ſuppellectile.

Oraculũ. Viſio. laruatus. Intemperiæ. Pauſari⁹. Nouẽdiale ſacrũ. Septimana funerum. Feriæ denicales. Suppellecticarius.

AD hereditariã

AD hereditariam actionem: Corrige auctionem/significat enim omnia deducta esse ad uenditionem hereditariã: qua. s. bona ex hereditate prouenientia ueudi solent. auctionem autem dici publicam uenditionem siue subhastationem notissimum est: ex eo quod ementẽ augeat & uendentem ut interpretatur fulgentius placiades. apud plautum parasitus in sticho auctionẽ facit parasiticã uendẽs iocos ridiculos. & cætera parasiticæ suppellectili congruentia. apud eundẽ in menechmis fit auctio: qua serui suppellex fundi edes omnia ueniant. VNVM larẽ uarie dispergit. Lar unus uarie dispergi dicitur: quando bona unius Dõus atq; familiæ uenui subiiciuntur. & in auctione distrahuntur uariis emptoribus. ita ut quæ prius congesta uno in lare uiscebantur ea mox uendita dispergãtur per plures domos: cuius rei domina est: forruna optimo epitheto licentiosa nominata: adeo ut nulli tantum sit licentiæ quantum ipsi fortunæ: quæ magna repente dat. & data repente dispergit. VENditionis incertæ: Nemo non nescit q̃ sit incerta uenditio q̃q; multifariam distrahatur. in qua multi insperati inopinatique emptores assistunt. HORtulanus comparat: ab horto hortulanus dictus sicut ab oleribus olitor quem græci cepurõ uocãt. Plinius & nostri hortensia uocant. quæ in hortis seruntur. quæ græce cepurica dicuntur. Sabinus. tyro librum cepuricon scripsit quem mecenati dicauit: Lucianus scribit asinum suum labore pistrinensi factum esse emaciatum. ac toto corpore inualidum. ideoque a pistore uenditum esse hortulano: uerba Luciani sunt. λεπτος ουρ παρη γιρομαι και ασθερης τωσωμα τιωστε εγρω μεο δεσποτης πωλησαι και απολιδοται με ερθρω πωκηπουρω την τεχρην idest factus sum inquit ualde attenuatus. & debili corpore. ita ut dominus me diuendere decreuerit. qui me hortulano uendidit. MAGNO: Scilicet precio absoluta locutio est. marcialis. Quod non stat magnostare luperce tibi. M. Varro in tertio de re rustica piscinæ inquit edificantur magno. Secundo implentur magno. Tertio aluntur magno/item apud Satyrographum. Magno seruorum uentres: & frugi cænula magno. COMmuni: Meo & suo. VIctum quæreret: Narrat esopus fabulator asinum hortulani cum minimum cibi plurimum laboris caperet optasse mutationem seruitutis: qui ioue annuente cum figulo uenditus fictilia baiularet sensit grauiorem hãc esse q̃ pristini domini seruitutem. item uenditus coriario: ut cognouit deteriorem semper conditionem parari optauit redire ad hortulanum. hoc apologo commonemur. ꝙ tunc homines optant priores dominos cum experti fuerint secundos deteriores: & qd contenti debemus eẽ hoc Catone nec alienigenas principes expetere. nec nouũ uelle subire iugũ seruitutis cũ semper deterior sit posterior dominatus. SERuitii mei: Seruitutis. MAtutino: Mane atque hora matutina. locutio absoluta ueteribus usitata. iuuenalis. Ter matutino Tiberi mergetur. plinius dixit meridiano pro hora meridiana. PROximam ciuitatem: Lucianus. ο δε δεσποτης εξωθερ επιθεις μοι τα λαχαρα εκομιζερ εις την αγοραν idest dominus hortulanus imponens mihi olera extrinsecus deportabat in forum. DORsum insidiens meum: Expressit morem rusticorum. qui uenditis in urbe mercibus dorsum aselli insidientes repetunt uillam. VENditoribus: Septimus est casus. ut exponas tradita a uenditoribus mercede olerum hortulanus ad hortum remeabat: Lucianus planius inquit και παραδους ταυτα πιπρασκουσιν idest tradens olera emptoribus agebat me iterum ad hortum. FODIENS: Lucianus και εκα πτεκαι εφυτευε και τουδωρ τωφυτω επηγεν. Idest & fodiebat & plantabat. & plantas irrigabat. DEseruit: Inseruit operi rustico intentus/posses legere deserit. idest plantat. propter uerbum Luciani. εφυτευε idest ferebat. OCIosus: Græce αργος dicitur: Vnde argonautæ pigri nautæ dicti iaculariter & cum morsu ab epigrammatista. AMbagibus: Circuitibus uertigine curriculis. de anno uertente digna memoratu annotaui in Caligula apud Suetonium. REmeans: Reuertens recurrensq; per sua uestigia. Sic Virgilius: atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. inde solis annua reuerticula scienter nec minus eleganter dixit in floridis: nam quem circulum sol annuo interuallo permeans meditur. eundem remeans remetitur curriculo stato ordinatoque. MVstulentas delicias: Sic supra optimo epitheto mustulẽtus autũnus dictus. plautus mustulentum uentum festiuiter appellat. auram odoremq; exmusto prouenientem.

ad hereditariã deducit auctionẽ. Tunc unũ larẽ uarie dispergit: uenditionis incertæ licẽciosa fortuna. me denique ipsum pauperculus quidã hortulanus compat .l. nummis: sed magno: ut aiebat: sed ut communi labore uictum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere uidetur: ut huius quoque seruitii mei disciplinam exponam.

Matutino me multis oleribus onustum: proximam ciuitatem deducere cõsueuerat dominus: atque ibi uẽditoribus tradita mercede dorsum insidens meum sic hortum redire. Ac dum fodiens: dum irrigans: cæteroque incuruus labore deseruit: ego tantisper ociosus tacita quiete recreabar. Sed ecce siderum ordinatis ambagibus: per numeros dierum ac mensium remeãs annus post mustulentas autũni delicias: ad hybernas

Auctior.

Licentiosa fortũa

Hortulanus.

Olitor.

Cepuros

Hortẽsia.

Ceputica

Magno.

Fabella. asini.

Deterior posterior dominatus.

Reuerticula solis

Mustulẽtus uẽtus

Bruma quando.

CApricorni pruinas:Lucianus dixit χειμωνος ἡμ.ideſt hyemis erat.bruma temporibus plinii/& auoꝝ fiebat octaua in parte capricorni.ad octauo calendas ianuarii fere:qua die pulegiũ floret in carnariis.Rumpunt intentæ ſpiritu membranæ.hic eſt unus ex magnis anni cardinibus. Tũc pruinæ niues gelicidia mortales infeſtant.Democritus talẽ futurã hyemẽ arbitrat qualis fuerit brumæ dies & circa eũ terni.A bruma per incrementa lucis incipit dies augeri.Antiqui portas ſolis uocarunt cãcrũ & capricornũ ꝙ in cancro fiat ſolſtitiũ.in capricorno bruma.hoc eſt breuiſſimus anni dies/ideo

Sententia democriti de bruma.

Portæ ſolis.

autẽ his duobus ſignis hæc duo noia contigerunt: ꝙ cancer aial retro atq; oblique cedit & eadẽ ratione ſol in eo ſigno obliquum incipit agere retrogreſſum. Capræ uero conſuetudo hæc in paſtu uidet:ut ſemper altũ paſcẽdo petat: ſed & ſol in capricorno incipit ab imis in alta remeare.capricornus domiciliũ eſt ſaturni fœminiñ. græce dr egoceros. ſicut carcinos cancer.Lucanus carcinus ardens humidus egoceros.in prima parte capricorni quicũq; habuerit horoſcopũ erit rex uel imperator.in .xvi.parte capricorni quicũq; habuerint horoſcopũ ſex digitos habebunt in manibus. Talis fortaſſe fuit horoſcopus & ſydus natalicium hominis illius.de quo ſcriptum eſt libro ſecundo baſileon.hoc eſt regum.fuit uir excelſus:qui ſenos in manibus pedibuſq; digitos habebat id eſt uiginti quattuor.Tales eleganti uocabulo ſedigitos a numero digitorum appellant.Plinius in.xi.digiti inquit qbuſdã in manibus ſeni.cai Oratii ex patritia gente filias duas ob id ſedigitas accepi appellatas.Volcatiũ ſedigitũ illuſtrem in poetica.in uicinia mea hodieq; uiuit puerulus ſedigitus quem ego de induſtria curioſe inſpexi ſenos digitos habentem/in manibus & pedibus:res nota eſt uicinis omnibus.nec eſt mendacio locus. ROrationi bus.Ros nocturnus humor eſt.quem ſerenitas tenuiter ſpargit/ſcribit plinius rores neq; gelu.neq; ardoribus.neq; uentis exiſtere.nec niſi ſerena nocte:pruinam autem ex rore gellido gigni inter mortos arborum eſt roratio.cuius idem plinius & theophraſtus meminerunt:Roſcidæ ſunt æſtate aſtricæ noctes.Alcman poeta lyricus dixit rorem aeris & lunæ filium propterea ꝙ cum luna plena é/Aer multum de ſe roris emittat. SVB dio:Sub cœlo ſub aere.quod & ſub ioue dicitur. unde ſubdiales ambulationes:& ſubdialia pauimenta ſcriptoribus celebrata. INtecto ſtabulo:Deſignat malam ſtabuli manſionem:quod nullo tecto:nullis imbricibus tegebatur. VEL exiguum tegmen:Lucianus κακειρος ουδε αντωστρωμα εἰχεν ἀγοραστιουχοπεμοι.i.& ille non ſibi ipſi ſtratum poterat parare nednm mihi. LVtum nimis frigidum:πηλον ψυχρον καὶ παχυ σκληρον καὶ ἀνυπατουν.ideſt lutum humidum & nimis aſperum atq; acutum calcabam nudis pedibus. NVdis pedibus:Græce ἀνυποδητος.Ariſtophanes ἀνυποδητους ideſt diſcalciatis:& nudis pedibus ambulantes philoſophos illudit atq; ſubſannat. NE ſuetis cibariis:Conſuetudo magna res eſt.& ut eſt in ueteri græcorum prouerbio.ἡκριδισι ετερα φυσις conſuetudo altera natura:ideoq; Ariſtoteles in ſeptimo ethicorum conſuetudinem inquit mutare difficile eſt:quod naturæ aſſimilatur & ut auctor eſt Galenus Maxius Hippocratis interpres.oĩs repẽtina mutatio ꝑter cõſuetudinem non cet corporibus nocumento maximo:dignũ eſt ſcitu:memoratuq;.illud Hippocratis: qui in libro de regimine acutorum.ſcribit homini durato mẽbra ſub diuo/noxium eſſe molli cubili & culcitra iacere ꝑter ſolitũ:idẽ auctor eſt cibos uiles illaudabileſq; ſi ex conſuetudine ſint utiliores eſſe q̃ inſolitos:quãuis ꝓcioſos.& eſculentos.igitur cũ immutatio cibi ſueti noceat hominibus/eadem nouitate uexatũ ſe ſe eſſe Lucius noſter oſtendit.ariſtoteles in problematis refert mutationẽ cibi:& aquæ eſſe inſalubrẽ. OPpido:Ideſt ualde. CAEna par:Hortulanus & aſinus eadẽ cæna ueſcebãt. eadẽ olera eſitabant. LActucæ ueteres:Lucianus appellat.θριδακας πικρας καὶ σκληρας. ideſt lactucas amaras & præduras.inter genera lactucarum peſſimum genus eſt picris/quã ita auctore plinio cum exprobatiõe amaritudinis appellauere & genus unum ſeſſile nuncupatum.Quod laconion uocãt maxime celebratum.de quo Martialis ſeſſileſq; lactucas ab eodem dicitur ſedens lactuca illo uerſu. in quibus & lactuca ſedens.& ſectile porum.inter lactucas ſilueſtres.ea eſt quam caprinam uocant. qua piſces in mare deiecta protinus necantur:qui ſunt in proximo.Hieracia uocatur lactuca quædã quoniam eam accipitres ſcalpendo ſuccoq; oculos tingendo obſcuritatem oculorum diſcutiant/ ϝαξ enim græce dicit accipiter.Eſt alia quoq; lactuca amara atra quã meconidẽ uocant a copia lactis ſoporiferi.μηκων.n.græco uocabulo papauer noĩatur.nigræ ſunt lactucæ.quarũ ſemẽ mẽſe ianuario ſerit.albæ q̃tũ martio rubẽtes q̃tũ aprili.i ualeria familia lactucini cognomiati ſũt ab honoꝝ lactucæ.

Egoceros.

Gracinos Sediti.

Roratio. Subdialis.

Conſuetudo altera natura

Picris lactuca.

Seſſilis lactuca.

Hieratia.

Meconis

AD instar scoparũ:Dicit se esitasse lactucas:quæ semẽ senecta erat decoloratũ.q̃ carioſa ſucci amari tudine & aſpredine ſcopas repreſentabant.Caſtor oxymyrſinẽ uocault ruſcũ:ex qua ruri fiunt ſcope Ruſcus
Fiunt enim ſcope ex uariis fruticibus.olim fiebant ex palma qd teſtaꝫ epigrãmatiſta cũ ait in precio
ſcopas teſtaꝫ palma fuiſſe.hinc eſt illud Oratianũ.Ten uarios lapides lutuléta radere palma. SCO Scopari⁹.
parius ſcito elegantiq; uocabulo dictus miniſter conuerritor hoc eſt qui ſcopis pauimenta cõuerrit
& reliquias cænæ detergit.Vlpianus inſtrumento fundi ſi uilla cultior ſit ſcoparios accedere tradit.

ad inſtar ſcoparum:in amaram cæno ſi ſucus cariẽ exo leſcunt.Nocte quadam paterfamilias qui pago proxi mo:tenebris illunæ caliginis impeditus:& hymbre ni mio madefactus:atque ob id abitinere directo cohibi tus:ad hortum noſtrum iam feſſo equo diuerterat:re ceptuſque comiter pro tempore:licet non delicato:ne ceſſario tamen quietis ſubſidio:remunerari benignũ hoſpitem cupiens:promittit ei de præſidiis ſuis:ſeſe da turum:& frumẽti & oliui aliquit:& amplius duos ui ni cados.Nec moratus meus dominus.ſacculo & utri bus uacuis ſecũ apportatis:nudæ ſpĩæ meæ reſidẽs:ad ſexageſimum ſtudiũ profectionẽ compat:eo iã cõfecto uiæ ſpacio puenimus ad p̃dictos agros.ibiq; ſtati meũ dominum comis hoſpes opipari prãdio pticipat.iam

Antiquitas ut docet Auguſtinus dea deuerrã coluit dictã a uerẽdo Deuerra.
dimiutiuũ a ſcopa fit ſcopula.quo Scopula.
utiꝫ columella. CEnoſi ſuccus:
Pro ſucci lutulenti.Plautus conſi militer dixit lectus concaluit lo cus pro lecti.ueteres p̃licenter de clinationes immutabant apud quos ſenati pro ſenatus.Tumul ti pro tumultus.uicti pro uictus. & e contrario ſuccus pro ſucci le ctus pro lecti:& alia id genus ſex centa:facile reperies alibi eadem formula dixit ſuccuũ pro ſuccoꝝ
EXOleſcunt:Euaneſcunt & q̃ſi deperdito ſapore degenerant.
ILLVnæ caliginis:Illuna caligo Illuna.
dicitꝫ obſcuritas noctis denſa craſ ſa tenebricoſa qũ cœlũ eſt ſine lu na:& quã nullus lunæ ſplendor illuminat:dĩ illuna & illunis ut ex Illunis
anima & exanimis.ex particula priuatiua in & luna dictione compoſita.plinius.in epiſtolis.nox nõ nox.
qualis illunis & nobilia:ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. CObibitus:Coercitus retarda tus aberrans:ſic olim cæſar dictator uia deceſſit diuq; errabundus tãdem ad lucem per anguſtiſſimos tramites euaſit rediitq; ad rectum iter. COmiter:Hilare lubenter benigne comes homines ut alibi Comiter
dictum eſt.benigni faciles ſuaues eſſe dicuntur:ut docet.M.Tullius in oratione pro cornelio balbo Comis
PRO tempore:Ratio temporis facit ut hoſpitium ſordidum uideatur aliquando p̃cioſum.ut pãis
unus eſurienti datus maximi beneficii loco ſit. REmunerari hoſpitem cupiens:Nihil eſt tam lau dabile.ut inquit ueriſſime.Seneca q̃ referre benemeritis gratiam.honeſtiſſima contentio eſt beneficiis beneficia uincendi.in referenda gratia imitari debemus agros fertiles:qui multo plus afferunt q̃ acciperunt:& nos quoq; beneficium reddere maiore mẽſura & remunerari decet.Maiores noſtri
ſcienter gratias ita pingebant.ut una auerſa duæ nos reſpicerent:ſic docentes p̃fectam a nobis gra Gratiæ duæ nos reſpicientes.
tiam duplicem reuerti debere.& remunerationem largiori menſura eſſe rependendam. Qui tantũ
reculit quantum accepit ingratus uideri poteſt:qui ſerit beneficium metere debet fructum. Turpe
eſt beneficiis uinci.turpe reddere beneficium ſine fenore.ſit nobis exemplar remunerationis Arto
xexes:qui mille daricis & phiala aurea remuneratus eſt ruſticũ a quo hauſtã manibus e flumie aquã Liberalitas artoxerxis.
pro munere oblatam libẽs acceperat:nil aliud habẽs qd elargireꝫ.&.n.beneficium nõ tam i eo quod
fit aut datur conſiſtit:q̃ in ipſo dantis aĩo aut facientis.Alexander macedonum rex gloriari ſolebat
a nullo ſe beneficiis uictum.ſylla ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit a nullo ſe amico beneficientia ſupera
tum:& nos pro uirili parte laboremus.ut merito poſſimus gloria a nullo nos in gratia referenda ui
cros eſſe.quod fecit hic pater familias.hortulani hoſpitio comiter receptus:qui remunerari hoſpitẽ
cupiens promiſit ſe daturum affatim frumenti olei & uini:ut ita pro cæna & unius noctis hoſpitio
iter aues piæ noiantꝫ:q̃ parentes ſenio defectos.& remigio alaꝝ laſſeſcentes educare ac ſuccollare di
cuntꝫ. VIni cados:Cadi uaſa ſunt quibus uina conduntꝫ.qd ſat compertum eſt.ex lectione Virgilii Antipelargoſis
ita ſcribentis.Vina bonus quæ deinde cadis onerarat aceſtes.Hortenſius ut inquit Varro cados am Cadus.
plius decem heredi reliquit. OLIui:Olei.oliuitatem & oletatem ueteres poſuerunt pro olei uinde
mia.oliuinam dixit plautus pro oliui.i.olei prouentu & copia.ſic ſcribens in pſeudolo oliuinam do Oliuitas
mi habet maximã. SACCulo:Ad frumẽtũ recũdẽdũ. VTRIbus:Ad oleũ & uinũ deportandũ ſunt Oliuina.
enim utres & uinarii & olearii. NVdæ ſpinæ:Sine ſtrato iumentorio. AD ſexageſimũ ſtadiũ:Stadi Stadium
um.c.xxy.noſtros efficit paſſus hoc ẽ pedes:ſexcẽtos.xxy.octaua pars ẽ miliarii. COmis hoſpes:Pa
ter familias.quẽ comiter hoſpicio paulo ante hortulãus acceperat:q comis dĩ benignus ſuauis facilis Opipar⁹.
ut ſupra dixit. OPIpari:Lauto & copioſo.Antq opiparũ dixerunt apparatum magnarum opum.

HIS altercantibus: Viciſſim ſe prouocantibus. ad pocula hauriēda. M. Tullius in uerrinis ſit ſermo inquit inter eos. & inuitatio ut græco more biberet. hoſpes hortabat. poſcunt maioribus poculis. pedianus aſconius doctiſſimus interpres: poſcunt inquit pro prouocant intelligendū eſt. ut ſit ſenſus. prouocant ſe inuicē. itidē exponit Nonius. in hoc quoq; loco accipiendū eſt eodē intellectu: his altercantibus. ut. ſ. ſignificet illos prouocaſſe ſe ſe inuicē. ad bibendū. & alteꝝ alteri mutuis poculis in alteratione uinaria annuiſſe. VNA de cohorte gallina: Cohorte dicimus ſepimentū. intra qd gallinæ cōcluſæ paſcunt. inde cohortalis gallina columellæ dicta. q̄ uulgo per oīs fere uillas cōſpicit. idē pcipit cohors per quā uagant gallinæ nō tā ſtercore q̄ uligine careat. M. Varro cohortes in fūdo magno duas faciūdas eē cenſet libro prīo de re ruſtica. ubi indicat. nō tam uſui gallinis q̄ ét pecudib⁹ cohortes ex edificari. eſt ät dictio cohortis. modo triū modo duaꝝ ſyllabaꝝ apud poetas. Ouidius abſtulerat multas illa cohortis aues. Martialis accipe cortis aues græci cohortalē officinā uocant ornithotrophiō a gallinis paſcendis.

his poculis mutuis altercātibus mirabile prorſus euenit oſtentum. Vna de cætera cohorte gallina: per medi am curſitans aream: clamore genuino uelut ouū pare re geſtiēs perſonabat: eā ſuus dominus intuens. o bōa inquit ancilla & ſatis fœcūda: quæ multo iam tempore nos quotidianis ptubus ſaginaſti: nunc etiam cogitas ut uideo guſtulū nobis præparare. & heus īqt puer: calathū fetui gallinaceo deſtinatū angulo ſolito colloca to: ita uti fuerat iuſſū: procurāte puero: gallina cōſuetæ lecticulæ ſpreto cubuli: ante ipſos pedes domini: p̄ matuꝝ ſed magno prorſus futuꝝ ſcrupulo prodidit partū: nō enī ouū. qd ſcimus illud: ſed pinnis: & unguibus: & oculis: & uoce etiā perfectū edidit pullum: qui matrē ſuā cōtinuo cœpit comitari. Nec eo ſecius longe

Cohortalis gallina.

Ornithotrophiō.

GEnuino: Ingenito inſito innato. pipare ät galline proprie dicūt ſicut grunire peculiare ē porcoꝝ balare ouiū. M. Varro mugit bos: ouis balat: equi hiniunt: Gallina pipat. columella glocientes gallinas uocat. q̄ oua incubant. idem de pollucinis loquens inquit: animaduertat an pulli roſtellis oua procuderint: & auſcultet ſi pipiant: p oſtento ät duci ſi gallina cecinerit teſtis eſt Terentius. qui in phormione inter monſtra & hoc memorat: gallina: cecinit: interdixit ariolus. exponit Donatus obſtetricū eſſe obſeruationem in qua domo gallina canat. QUotidianis partubus: Gallinæ ut auctor eſt plinius in. x. quotidie pariunt: aliquæ bis die: aliquæ in tantum ut effetæ moriantur. Hadrianis laus maxima ex Ariſtotele hoc totum plinianum. ut pleraq; alia tranſpoſitum eſt. qui in ſexto de animalibus uolumine ſic refert Hadrianæ gallinæ paruo quidem ſunt corpore ſed quotidie pariunt: ferociunt tamen: & pullos ſæpe iterrimūt. non nullæ e cohortalibus bis die pariunt. iam aliquæ intantum copiæ prouenerunt ut effetæ breui morerentur Albertus magnus ariſtotelis ſimia non tam uerba ariſtotelica penſitans q̄ ſenſa perpendens hallucinatur. qui in ſexto de animalibus libro & ipſe ſcribens de ouis gallinarum. ſic inquit q̄dam ſunt gallinæ quotidie parientes. quæ adriani regis uocantur credidit albertus adrianas gallias dici ab adriano rege. qui poſt ariſtotelem magno interuallo immo poſt plinium Romæ imperauit cum adrianæ gallinæ ab adria italiæ ciuitate nomen acceperint peccat ſubinde talibus in rebus ille alioqui magnus philoſophus. qui dum cœleſtia contemplatur: quæ ſunt ante pedes: non ſpectat: cui contingit quod thaleti mileſio qui fertur cum domo exiret ſpectandorum ſiderum cauſa in ſubiectā foueam decidiſſe. hinc illud ſalſe dictum emanauit: Quod eſt ante pedes non ſpectat cœli ſcrutatur plagas: ſed ut ad rem redeamus ſecunda nimirum & bona ancilla illa gallina eſt dicenda: quæ quotidie parit quæ quotidianis ouis dominum ſaginat. iuuencæ gallinæ plura q̄ ueteres pariunt: ſed minora. quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt: hoc eſt geminos uitellos habentia: & geminos interdum excludunt. ut Cor. Celſus auctor eſt: alterum maiorem alioqui negant omnino geminos excludi. GVſtulum: Pro guſtulo & ientaculo matutino multis ſunt oua ſorbilia: quo guſtulo nihil me iudice eſt iucundius & nullus eſt alius cibus qui alat neq; honeret. ſimulq; uini uſum & cibi præbeat. luteum oui. ſic enim a plinio dicitur uitellus deuoratum liquidum ita ut dentibus nō attingat. prodeſt tuſſiētibus thoracis diſtillationibus fauciū ſcabriciæ. Ouū durū. ut ſcribit Cor. Celſus ualentiſſimæ materiæ eſt. molle uel ſorbilie imbeciliſſimæ. idē oua ſorbilia inter euchyla numerat. hoc eſt boni ſucci cibaria. PVer. O miniſter. CAlathum collocato: Colloca inquit o puer uaſculum uimineū ad ouū fetificātis gallinæ excipiēdū. in galinariis diſponi ſolēt alueoli lignei & ciſtulæ uimineæ. qbus pro cubilibus gallinæ utūtur in hiſq; fetificāt. ideoq; ut p̄cipit columella mundiſſimis paleis & ſtramentis debēt eſſe gallinaꝝ conſtrata cubilia. CONſuetæ lecticulæ: Ideſt cū noluiſſet ſolitū cubile & quaſi lecticulā petere in qua conſueuerat molliter cubans oua parere. PRAEmatuꝝ prodidit partū: Signat gallinā peperiſſe. neq; ex oui īcubatu. ſed repēte pullū. p̄ſiliiſſe. qd ſane mōſtrificū fuit & dirū. nam cū gallina ſit ex genere ouiparo debet prius parere ouū. mox ex rupto putamine oui pullū excludere. qui partus eſt naturalis. nunc fetura præpoſtera peperit pullum abſolutum. Ouoꝝ men-

Poſcunt puocant

Hadriānæ. gallinæ generoſe

Error alberti magni.

Thales lapſus in foueam.

Oua gemina.

Luteum oui.

Oua euchyla.

tio ſubmonet me.ut nobiliũ ſcriptorũ diſcordes ſententias ſuper ouis hoc potiſſimũ in loco perpendamus.Columella ex ouis acutiſſimis longiſſimiſq; gigni mares ex rotundiſſimis fœminas tradit. Columellæ adſtipulat Plinius noſter in.x.fœmina inquit edunt quæ rotunda gignunt:reliqua mare.hoc idẽ ſentire uidet.& Oratius Flaccus.qui in ſermonibus probãs oua oblõga ait nãq; marẽ cohibent calloſa uitellũ:quæ ſaporis quoq; gratioris eẽ putat:& hæc noſtri inter ſe cõcinentes prodiderũt Attende quæſo reliqua.Albertus ille magnus miranduſq; in phyſicis rebus ſic ſcribit in.vi. de aĩalib⁹

Ex ouis rotũdis fœminæ

maius oſtẽtũ & qd merito phorreſcerẽt:exoritur. ſub ipſa enĩ mẽſa:q̃ reliquias prãdii gerebat:terra dehiſcẽs imitus:largiſſimus emicuit fons ſanguis.hĩc reſultantes uberrimæ gutte mẽſã cruore pſpergunt:ipſoq; illo momento:quo ſtupore defixi mirantur ac trepidant diuina p̃ſagia.cõcurrit unus e cella uinaria:nuncians omne uinum quod olim diffuſum fuerat:in omnibus

Dicit ariſtoteles q̃ oua longa & acuta producunt mares:rotunda fœmias:& hoc ẽ falſum oĩno:& uitiũ fuit ex ſcriptura peruerſa & non ex dictis philoſophi ꝓpter quod dicit auicẽna:q̃ ex rotũdis & breuibus ouis producuntur: mares.& galli.ex longis autem & acutis ouis producuntur gallinæ:& hoc concordat cum experiẽtia:quam nos in ouis experti ſumus.& cum ratione.hactenus Albertus magnus.ex cuius uerbis colligimus codices Ariſtotelis tẽpore ipſius Alberti congruiſſe cum ſententia Plinii & Columellæ ſuper ouis progenerantibus fœminas & mares.& ita ego opinor Ariſtotelem ſcripſiſſe & plinium qui Ariſtotelis quaſi interpres eſt luculentus in natura maxime aĩalium id ex ipſo mutuatum eſſe nec credo alberto uitiatos eſſe codices ariſtotelicos.etiam ſi experientia euidenter oſtenderet ex rotundis ouis mares ex acutis fœminas ex acuminatis mares.idem columella.Plinius.Oratius ſenſere ſcripſereq; ariſtotelem ſecuti. Nunc uero in libro ariſtotelis ſexto legitur prout correxit albertus magnus.ne magiſter diſcipulo diſſidere uideatur.ſed uetus ariſtotelica lectio eſt illa quam uitiatam dixit albertus:quam ſecutus eſt plinius:ne noſtros inſcitiæ arceſſamus aut incuriæ:an uero experientia reclamet gallinarius ſuper hoc eſt conſulendus.modo nobis conſtet ariſtotelem fuiſſe in ea hereſi:ut ex acutis ouis mares gigni crederet.ne plinius ariſtotelicus ab ariſtotele deuius uideatur:ne columella omnis uillicationis conſultiſſimus.in re uillatica lapſus iudicetur.Ratio uero quam affert albertus ex auctoritate auicennæ: ꝓ ex ouis rotundis mares producantur.haud quaquam a nobis refellenda eſt. Dii enim meliorem mihi:q̃ ut aduerſus tantum in philoſophia uirum hiſcere audeam:ſed philoſophicas phiſicaſq; haſce rationes phiſici philoſophi diſcutiant.Trutinentur exaniment.Nobis ſatis eſt ſi quæ hiſtorica ſunt uendicamus. MAius oſtentum:Oſtentum labeo diffinit eſſe contra naturam Cuiuſq; rei genitum factumq;:Duo autem ſunt ut inquit Vlpianus genera oſtentorum.unum quotiens cõtra naturam naſcitur:utputa Tribus mãibus forte aut pedibus.aut qua alia parte corporis:quæ naturæ contraria eſt.alterum cum quid prodigioſum uidetur.oſtenta autem dicuntur:ut Cicero & diuus Auguſtinus docent ab oſtendendo:quia oſtendunt aliquid futurum:ſicut monſtra quia mõſtrant & prodigia:quia prædicunt.alias oſtentum.ut ſæpe diximus participium eſt.quod ſignificat oſtentatum.M.Cato ager oleto conſerundo qui in uentum fauonium ſpectabit & ſoli oſtentus erit alius bonus nullus erit. REliquias prandii:Scribit plutarchus in problematis quod menſam uacuam tolli non ſinebant:ſed cum adhuc aliquæ reliquiæ ſupereſſent.ita interpretantes aliquid ſemper in futurum de eo quod nunc adeſt relinqui oportere:& per hodiernum diem craſtini meminiſſe:an quod urbanum & elegans putarent comprimere appetitum.& præſentis præparatiſq; cibariis abſtinere:an potius quod nihil ſacrum inane ac uacuum relinqui oportet menſa autem ſacra eſt. IMItus:Adnerbium eſt.ab imo deriuatum quod ſignificat in imo intra profunda & interiora terræ uiſcera:ſicut pœnitus pene intus dicitur. FONS ſanguinis:Auguſti cæſaris principatu Romæ tranſlatam tollendum e taberna meritoria oleum terra erupit fluxitq; toto die ſine intermiſſione ſignificans xp̃i gratiam ex gentibus.oſtentum autem uidetur maximum fuiſſe fons ſanguinis terra dehiſcente prorũpens:ſicut inter prodigia apud antiquos habebatur quotiens nunciabatur ſanguine pluiſſe:& carne phiſici nullum protentum eſſe autumant:ſi ſanguineus hymber:aut fons ſanguinis exiliſſet:aut fluuius atratus profluxiſſet:aſſerentes nihil fieri poſſe ſine cauſa:nec enim inquiunt ſanguis ille uerus eſt:qui niſi ex corpore eſſe non poteſt:ſed decoloratio q̃dã ex aliqua contagione terrena maxime poteſt ſanguini ſimilis eẽ:& ita cũcta referũt ad cauſas naturales quas qui ad liquidũ noſcere potuit fœlix eſt:ut canit poeta.ueꝝ ut inquit Plinius noſter multa ſũt in naturæ maieſtate abdita adhuc nobis in comperta. PRAEſagia:Quæ græci prognoſtica dicũt noſtri præſagia appellant.p̃ſagare eſt futura ante p̃ſcire:inde p̃ſagatio & p̃ſagia auctor.M.Tullius in primo de diuinatione. DIFFVſum:Vinaꝓprie diffũdi dicũt q̃n defecata i doliis cõdũt.Pli.ĩ.xiiii.Via iqt diffũdi ſolita apparet. Via defecari atq; diffũdi higinus ſuadet.poſt confectam brumam.ſic iuriſconſulti.ſic ſcriptores oẽs uina diffuſa nominant.Oratius uina bibes iterum Tauro diffuſa.Iuuenalis ipſe capillato diffuſũ conſule potat.

Ex ouis rotũdis fœminæ

Senten tia alber ti magni penſitata Super ouis rotũ dis & acutis.

Oſtentũ.

Oſtent⁹ ſoli. Menſa uacua non relĩ qt. Imitus. Oleũ fluxit e taberna. Sangui ne⁹. Fluuius. Prognoſtica. Preſagia. Diffũdi uia poſt brumã.

Vasa uinaria. DOliis: Vasa uinaria sunt: quod nullus ignorat: illud annotandū quod memorat iulianus iurisconsultus qui scribit uasa uinaria proprie esse uasa torcularia. Dolia autē & seriās tandiu in ea causa esse q̄ diu uinum habeant cum sine uino esse desierint in eo numero non esse: quoniam ad alium usum transferri possunt: ueluti si frumentum in his recondatur. REbullire: Prodigii loco & hoc fuit: quod uina: quæ iam pridem feruere desierant in doliis condita tunc repente rebullirent: nō aliter q̄ si ignis copiosus subditus fuisset: musti feruor primus & naturalis nouem ferme dieb⁹ ut plurimum peragitur: mox deferuescit: auctor plinius. Mustella necat basiliscum. Mustella: Aliud præsagium quod scilicet mustella serpentem peremisset: & peremptum mordicus traheret: cum contra potius debuisset a serpente mustella eneari trahiq̄. Plinius Solinus: cæteri prodiderūt mustellarum uirus esse exitio basiliscis. qui & ipsi mustellas necant simul odore: Commoriunturq̄: & naturæ pugnam conficiunt. Mustellarum duo sūt genera alterum siluestre. alterum domesticum. græci uocant ictidas. hæc autem quæ in nostris domibus oberrat. & catulos suos. ut inquit Cicero quotidie transfert mutatq̄ sedem: serpentes prosequtur: uulgo receptum est. mustellā dira portendere. si uiatori iter interruperit. apud plautum i sticho parasitus pro auspicio optimo accipit q̄ mustella murem abstulit mox cum parasitatio parum prospere procederet damnans augurium mustellæ inquit. Certum ē mustellæ post hac nunquam credere: nam incertiorem nullam noui bestiam. quin & ipsa decies in die mutat locum. FOrinsecus: Foras aduerbium est eadem formula dictum: qua extrinsecus. Apud terentium pro monstro est anguis per impluuium decidens de tegulis. VIrens ranula: Est parua rana in arundineris & herbis maxime uiuens muta ac sine uoce uiridis: quæ si forte hauriatur uentres bouum distendit auctor plinius in. xxxii. annotandum est obiter quod tradit democritus siquis extrahat ranæ uiuenti linguam & eā imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti: quæcunq̄ interrogauerit. uera responsuram. Addunt magi arundine transfixa ranæ natura per os. si furculus in menstruis defigatur a marito adulterum tediū fieri: quæ si uera sunt multo utiliores uitæ existimantur ranæ q̄ leges. Signum est tempestatis & pluuiæ coaxatio ranarum cum ultra solitum uocales sunt hinc scitum illud. M. Tullii ex epistolis ad atticum pluui as metuo ranæ ῥητορεύσιν ideſt rhetoricantur. hoc est canoræ sunt & instar oratoris uocales: quæ quidem res pluuias præsagat. STRANgulauit: Omnia hæc nimirum prodigiosa monstrificaq̄ sūt quod mustella serpentem mordicus traxerit: quod rana uiridis ex ore canis pastoralis exilierit: quod canem uastum formidandumq̄ aries uno morsu strangulauerit. DEiecerant aios: Afflixerant. & stupore attonitos aios effecerant: ut ignari eēnt incertiq̄ quid potissimū eēt expiandū: græce ἔκστασις dicit mentis excessus: quē nostri pudorē interpretant. i psalmis ubi ait propheta. ἐξέστη τὸ ἐκστάσει Transtulit Hieronymus i excessu mētis meæ aliter i stupore: & admiratōe mea. QuAlibus hostiis Vtrū. s. maioribus an minoribus. nā q̄dā ꝓdigia ꝓcurare prisci solebāt maioribus hostiis q̄dā minoribus partim ēt lactētibus: Liuius decretū est: ut ea ꝓdigia partim minoribus hostiis partim lactētibus ꝓcurarēt. hoc idē sæpe apud eundē ꝓterea in eligēdis bidētibus cauebat ne haberent caudā aculeatā. nec linguā nigrā nec aurē fissam. ꝓbabāt & iuuges hostiæ. hoc est quæ nūq̄ domitæ ac iugo subditæ fuissent. hinc eximiæ & egregiæ uictiæ uocabulū in sacrificiis nō tā poeticū epitheton: q̄ sacerdotale nomen est. adde & illud. quod hostias quasdā aiales uocabāt: quas sola aia deo sacrabat. TORpidis Attonitis stupētibus. & quodam animi simul & corporis torpore defixis. POstremas clades: Pessimas. s. & exitiales. Caius grachus postremissimū dixit intelligi uolēs pessimū & postremæ conditionis: ac loci. ADVLtis tribus liberis. uidet alludere ad ius triū natorū. quo immunitate donabāt. tāq̄ numerus triū liberorū foret plenissimus: Plato in legibus numerū liberorū ex duobus absolutū esse perfectūq̄ autumat: masculo. s. & fœmina. VErecundia præditis: Laus ꝓbissimorū filiorū. ut eruditi essent & uerecundi: est. n. uerecundia optimū i adolescēte signū & uirtutis color. ut dicere solebat cyni

doliis feruēti calore & prorsus ut igni copioso subdito rebullire. Visa ē iterea mustella mortuū serpētē forinsecus mordicus attrahēs: & de ore pastoricii cāis: uirēs exiluit rāula: iꝑmq̄ canē: q proxius cōsistebat ariesi: appetitū unico morsu strāgulauit. Hæc tot & talia igēti pauore domini illius: & familiæ totius: ad extremū stuporem deiecerant animos: quid prius quidue posterius: quid magis: quid minus: numinum cœlestium leniēdis minis: quot: & q̄libus procuraretur hostiis. Ad huc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis: accurrit quidem seruulus: magnas: & postremas domino illi fundorum clades anuncians. Namq̄ is adultis tribus liberis: doctrina instructis: & uerecūdia præditis: uiuebat glorioſus. His adolescentibus erat cum quodam paupere: modicæ casulæ domino: uetus familiaritas. At enim casulæ paruule cōtermios magnos: & beatos agros possidebat uicinus potens: & diues: & iuuenis: & prosapie maioꝝ gloria: male utēs:



Auspiciū mustellæ

Mixę de rana.

Ranæ rhetoricantur.

Ecstasis

Electio bidentium

Iniuges hostiæ.

Animalis hostia.

Postremissim⁹.

Color uirtutis

cus Diogenes:& memorat seneca. Cõtra senẽ ex eo nemo laudat q̃ sit uerecũdus: quoniã ut inquit Aristoteles in quarto ethicoꝝ nõ senili ætati cõuenit uerecundia:sed iuuenili.proinde laudamus ex iuuenibus uerecũdos.cũ seniorẽ nemo ex eo probet.qđ sit uerecũdus.Plautinus pater inquit. decet uerecũdũ eẽ adolescẽtẽ argyrippe:ipudentia & inuerecũdia nullũ habẽt cũ uirtute cõmertiũ q̃uis iterdũ inuerecũdia lucrosa sit q̃busdã.qui oris p̃duri sunt:& frontẽ p̃fricuerũt. prouerbiũ est apud græcos θεοσ η αιδειὰ.Dea est ipudẽtia.De his q ob inuerecũdiã quãdã & ipudẽtiã utilitati cõsulũt.auctor est Theophrastus. υβρεωσ και αιδειασ παρα τοισ αθηναιοισ ειναι βωμουσ.i.cõtumeliæ & ipudentiæ athenis eẽ aras: & fana.qđ ut uitiosum iprobat. M.Tullius cũ uirtutes non uitia deceat consecrare. POLlens factionibus:& ad diuitias quas antiqui factiones dixere.& ad clientum sequelam referri potest.Tales autem sunt formidãdi:cum non parere legibus sed imperare didicerint. VICIni tenuis:laudãt annales Pompeium uel ex hoc magni cognomento dignissimum.quod nunq̃ agrũ conterminũ:nũq̃ uicini fuudum mercatus sit. Contra insectatur Oratius Flaccus:eos,diuites. qui uicinos pauperes reuulso termino fundis exturbant:& laribus expellunt:qui diuitias mutilas esse existimãt & mãcas nisi uicini agellus accesserit:sicẽ scribit in secũdo carminũ.Quid quod usq; proximos reuellis agri terminos:& ultra limites clientũ salis auarus : pellitur paternos in sinu ferens deos:& uxor & uir sordidosq; natos : idem in sermonibus taxat uotũ illud cupidorũ.O si angulus iste proximus accedat:q nũc denormat agellũ.Quintilianus in ea declamatione:q̃ inscribitur apes pauperis: inducit pauperẽ de uicino diuite:& pollente opibus sic quærentẽ.Quot ciues pascebat nũc diuitis unus hortus:postq̃ proximos quosq; reuellendo terminos agros locupletis latius inundauit.æquatæ solo uillæ.& excisa patria sacra:& cũ coniugibus paruisq; liberis respectantes patriũ larem:migrauerũt ueteres coloni.Et late solitudinis indiscreta unitas facta est.hæc Quintilianus:Et profecto mala res est.uicinus malus.ut inquit hesiodus. πημακοσ γειτων. Columella de uicini iprobitate cõqueritur.multi ꝓpter iniuriã uicinorũ sedes suas pro fugerũt:sic pelasgi.sic siculi.sic aborigenes.patriũ solũ reliquere.quia malos uicinos ferre non poterãt.Iure igitur.M.Portius Cato talẽ pestẽ uitãdã censuit p̃monẽs paraturos agrum.ante oĩa intueri debere uicinũ:& quo pacto cõtermini uiuant.hinc scitũ illud Themistoclis qui cũ fundũ uenderet.p̃conẽ iussit proclamare. γειτοναχρηστον εχει.i.uicinum bonũ habet:tãq̃ ex uicini bonitate ager uendibilior censeretur. PAVperiẽ.significãter locutus.nã ut supra diximus. pauperies est imunda. pauptas est honesta.pauperies merito uitãda.pauptas appetẽda Oratius magnũ pauperies. obprobriũ iubet quiduis & facere & pati. PECVA.Pecora declinatio prisca:ut ante iã diximus. BOVes abigendo.In hanc sententiã sic refert satyricus poeta .Nocte boues macri lassoq; famellica collo Arma ad uirides huius mittuntur aristas.Nec prius inde domum: q̃ tota noualia sæuos in uentres abeant.ut credas falcibus actũ.dicere uix possis q̃ multi talia plorent .& quot uenales iniuria fecerit agros. FRVGAlitate spoliatũ:Attende noue quidẽ positũ. sed elegãter frugalitate pro frugibus .& frugũ messe.sic oleitas pro olei uindemia ponitur:alias frugalitatẽ dicimus temperantiã parcitatẽq; quæ ut Augustinus & Cicero testantur mater est uirtutũ omniũ.sicut nequitia uitiorũ.De frugalitate & qui dicãtur frugi copiosissime scripsimus in cõmẽtario tertio Tusculanarũ Defrugare uerbũ est uetus.quod significat segetes ẽmẽte frugũ priuare neq; ad legitimã sationis mensurã saturare .& ita lego illud catonianũ.segetẽ ne defruget:nã id infœlix est:quod uulgo legitur defrudet: pro defraudet.sed Catoni uerboꝝ priscorũ retinentissimo Conuenit priscum uerbũ defruget oppido q̃ decenter.A stipulatur huic nostræ emendationi. & Plinius noster his uerbis q̃ ex octauodecimo subscripsi huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendũ Segetẽ ne defruges. FINIVM questione:Titulus est apud iurisconsultos Finium regundorũ.quod iudicium pertinet ad p̃dia rustica.Iudici finiũ regundorũ permittitur:ut ubi nõ possit dirrimere fines a iudicatione cõtrouersiam dirimat. Vbi aũt fines confusi sunt:p mensorẽ termini iubentur declarari. VENdicabat:usurpabat:petebat ut suam titulus est apud iurisconsultos de rei uendicatione.ubi docet Vlpianus quod actio uendicationis habet locũ in omnibus rebus mobilibus.tã animalibus q̃ in his q̃ anima carent.& in his q̃ solo cõtinẽtur.uindiciæ appellantur res:eæ de quibus est cõtrouersia:Seruius Sulpitius uindicias dicit ait ab eo ꝙ uindicantur res ex cõtrouersia:de uindiciis:quas brutus & decẽ uiri leges decreuerũt secũdũ libertatẽ:Liuius in tertio & iurisconsulti uolumine primo digestorũ cõmeminerunt: ubi acutius indocte perperãq; exponit uindicias dici sententias a uindicio seruo q̃ sunt meræ nugæ. Tu expone uindicias pro rebus de quibus est controuersia : quæ quãdiu sunt in controuersia . & sub iudice debent esse in conditione libertatis honestiore:exempli causa cõtrouersia est de libero hoie:quẽ quispiã asse

Dea ipudentia.

Ara cõtumeliæ.

Malum uicinus malus.

Scitũ chemistoclis

Frugalitas.

Defrugare.

Segetẽ ne defruges.

Vendicatio.

Vindiciæ.

Lis uĩdiciarum.

rit in seruitutẽ:ex lege uindiciarũ debet hic esse ĩ libertate tãtisper: donec sententia iudicũ pronũciatũ fuerit liber sit an seruus:lis uindiciarũ est:ut Asconii uerbis utar cũ litigatur de ea re: cuius apud prætorẽ incertũ est:quis debeat esse possessor: & ideo qui eã tenet dat prædẽ litis uindiciarũ aduersario suo quo illi satisfaciat nihil se deterius in possessione futurũ.de qua iurgiũ esset. VT sepulchro paternũ solũ retineret.Lex.xii.tabularũ:uetat cadauera ĩ urbibus sepeliri:uerba legis hæc sunt:in urbe ne sepelito:neue urito.Decretũ quoq; collegio pontificũ est:nõ esse ius in loco publico fieri sepulchrũ:ĩagris

In urbe ne sepelito.

sepeliebãt. Diuus Adrianus pœnã statuit quadraginta aureorũ in eos qui ĩ ciuitate sepulchrũ faciunt: cuius rei meminit Vlpianus. Titulo de sepulchro uiolato. ubi Põponius quoq; sic scribit utimur eo iure. ut dominis fundorũ. In quibus sepulchra fecerũt etiã post uenditos fundos adeũdorum sepulchrorũ sit ius: quinetiã titulo de religiosis.ut refert Vlpiãus si quis sepulchrum habeat:uiam aũt ad sepulchrum nõ habeat:& a uicino ire ꝓhibeatur:Imperator Antoninus rescripsit inter ad sepulchrum petiꝓcario: & cõcedi solere: ut quotiens non debetur:ꝓpetretur ab eo qui fundũ adiũctũ habeat: Itẽ titulo si seruitus uendicetur: Idem Vlpianus auctor est q uiam ad sepulchrum in ꝑdiis possumus uẽdicare. Seruius grãmaticus ĩ.xi. cõmẽtario refert antiquã cõsuetudinẽ fuisse.ut in ciuitate sepelirentur. qđ postea inquit duillio cõsule senatus prohibuit & legauit ne quis in urbe sepeliretur.

ut suo saltem sepulchro paternum retineret solũ: amicos plurimos ad demonstrationem finium trepidans eximie corrogarat:aderant:inter alios:tres illi fratres cladibus amici ꝙtulum ferentes auxilium: nec tamẽ ille uesanus:tantillum præsentia multorum ciuiũ territus:uel etiam confusus:licet non rapinis:saltẽ uerbis: temperare uoluit. Sed illis clementer expostulãtibus; feruidosq; eius mores blandiciis permulcẽtibus: repẽte suã sororumq; carorum salutẽ: q̃ sanctissime adiurans: adseuerat: parui se pendere totam mediatorum ꝑsentiam.dẽiq; uicinũ illum auriculis per suos seruulos sublatum: de causa:longissime: statimq; proiectũ iri. Quo dicto insignis ĩdignatio totos audientiũ per tẽptauit animos. Tũc unus e trib⁹ fratrib⁹ incõtãter: & paulo liberius respõdit:frustra eũ suis opibus cõsisũ: tyrannicã supbiã cõminari. cũ alioqn pauperes etiam liberali legũ ꝑsidio:de insolentia locupletiũ consueuerint uĩdicari. Quod oleũ flãmæ:qđ sulfur incẽdio: qđ flagellũ furiæ:hoc & iste sermo truculẽtiæ hois nutrimẽto fuit.lãq; ad extremã insaniã uecors: suspendium sese: & totis illis: & ipsis legibus mãdare proclamans;

COR rogarat: Simul rogauerat Coegeratq;. Quãtulũ modicũ aliquãtulũ. TANtillum.Minimũ aduerbiũ est. CLEmẽter expostulantibus:Cum uerboꝝ moderatione:& modestia accusantibus:locutus est significãter & propriẽ: nã expostulare est q̃ri.& expostulatio ẽ q̃rela:apud illum ipm.qui peccauerit:postulare uero & postulatio de illo apud alterũ. MOres pmulcentibus.Iuxta illud Solomonis sermo mollis frangit irã.sermo durus suscitat furorẽ. MEDIAtorũ:Attẽde mediatores dici ab Apuleio pro conciliatores intercessoresq; notissimo significatu:q̃ dictio frequẽs est ecclesiasticis scriptoribus:rarissima illis priscis:quibus nullũ nisi emaculatũ nitidũ tersum uerbũ est.græco uocabulo proxoneta appellatur mediator pecunia locanda quiq; interponitur inter emptorem & uenditorẽ:quã dictionẽ nostri latinitate donauerunt:adeo ut notius sit uerbũ græcũ q̃ latinũ.nã qui sit quiq; dicatur proxoneta sciunt omnes. Qui uero sit pararius perpauci nouerunt:est aũt pararius latino uocabulo idem quod proxoneta:Seneca in secũdo de beneficiis.quidã uolunt nomina secũ fieri. nec interponi pararios nec signatores aduocari. ADseuerat:Affirmat. INCONtanter:sine cũctatione & mora. LIBErali legũ ꝑsidio: Libro prio digestoꝝ si quis iquit Vlpianus p potẽtiã aduersarii nõ inuenire se aduocatũ dicit:oportebit ꝓconsulẽ dare aduocatũ:opprimi enĩ aliquẽ per aduersarii sui potẽtiã nõ oportet.oĩbus tã infirmatibus q̃ sumatibus. ꝑsidio legũ par libertas eẽ debet:& æquũ ius.Hinc apud Liuiũ adolescẽtuli more regio & solutiore uiuere assueti.q̃runt leges rẽ surdã inexorabilẽ eẽ salubriorẽ meliorẽq; inopi q̃ potẽti nihil laxamẽti nec ueniæ hĩe si modũ excesseris.Liberali ãt ꝑsidio dixit utens uocabulo legali:liq đẽtulus ẽ apud iuriscõsultos de liberali cã.i quo de libertate.& assertiõe ꝓ necessariis psonis litigare permittit.Itẽ liberale iudiciũ appellãt:qđ datur ĩ cã libertatis asserẽdæ. Quod oleũ flãmæ.sicut oleũ flammæ fomẽtũ ẽ. sicut sulphur ignis icẽtiuũ:sicut flagellũ ĩ manu furiæ irritamẽtũ ẽ furoris.ita sermo iuuenilis fuit nutrimẽto ad feritatẽ truculẽtiãq; hois tyrãnici excitãdã:oleum autẽ in tãtũ est alimẽtum flãmæ: ut ligna amurca olei macerata ardere sine fumo Cato: Pliniusq; prodiderint.sulphur quoq; rem esse igni cognatam nullus ignorat.furiæ uero apud poetas flagello armantur:ut accincta flagello tisiphone.in hãc sententiã Oratius.hoc est oleũ adde camino. SVSpendiũ legibus.Verbũ hois truculenti & insolentis: qui legibus hominibusq; p cõtemptũ mãdat: ut se suspendãt:qui.n.dicit sũ

Tantillũ.

Expostulatio.

Postulatio.

Mediatores.

Proxoneta.

Pararius

Liberale iudiciũ.

Oleum flammæ fomes.

ſpende leges hic nimirū denotat ſe leges flocci nō facere. Plautus: uade & ſuſpende te. Lex ut inquit Pindarus regina oīum ē & dña. cui oēs mortales obſequi par eſt: perinde ac deo. Impoſſibile ē: ut Plato ſapiētiſſime ſcribit: illā rē publicā bene gubernari poſſe: in qua lex nō īperat. Duæ ſunt ſyllabæ iter ſe inimicæ atq; diſſidētes. q̄ eodē cōtubernio una eē nō poſſunt: uidelicet Ius & Vis. ubi enī domiat uis cōculcari ius neceſſe eſt. ubi aūt ius pollet uim propelli atq; exterminari cōſtat. hic ergo īpotēs & tyrānicus ius īprobās uim adamās legi ſuſpēdiū minitabatur ad uim īpotētiāq; cōuerſus: & profecto ut olim dixit ſapiens ille philoſophus. leges iterdū ſimiles ſunt telis aranearū atq; caſſiculis: qbus infirmæ beſtiolæ īplicantur: uali-diores trāſmittūtur. leges capiūt & mulctant ībecillos ac miſeros quas opulenti perrūpūt: eiſq; ut ait iſte ſuſpēdiū mādāt & laqueū

Lex regina oīum

Ius.

Vis.

Leges ut telæ aranearum.

canes paſtoricios: uillaticos: feros atq; īmanes: adſuetos abiecta peragros exiccare cadauera: p̄terea etiā trāſeuntiū uiatoꝝ paſſibus morſibus alūnatos laxari: atque in eoꝝ exitiū inhortatos: īmitti p̄cepit. qui ſimul ſigno ſolito paſtoꝝ incenſi: atq; inflāmati ſunt: furioſa rabie cōciti: & latratibus etiā abſonis horribiles: eunt in hoēs: eoſq; uariis aggreſſi uulneribus diſtrahunt: ac lacerāt: nec fugientibus ſaltem cōpeſcunt. ſed eo magis irritatiores ſequuntur. Tunc inter cōfertā trepidæ multitudinis ſtragē e trib⁹ iunior offenſo lapide: atq; obtunſis digitis: terre proſternitur. ſæuiſq; illis: ac ferociſſimis cāibus iſtruit neſariā dapē. protinus enī nacti p̄dā iacentē miſerū illū adoleſcentē fruſtatim diſcerpūt. atque ut ei⁹ lætalē ululatū cognouere cæteri fratres: accurrunt mœſti ſuppetias. obuoluti ſq; lacinia leuis māib⁹ lapidū crebris iactib⁹: propugnare fratri: atque abigerē cāes aggrediūtur: nec tñ eoꝝ ferociā: uel cōterere: uel expugnare potuere. quippe cū miſerrimus adoleſcēs: ultīa uoce prolata: uindicarēt de pollutiſſimo diuite mortē fratris iunioris: illico laniatus iteriſſet. Tūc reliqui fratres: nō tā hercules deſpata: q̄ ultro

CANes paſtoricios. M. Varro & Columella p̄cipiūt paſtorales & uillaticos canes eligi oportere magnitudine ampla uaſti latratus: craſſis ceruicib⁹ ac colio: cruribus rectis ac potius uaris q̄ uatiis. dicuntur autē crura uara. M. Varroni introrſum retorta: qualia ſunt pumilionū. uaris contrarii ſunt uaciæ: quoꝝ pedes depra uati diuaricantur genibus contiguis: Varorū & uaciarū mētio ē frequens apud ſcriptores. & in libris de analogia apud eūdē Varronē ſcriptū eſt: ſiquis pueroꝝ p delitias pedes male ponere atq; imitari uatias cœperit: hos corrigi oportere ſi cōcidat. FEROS: In oīus animalibus cuiuſcūq; generis ullū eſt placidū eiuſdē inuenitur & ferū: utpote cū hoīum

Crura uara uacia.

Ferum

Placidū.

etiā ſilueſtriū genera extent: Ariſtotele & Plinio auctoribus. PASSIbus: purior lectio eſt ſi legas paſſim. ALVMnatos: educatos alitos nutritos. LAXAri: ſolutis uinculis īmitti. Portius Cato: oportet inquit Canes interdiu clauſos eſſe: ut noctu uigilantiores & acriores ſint: Columella p̄cipit uillaticos canes ſeueros parandos ē: ut ſemp excandeſcant in exteros. LATRAtibus abſonis: Horrendis ac uaſtis: horribili enī fremitu: & uaſto latratu. eligendus eſt canis paſtoricius: apud Ouidium canis noīatus eſt hylactor uidelicet a latratu. nā ὑλακτέω uerbū græcū eſt qd̄ ſignificat latro. p̄cipit Columella. ne nominibus longiſſimis appellentur canes: quo celerius quiſq; uocatus exaudiat: ſicut latinū canis uocabulum eſt ferox: græcū ſcylax. dicitur aūt σκυλαξ̄ græce Catulus. OFFENſo lapidi: Cum lapidi pedē incuſſiſſet. īpegiſſetq;. obiere. ut Plinius inquit Emylius lepidus incuſſo pollice limini cubiculi: & aufidius cū egreſſus in ſenatū iret offenſo pede ī comitio: ominoſum credidit antiquitas in egreſſu domus offendere pedē ad limen. hinc illud poeticū omina ſunt aliqd. nā cū diſcedere uellet. ad limen digitos cōſtitit icta nape. OBtunſis digitis: ex ictu lapidis retonſis: & cū cruciatu oblīſis. NEPHAriā dapē: quid intelligi uelit. p nephariā dapē ſtatim ſubdidit dicens humanis carnibus paſtos eē canes perinde quaſi eſſent anthropophagi. ſic enī appellantur humanis carnibus uescentes. FRVſtatim. Minutatim & p fruſta dilaniant. Plautus dixit fruſtillatim ὑποκορίστικῶς ſic ſcribens in curgulione. Iam ego te faciā ut hic formicæ fruſtillatim differant. LAETalem. letum ſignificantē & qualis in morte emitti ſolet. SVPPEtias: opitulaturi accurrūt laturiq; ſubſidiū. OBuolutis leuis manibus: ſignat adoleſcentes inuoluīſſe ſiniſtras ueſtimento & quaſi obarmaſſe ad cōflictum: quod fieri ſolet ī quotidianis rixis. ut ſcilicet pro ſcuto ſit pallium circa ſiniſtram inuolutum. Liuius inter hæc dicta paludamento circa leuum brachium intorto. nam nec ſcuta quidem ſecū extulerant: in hoſtes impetum fecit: cæſar quoq; in commentariis belli ciuilis pompeiani ſic refert repentino periculo exterriti ſiniſtras ſagis inuoluunt: gladioſq; diſtringunt. PROpugnare fratri: defendere fratrem. & pugnare pro fratre Oratius propugnat nugis armatus. A. Gellius oppidum a cō ſule oppugnari dixit cōtra ab oppidanis propugnari. VINdicarent: hæc eſt uox ultima adoleſcentis qui moriens rogauit fratres ut mortem ſuam ulciſcerentur ſumpto ſupplicio de illo diuite qui

Lex ut telæ aranearum.

Canes ad latrandum.

Hylactor

Fruſtillatim.

Veſtis in tortam circa leuā

Propugnare.

Vindicat

Vindex.

causa mortis extiterat. Vindicare apud ueteres non tantum defendere. uerum etiam punire signifi/cat: unde oratius uindicem posuit pro punitore: ut interpretatur porphirio enarrans illud: uindex auaræ fraudis & abstinens. NEGLEcta salute: qui uitæ suæ negligens est: alienæ sit dominus. qui salutem propriam cõtemnit: is in potestate habet alienum spiritum. VELItantur: Depugnant: Congrediuntur ex congressione uelitum ducto uerbo. EXANImatus: Modo extinctus alias perturbatus: est autem sensus cum adolescens ille ex uulnere lanceæ peremptus esset & extinctus nõ tamen corruit ad terram prout mortuus homo concidere consueuit: cur autem moribundus non caderet causa fuit telum quod trãs fosso iuuene infixum terræ suspenderat corpus & libratum tenebat in sublimi. SOLO: Terræ. NIXVS uiolentia: Genitiuus casus est quem patrium uocant: & quarti ordinis nomen: hic nixus huius nixus: ut conatus pro nitendi impetu. RIGore librato: Rigiditas teli & duricia significatur. Cuius libramento transfixum iuuenis corpus suspensum contineretur. SICcario illi: Diuitem factionibus pollentem & truculentem & homicidam. Tempestiuo uocabulo siccarium nuncupat. LONGo iactatu: Inter tela sunt & lapides. qui e longinquo iaciuntur. Telorum autem appellatiõe quicquid lõge iaci potest significatur ex etymologia ἀπο του θηλοῦν: Paulus iurisconsultus telorum inquit appellatione omnia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur. M. Tullius in oratione pro cecina. docet armatos si latine loqui uolumus appellari tantum illos. qui scuti telisq; parati ornatiq; sunt. qui uero saxa iacerent qui de terra ipsi tollerent non dici armatos. neq; esse arma cespites neq; glebas: Verum cum causæ non uocibus sed rebus ponderentur. apellatione armorum saxa continebuntur: Quod & caius iurisconsultus euidenter ostendit. his uerbis. Armorum appellatio non utiq; scuta & gladios & galeas significat sed & fustes & lapides. CONtorto: immisso iacto: torquere est iacere. & immittere. Tortores machinarum Amiano marcellino sunt: hii qui ex machinis bellicis tela iaculantur: atq; contorquent. CASSO: irrito uano futili: cassitare uerbum est: non ab hoc uocabulo casso deriuatum: sed a uerbo cado: significat enim frequenter cadere: quod & uis significationis ostendit: uerbum prope peculiare iurisconsultorum: qui sic scribunt. Si ex tegula cassitauerit stillicidium: postea ex tabulato: uel ex alia materia cassitare non potest. INNOxius. nihil nocens. & ad lapidem refert. VINdictæ speculam: Speculationem quasi quandam ultionis capescendæ: speculam enim dici locum editissimum ex quo speculamur. quis nescit: quod speculatorium eleganti uocabulo Cyprianus appellat: uel potius ex pone peculam pro paruam spem. ut a spe sit ὑποκορισμα: ut sit sensus. non nullam spem uindictæ sub ministratam esse iuueni. ex humaniore prouentu. ut. s. ex eo quod prouenerat nactus occasionem fingeret manum ictu lapidis debilitatam: & sub hoc prætextu diuitem aggrederetur. COMpellat. Alloquitur cum amarulenta incusatione. FRVEre exitio. Tanquam clades nostra sit fructus tuæ beatitatis: & gaudium. Res aliæ sunt ut inquit diuus Augustinus in primo de doctrina christiana. quibus fruendum ẽ: aliæ quibus utendum: illæ quibus fruendum est beatos nos faciunt: frui enim est amore alicui rei inherere propter se ipsam: utendũ est nũmo ut fruamur deo. sed nũc ordine præpostero multi frui malunt nũmo: tãq; deus propter nũmũ colendus sit. CRVdelitatẽ pasce: Sicniobe apud Ouidium pascere crudelis nostro latona dolore. TVIS ciuibus. Ciues nostri alio noie latine & elegãter dici possunt municipes. populares cõterranei. qui cõciuẽ dicit nouitio uerbo utitur: nec apud sæculum illud eruditum temere usurpato: male litterari inscitissime illiberalissimeq; cõpatriotã dicunt dictione prorsus barbarica & ex contubernio latinitatis exposa. PROterminaueris. Propagaueris auxeris promoueris fines: proterminare a termino promouendo ductum uerbum.

neglecta sua salute: contedũt ad diuitẽ. atq; ardentibus animis. ipetuq; uesano lapidib9 crebris ĩ eũ uelitãtur. At ille cruẽtus & multis ante flagitiis similibus exercitatus pcussor: iniecta lãcea: duo9 alterũ per pectus medĩ transadegit: nec tamẽ peremptus: ac prorsus exanimatus adolescẽs ille terræ cõcidit. Nam telum transuectũ: atque ex maxima parte pone tergum elapsum: soloque nisus uiolẽtia defixũ: rigore librato susp̃ederat corpus. Sed & qdã de seruulis procerus & ualidus: sic cario illi ferens auxilium lapide contorto: tertii illius iuuenis dexterum brachium: longo iactu petierat: sed impetu casso: per extremos digitos trãscurrens lapis: contra omnium opinionem deciderat innoxius: non nullã tamẽ sagacissimo iuueni prouentus humanior uĩdictæ speculã submĩstrauit. Ficta nãq; mãus suæ debilitate: sic crudelissimũ iuuenẽ cõpellat. Fruere exitio totius nostre familiæ: & sanguine trium fratrum insatiabilis tuã crudelitatẽ pasce: & de prostratis tuis ciuibus gloriose triũphatũ scias. licet priuato suis possessionibus paupere: fines usq; & usq; proterminaueris:

HABIturum te uicinum: Nullus est tam opulentus: nec tam magna latifundia possidet: ut non uicinum aliquem habeat & conterminum. nam & regnis finitima sunt regna. & collimitio quodam regiones maximæ terminantur. CONtusa decidit: Debilitata infractaq; corruit: intellige cum uerbis manum quasi lapsabūdam ostentasse. FVriosus latro: Modo siccarius. mō latro. modo uesanus. nominibus sane conuenientibus nominatur hic diues & factiosus. SVA manu: Cum fuisset percussus in brachio ictu lapidis a seruo contorti. nunc diues tyrannicus sua manu non seruili perimere iuuenem festinat. NIsu. Conatu & impetu. NEC sui molliorem: Ideſt diues prouocauerat prouocatorem nihil ipso deteriorē. imo longe ualentiorem. quod & exitus ostendit. ELIdit animā: Quasi ui elisam. extrusāq; intelligi uult Plinius ait uillas elisas montiū cō cursu. DELIbuto mucrōe: Ideſt gladio illo adhuc sanguinolento semet interfecit gula execta: quo diuitem interemerat: cuius sāguine adhuc madebat. PRAESAgiuerāt ostēta: Ouū gallinæ fons sanguinis, pdigiosus: mustela serpētē mordic⁹ trahēs: rana ex ore canis exiliens p̄sagauerāt denūcia uerantq; clades hasce præscriptas.

habiturum te tamen uicinum aliquem: nā hæc etiā dextera: quæ tuum prorsus amputasset caput: iniquitate fati cōtusa decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro: rapto gladio: sua miserrimum iuuenē manu perempturus: inuadit auidus: nec tamē sui molliorē prouocauerat: q̄ppe īsperato & longe cōtra eius opinionē resistēs iuuenis. amplexu fortissimo arripit eius dexterā: magnoq; nisu: ferro librante: multis & crebris ictibus impuram elidit diuitis animā: & ut accurrentiū etiā familiariū manu se liberaret. cōfestī adhuc inimici sāguine delibuto mucrone gulā sibi prorsus execuit. Hæc erāt: quæ prodigiosa p̄sagiuerāt ostenta: hæc quæ miserrimo domino fuerant nnnciata. nec ullū uerbū: ac nec tacitū quidē fletū tot malis circūuētus senex quit emittere. Sed arrepto ferro: quo cōmodum inter suos epulones: caseū atq; alias prandii partes diuiserat: ipe quoq; ad instar infœliciſſimi sui filii iugulū sibi multis ictibus contrucidat: quoad supermensam tremulus corruens portentosi cruoris maculas noui sanguinis fluuio proluit. Adistum modum puncto breuissimo: dilapsæ domus fortunam hortulanus ille miseratus: suosq; casus grauiter ingemiscēs: dēpensis pro pandio lachrymis: uacuasque manus cōplodens sepicule: protinus infesso me retro quam ueneramus uiam capessit. Nec innoxius ei saltē regressus euenit. Nā qdā procerus: & ut īdicabat habitus: atque habitudo: miles e legione: factus nobis obuius: superbo atque arrogāti sermōe pcōtatus ē: quorsum uacuū

NEc ullū uerbū quiuit emittere: Senex pater audito obitu filiorū miserabili: nec loqui potuit præ dolore nec flere: quasi aggere malor⁹ p̄ssus attonituſq; : Virgilius i. xi. narrat euandrum uix hinscere potuisse procumbētem supra cadauer palantis filii. & uia uix tandē uoci laxata dolore est. COMmodum: Modo id horæ. ut sæpe apud hūc scriptorem positum est.

EPVlones: Modo compransores conuictoresq; : alias dicuntur sacerdotes ministri pōtificum In cœnis de quibus suo loco plura diximus quos notat Lucanus illo uersu: septē uirq; epulis festus titiiq; sodales. TREmulus: sic Iuuenalis de priamo sene tuuc miles tremulus posita tulit arma tia Epulōes.

ta: & ruit ante aram summi iouis ut uetulus bos. PORtentosi cruoris maculas. signat sanguinis fontem. qui emicuit largissimus ex quo resultantes guttæ mensam cruore per sparserunt. qui sanguineus fons portendebat sanguineum fluuium. ex corpore domini senis promicantem. DEPENsis pro prandio lachrymis. Cum stabulario & cauponi soleat uiator pro prandio nummos persoluere. nunc hortulanus lachrymas hospiti non nummos dependit: Sympathia quadam affectus ob diuersa infortunia. MAnus complodens. Complodere manus est inter se illidere. & percutere: quod fa Cōplodere mānus.

cere solemus in lamentatione & luctu: Oratores in actione causarum feriunt femur cedunt pectus complodunt manus quod improbans Quintilianus dixit in. xi. complodere manus scenicum est. & pectus cedere: complosio quoque pedis in oratore si crebra sit uituperat idem Quintilianus: quam decentem fuisse in. M. Antonio oratore testis est. M. Tullius. INsesso. Legendum est in sesso. ut sit sensus hortulanus insidens dorso meo per eandem uiam. qua uenerat retro rediit. HABItus & habitudo. Vestitus & corporis liniamenta militem esse indicabant. De habitu & habitudine enarratius suo loco diximus. MIles legione. Legionarius miles significatur. namq; Vegetio & modesto auctoribus milites bifariam diuiduntur in legionarios & auxiliares: legionarii sunt Romani auxiliares externi. qui a sociis uel fœderatis gentibus mittuntur. Miles e legione longe honoratior est q̄ miles auxiliator. Nam legionibus semper auxiliatāq; leuis armatura in acie iungebantur: ut in his præliandi

Legionarii milites

magis adminiculum esset q̃ principale subsidium. In donis militaribus dandis seruabatur illud discrimen. ut auxiliares externos torquibus aureis donarent: at ciues nisi argenteis. contra armillas ciuibus dabant. quas non habent externi cuius rei meminit Plinius noster. in. xxxiii. DVceret asinum. Ex Luciano qui ait ηρετο τον κηπουρον οπου απαγοι τον ονον εωσ interrogauit hortulanum quo abduceret asinum. MErore. Ex infortunio. quo pessundatam uiderat hospitis domum. LATIni sermonis ignarus. Militem latino sermone alloquutum esse hortulanum testis est Luciãus sic scribẽs: προσταλαλει προσ ημασ τηι ταλῶν φωνη primum nos alloquitur uerbis italicis. Vnde hortulanus τησ φωνησ αφονοσ. idest linguæ ignarus nihil respõdit. FAMIliarem insolẽtiã utrũ illi tantum militi insitam ingenitamq; an generaliter insolentia dicitur familiaris esse militibus: cum id genus homines ferme: omnes uideamus insolentes. ac fastu tumẽtes. CONficior: Corrige conuitio. idest probro tanq̃ silentium hortulani pro conuitio & maledicto fuerit militi. uel potius lege ut cõiicio. Idest ut coniecto & coniectura opinor ut sit uerbum. VIte quam tenebat: Lucianus dixit. παιει τηι ραδοτιγι τον κηπουρον. idest ferit flagello hortulanum. Noster uero doctius inquit uite obtusum esse: respiciens uidelicet ad Romanorum disciplinam: ac ritum. apud quos militare quasi insigne & gestamen erat Vitis: quam centuriones prope peculiariter gestabant: eaq; pecantes milites castigabant: Plinius in. xiiii. centurionum in manu uitis atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat: Plutarchus in galba. Sempronius inquit centurio sublato palmite quo centuriones in milites sontes animaduertunt: in eos: qui inuadebant: clamabat: & ut imperatori parcerent iubebat. Scribunt iurisconsulti titulo de re militari: quod miles si uitem tenuit centurioni se castigare uolenti militiam mutat: si ex industria fregit: uel manum centurioni intulit capite punitur. hinc a Macrobio uitis scito epithero centurialis dicta: annotanda est obiter circunlocutio poetarũ decentissima: qui centurionem describere uolentes hac periphrasi utuntur: ut uitis latiæ nuncupatione designent: Lucanus in. vi. pharsaliæ. promotus latiam lõgo gerit ordine uitem. Martialis. Vare parethonias latia modo uite per urbes nobilis Silius in. iii. punicorum uitis latiæ præsignis honore. Item in. xii. Ennium centurionem fuisse intelligi uolens decenter ait Miscebat primas acies latiæq; superbum uitis adornabat uitæ decus. ex hac doctrina est illud Satyrographi nodosam frangebat uertice uitem. Idem centurionatum significans dixit. aut uitem posce libello. SVPplicue: Suppliciter. Sermonis ignorantia: Tot sunt gentium sermones: ut inquit eleganter Plinius: tot linguæ: tanta loquendi uarietas: ut externus alieno pene non sit hominis uice. ex hoc linguarum discrimine & sermonis ignorantia fit: ut græci in latino: latini in græco sermone surdi sint: Deniq; omnes ut. M. Tullii uerbis utar: in his linguis: quas non intelligimus: quæ sunt innumerabiles surdi profecto sumus: Diuus quoq; Augustinus libro de ciuitate die undeuigesimo in hanc sententiam scribit hæc digna memoratu. In quo primum linguarum diuersitas hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam neq; præterire sed simul esse aliqua necessitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius: facilius sibi animalia muta etiã diuersi generis q̃ cum illi sint homines ambo sociantur: quando enim quæ sentiunt inter se communicare non possunt. propter solam linguarum diuersitatem. nihil prodest. ad sociandos homines tanta similitudo naturæ: Ita ut libentius homo sit cum cane suo q̃ cum homine alieno. VBI ducis? Attende elocutionem inusitatam: ubi ducis? cum ex grammaticali disciplina & norma dicendũ fuerit Quo ducis? Verum Lucius noster ut ego opinor: nõ minus scite q̃ festiuiter militem grãmaticæ institutionis ignaræ inducit militariter loquentem puaricato grãmaticoꝝ decreto: minimeq; obseruantem placita donatistarꝝ. SED mihi inquit: Verba militis insolentis. qui nullo iure asinum ab hortulano abducere contendit tãq̃ probet responsum illud galloꝝ ferox & iniquũ: qui Romanis dixerunt se in armis ius ferre. & omnia fortium uirorum esse. Plato quoq; in gorgia prodidit natura comparatum esse ut præstantior plus habeat q̃ inferior: & potentior q̃ debilior. Vnde & pindarus herculem ait neq; emptos neq; donatos gerionis boues abegisse: ut pote naturali ipso iure dictante: & boues & cætera omnia. quæ ab hominibus possidentur eius esse debere qui præstantio sit atq; ualentior. PRAEsidis: Nomẽ præsidi generale est: quo omnes prouincias regentes significantur. præses prouinciæ

duceret asinũ? At meus dominus adhuc merore permixtus & alias latini sermõis ignarus: tacitus præteribat. nec miles ille familiarem cohibere quiuit insolentiam: sed indignatus silentio eius: ut cõuitio: uite quã tenebat: obtundens eum: dorso meo perturbat. Tũc hortulanus supplicue respondit: sermonis ignorantia se: quid ille diceret: scire non posse. Ergo igitur egre subiiciens miles: ubi inquit ducis asinum istum? Respõdit hortulanus petere se proximam ciuitatem. Sed mihi inquit opere eius opus est: Nam de proximo castello sarcinas præsidis nostri cum cæteris iumentis debet aduehere: & iniecta statim manu: loro me quo ducebar arreptum incipit trahere. Sed hortulanus.

Vitis cẽturiõis gestamen.

Vitis latia.

ennius cẽturio.

Surdus hõ in aliena lĩgua.

Respõsũ gallorũ.

Omnia fortiũ eẽ.

Præses.

uinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. præsidibus ituris in prouinciam publice locari solent tabernacula. & iumenta sarcinaria ad utensilia deportanda. Augustus uero auctore Suetonio instituit ut certa pecunia cõstitueretur proconsulibus ad mulos & tabernacula: hic legimus apud Iampridium. Quod Alexander Romanus imperator præsides prouinciarũ ita instruebat ut acciperent mulos binos. equos binos muliones & alia necessaria reddituri deposita administratione mulos equos & muliones. cætera sibi habituri. si bene egissent: In quadruplum redditurí si male. PRIoris plagæ: Qua scilicet eum obtundens miles uitigineo fuste ex asino deturbauerat.

prioris plagæ uulnere prolapsum capite sanguinem detergens: rursus deprecatur: ciuilius atq; mãsuetius uersari cõmilitonem: idq; per spes prosperas eius orabat adiurans. Nam & hæc ipse aiebat / iners asellus & nihilo minus morbo detestabili caducus: uix etiã paucos olerum manipulos de proximo solet: anhelitu lãguido fatigatus: subuehere: nedum ut rebus amplioribus idoneus uideatur gerulus. Sed ubi nullis p̃cib⁹ mitigari militem: magisq; in suam perniciem aduertit efferari: iamq; inuersa uite de uastiore nodulo crebrũ suum diffindere: currit ad extrema subsidia: simulans quærere: ad cõmouendam miserationem: genua eius uelle contingere: summissus atq; incuruatus: arreptis eius pedibus utrisque sublimen elatum terræ grauiter applodit. & statim: qua pugnis: qua cubitis: qua morsibus: etiam de uia lapide correpto: totam faciem: manusq; eius & latera conuerberat. Nec ille ut primũ humi supinatus est: uel repugnare: uel omnino munire se potuit: sed plane identidẽ cõminabatur: si surrexisset: sese concisurũ eum machera frustatũ. Quo sermone eius cõmonefactus hortulan⁹: erripit ei spathã eaq;

MORBO caducus: Ostendit hortulanus asellum illum minime expetibilẽ esse minimeq; precioſum: ut pote qui inualidus fit: & comitiali morbo conflictetur: fiatq; cassabundus: sed hoc rustice magis dictum: q̃ scite ẽ: cum morbus comitialis siue caducus non tam ad iumenta: q̃ homines pertineat: quo non pauci uexantur de quo copiosissime apud Suetonium in primo commentario. Plinius. & cæteri scriptores tradũt solas animalium coturnices præter hominem sentire morbũ comitialem. Quod si uerum est. Asinus huic morbo obnoxius esse non potuit. MANIpulos: Fasciculos herbarum hortensiũ: quas hortulani manipulis alligatas frequenter in urbem deferre uenales consueuerunt. REBVS amplioribus: Sarcinis præsidis aduehendis: dixerat enim miles uelle se uti opera asselli. huiusce dossuarii ad sarcinas præsidis deferẽdas.

Comitia ls morbus.

Coturnices morbo caduco obnoxiæ

VICE: Errore unius littere minutulo quidem corrupta dictio est. sed qui etiam intelligentiam eruditi lectoris obturbet ac remoretur. proinde legas uite. ut sit sensus militem insolẽtia familiari efferatum inuertisse uitem: quod militare gestamen est: ut ea scilicet parte: quæ nodosior ẽ: & uastior: quæq; manu cõtineri solet diffinderet caput hortulano. SIMVlans quærere. Purior lectio est si legat⁹ simulansq; ut sit particula tantũ copulatiua. GENVA cõtingere. Deprecatores supliceſq; genua attingũt ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant: ut sæpe iam dixi. Antiquitas misericordiæ genua consecrauit: ut frontem genio: & dextram fidei. ARREPtis pedibus. In hanc sententiam est illud quinti curtii subductis repente pedibus arietauit ad terram. TERræ applodit. Allidit ad terram. & cum soni tu affligit. Lucianus. ἐκ τῶν πόδων ὑποσπασων εἰς τὴν ὁδὸν ἐκτυπεῖ. ideſt pedibus subtractis in uiam extẽdit. Qua pugnis: Ideſt partim pugnis partim cubitis. hæc enim particula. in hunc sensum usurpatur. M. Tullio. Liuio. Plinio cæteris. ad præsens sucurrit illud ex epistolis Plinii. medium tẽpus distentum impeditumq; qua officiis maximis: qua amicitia principum egisse: apud Plautum ait pasitus. Meus ẽ balista pugnus: catapulta cubitus. Qua morsibus: Parti morsibus: morsus hominis iter asperrimos munerat⁹. ut tradit Plinius in .xxviii. medẽtur sordes exauribus. Lucianus. ἐπαίει ἐκεῖ ῥοῦ οὕτως χείρι καὶ ποδὶ καὶ λίθῳ ἐκ τῆς ὁδοῦ. i. feriebat illũ manib⁹ pedib⁹ lapide de uia correpto.

Genua miseridiæ: Frons genio.

Qua.

REpugnat⁹. Græce dicitur. ἀντεμάχεσθαι. IDENtidẽ. Frequẽter sepicule. CONcisurum machera. ex Luciano. ἡπείλει ἐπαράσσειν ἀποκτεῖναι τῇ μαχαίρᾳ græci macherã uocant spatham. siue gladium. ut lãdiximus. Vnde macherophori pro satellitibus ensiferis: & macheropios pro fabro gladiorũ: apud psalmographũ lingua eorũ gladius acutus græce dicitur machera: & ita dixit ruffinus.

Macherophori. Macheropius.

FRVstati. Minutatim p fustra. & minutias: aduerbiũ est de quo iã dictũ ẽ. SPAthã. Antiqui græco uocabulo spathã dicũt ensem: & apd græcos scribit⁹ p. o. ideſt th. mirũ illd qd' hæc dictio q̃uis græca sit notior tñ uulgo est: atq; frequẽtior i quotidiano idiomate: q̃ ensis gladius mucro sicut sexcẽta alia de qbus alias: Milites Romani grauis armaturæ habebant auctore Vegetio gladios maiores quos spathas uocant: & alios minores. quos semi spathas uocant plumbatas quinas positas in scutis quas primo

Spatha. Semispathæ.

impetu iaciunt.præterea ſpathæ apud græcos.ut docet Iulius pollux appellatur ramus palmæ:a qua balani. balani hoc eſt dactyli dependeant:quo in ſignificatu eſt illud ex leuitico ſumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ ſpatulaſq; palmarum.ab ſpathe fit υποκορισμα.hoc eſt diminutiuum ſpathalion hinc apud Martialem lẽma eſt.ſpathalion cariotarũ:accipiturq; pro ramulo palmæ cum dactylis dependentibus:quas cariotas & cariotidas idonei auctores appellant:nõ me fallit in pleriſque codicibus epigrãmatarii poetæ non ſpathalion legi.ſed petalion.qui etiam ſpathalia ſunt Plauto & Plinio inſtrumẽta delitiarũ muli ebrium:quæ Hermolaus barbarus a ſpathale nympha deduci autumat.ego aũt a uerbo græco ſpathao quod ſignificat delicate ago ut apud Ariſtophanem ωγυραι λιαν σπαθας Longiſſime abiecta.Luciãus και ριπτει πορρω ideſt & longe proiicit. Quiens: potens ualẽs:quit enim dicit poteſt cuius contrarium eſt nequit.

Spathalion Cariotæ.

SIMVlat ſe mortuũ: Lucianus. ψευδετοωσ τεθνηκε εν ταισ πληγαισ mentitus eſt ſe mortuum eſſe ex plagis. NEC HORTVLVM CVRANS INVIſere: Lucianus ait hortulanũ tradidiſſe hortum συνεργω ideſt ut uerbum exprimã de uerbo.cooperatori cuipiam colendũ. uerba Luciani hæc ſunt. τον μεν κηπουρον του συνεργω τινι επελαθε γεωργειν. TANtiſper occultaret Tam diu donec euaderet iminẽs periculũ.Poſtulat autem particula tantiſper poſt ſe dum donec: quoad.Terẽtius ego te meũ eſſe dici tantiſper uolo:dum: quod te dignũ eſt facias.Interdũ abſolute ponitur & ſignificat interea: & tam diu: Liuius in primo id imperiũ ei ad puberẽ ætatẽ icolume mãſit tantiſper tutela muliebri.Donatus tantiſper dictũ eſſe ait pro ẽſſi tantum.ut pauliſper quaſi paululũ.& parũper quaſi parũ CAPItalẽ cauſam.Dicit capitalis cã: qua agitur de capite.hominis & ſalute.Capital facinus dixerũt ueteres qđ capitis pœna luitur:apud Plautũ capitalis edis facta eſt:apud oratiũ ira fuit capitalis pro exitiali.& peſtifera.ſic & homo capitalis.M.Tullio dictus pronoxio.& peſtilẽti. COMplicitis pedibus.Luciãus. επελε αραντεροι εκ τωρπολωμ κωμι ζουσιμ αρωτηκλινακι εσ οικηματα υπερωα ideſt me aũt tollẽtes pedibns deportat p ſcalas in cœnaculum ſuperius. DEORſus.Græce dicit κατω.ideſt inferne ſiue inferius. DIREpit in ciſtulã.Clanculo & furtim irrepens occultatur ſub ciſtula.Lucianus τον μεν επορλεσποτην εν κιβωτω επικρυψαν.i.dominũ meũ in arca occultarunt. SVPERgeſto orificio.In ciſta ſiue arca delituit hortulanus operculo ſuppoſito.ne uiſceretur.Orificiũ accipe pro tegumento ſiue opculo.quo ciſtæ os occluditur:orificia uentris duo ſunt.quoꝝ ſuperius recipit deuorata & in follem ſtomachi recondit. inferius uero demiſſum inteſtinis adiacentibus inſeritur:& inde uia eſt egerendi. auctor Macrobius in ſeptimo ſaturnalium. EMERSVS graui crapula. Allegoricos tanq̃ experectus excitatuſq; a ſomno poſt uinolentiam:& enim uinolentorum eſt ut crapula mergantur:quæ ut inquit Ariſtoteles in problematis eſt proprie feruor quidam & inflammatio ex uino:quæ plus conflictat q̃ temulentia:Plinius in.xxiii.de uino loquens ſic ſcribit. Nouitium reſinatum nulli conducit capitis dolorem & uertigines facit:ab hoc dicta crapula eſt. NVTAbundus. Lapſabundus uacillans titubante greſſu & capite grauato/Lucianus ολεστρατιωτησ εκτησ ολουτοτε μολισ επαμοσ τασσωσ εφασαρ καρηβαρωρταισ πλιγαισ ηκεν εισ την πολην ideſt miles ex uia uix ſurgens capite nutanti propter plagas uenit in ciuitatem. DE impotentia.De infirmitate imbellia imbecillitate: Alias impotentia dicitur imodica intolerandaq; potentia:ſicut & impotens tyrannus.& impotens fortuna pro nimium potens. INIVriam deuorans.Conſimile ẽ illnd Terentianũ.accipienda & muſitãda iniuria adoleſcentiũ ẽ. Cõmilitones.Græci συσστρατιωτας dicunt cõmilitones q & cõmilites dicũt:cõmilitiũ quoq; appellant cõmunẽ militiam.Lucianus και τους στρατιωτας τοισ συν αυτωερτυχωμ

longiſſime abicta: rurſus ſeuioribus eũ plagis aggreditur:nec ille proſtratus: ac præuẽtus uulneribus:ulliũ reperire quiens ſaluti ſubſidiũ:quod ſolũ reſtabat ſimulat ſeſe mortuũ. Tũc ſpathã illam ſecũ adportans hortulanus:inſenſo me cõcito gradu recte feſtinat ad ciuitatem:nec hortulum ſuũ ſaltem curans inuiſcere: ad quẽpiam ſibi deuertit familiarem:cũctiſq; narratis: deprecatur periclitanti ſibi ferret auxiliũ.ſeq; cũ ſuo aſi bi aſino tantiſp ocultaret:quo ad celatus ſpacio biduitriduiue capitalẽ cauſam euaderet.Nec oblitus ille ueteris amicicie prõpte ſuſcipit:meq; per ſcalas:cõplicitis pedibus:in ſuperius cænaculum attracto.Hortulanus deorſus in ipſa tabernacula direpit:in quandam ciſtulam. & ſupergeſto deliteſcit orificio. At miles ille:ut poſtea didici:tandem uelut emerſus graui crapula:nutabundus tamen: & tot plagarum dolore ſaucius:baculo ſeuix ſuſtinens: ciuitatem aduẽtat:confuſuſq; de ĩpotentia: deq; inertia ſua qcq̃ ad quẽq̃ referre popularĩ ſed tacitus iniuriã deuorans: quoſdã cõmilitones nactus:iſtã tunc cladẽ enarrat ſuã. Placuit utipe qdem

Tãtiſper

Capital.

Orificiũ.

Crapula

Impotentia

Cõmilitones.

CONtubernio:Domicilio militari significanter & proprie:nam contubernium dicimus decē milites sub uno papilione degentes:quibus qui præest caput contubernii nominatur.Centuria in decem contubernia diuidebatur. TANtisper:Interim aliquādiu absolute dictum ut supra annotauimus. GEnium milites per genium imperatoris & maiestatem iurant:se nunquam desecturos militiam:nec mortem recusaturos pro Romana re publica:& omnia se strenue facturos:quæ præcepit imperator:ideoq; sacramenta dicuntur.ut docet Vegetius.hinc apud Satyrographum legimns.nūc alia emolumēta notemus sacramentoꝝ.Auctor est Tertulliāus in apologetico.Quod gentiles sacra faciebant pro salute imperatoris:& geniū eius deierabant: & citiuis deniq; per omnes deos q̄ per unum genium cæsaris peierat. OB amissam spatham: Miles qui ī bello arma amisit uł alienauit capite punitur: humāe militiam mutant. ut docet iurisc̄ōsultus titulo de re militari. ubi sic scribit paulus. arma alienasse graue crimen est.& ea culpa desertioni exæquatur. utiq; si tota alienauerit si tibiale uel humerale alienauit castigari uerberibus debet:si uero loricam:scutum galeam.gladium desertori similis ē Tradunt historici filium catonis dum in prælio fortirer alacriterq; depugnat gladium amississe:qua ex re generosus adolescēs ualde perturbatus nequaquam sibi uiuendum deinceps existimabat:si eius spolio potiretur hostis. itaq; collecta iuuenū manu per mediascontuberni o se tantisper absconderet. Nā p̄ter propriam contumeliā:militaris etiā sacramēti geniū ob amissam spathā uerebatur. Ipsi aūt signis nostris enotatis: iuestigationi uidicteq; sedulā darēt operam. Ne desnit uicinus perfidus: qui nos illico occultari nunciaret. Tum cōmilitones accersitis magistratibus:mentiūtur sese: multi p̄cii uasculum argēteū p̄sidis ī uia perdidisse: idq; hortulanum quēdam reperisse:nec uelle restituere:sed apud familiarē quēdam sibi delitescere. Tūc magistratus & dāno præsidis nomine cognito: uenerunt ad diuersorii nostri fores:claraq; uoce denunciāt hospiti nostro:nos quos occultaret apud se:certo certius dedere: potius quam discrimen proprii subiret capitis. Necille tantillum cōterritus salutiq; studēs eius quem ī suam recœperat fidem quicq̄ de nobis fatetur: ac diebus plusculis: nec uidisse quidem illum hortulanum contendit. Contra milites:ibi nec uspiam:illū delitescere adiurantes: genium principis cōtendebant. Postremū magistratibus placuit obstiate denegātem:

Commilites.

Commilitium

Contubernium

Sacramēta.

Genius cæsaris.

Arma amittere crimino sum.

as cedes perq; medios hostes impetu facto gladiū tandē in magno armoꝝ atq; cadaueꝝ aceruo iuenit.Timebat ergo miles ne ob amissā spathā.ex disciplina militari pœnas penderet: Apud plautum epidicus.cū audisset hostes potitos eē armis herilis filii exclamat edepol facinus iprobū. IPsi:Scilicet cōmilitones. SIgnis enotatis:Obseruatis uestigiis cæteriſq; signis propter q̄ iuenire possent nostra latibula. VIcinus perfidus.πᾶ.ω κακοσγείτων ut inquit hesiodus:mala res est uicinus malus: cōtra bonus uicinus maximū bonū est.apud terentiū chremes uicinitatē in propinqua parte amicitiæ reputat. NVNciaret:Militaribus. OCcultari:A uicio. ACcersitis magistratibus:Lucianus.παραλᾶ.ω βαρουσι τουσ τησ πολεωσ αρχοντασ ideſt assumunt ciuitatis magistratus. MENtiuntur:Cum dedecorosum esset confiteri militem ab hortulano cesum esse uerberibus:excogitant fraudis diuerticulum:ut domum illlam in qua hortulanus cum asino latebat sub honesta occasione perscrutari possint.alioqui magistratus illorum petitionem illusissent. DANno cognito:Tanquam re uera uasculum argenteum preciosum præses perdidisset. OCcultaret certo certius:Quos scirent celare tissime ab illo occultari:sic.n.loqmur uero uerius ē.p ueriſſimū ē: certo certi°.p certissimū. Stoici talē locutionem non probant.apud quos non sunt gradus comparationis superlationisq;.&.n.ex dogmate illorum:nihil est plano planius:nihil recto rectius:nihil beato beatius:nihil certo certius:superquo.M.Tullius:Seneca:cæteri scriptitauere. DIscrimen capitis.Qui receptator est furis:qui occultat fugitiuum ex legis præscripto mulctatur:nam ut scienter & salubriter scribit VIpianus.congruit bono præsidi curare ut pacata prouincia sit.qui latrones fures conquirere debet:& prout quisq; delinquerit in eum animaduertere:receptatoresq; eorum coercere:sine quibus latro diutius stare non potest.

Nihil recto recti°.

TANtillum.Minimum. SAluti eius:Scilicet hortulani. MIlitones:Attende positum milites pro milites:ea forma qua commilitones.qui & commilites dicuntur:græci:στρατιωτασ appellāt. Illum delitescere:Lucianus:στρατιωται ερλορ εφασαρ ειρεαι τορ κηπουρορ κα.μ.ετορ εκειρορ ορορ.ideſt militones dixerunt intus esse hortulanum & illius asinum. IBI nec uspiam:Distincte legendū ē hoc itellectu asseuerabāt milites:ibi delitescere hortulanū.nec uspiā alibi. ADiurāte genium pricipis.Paulo ante dcīm ē ex auctoritate Tertuliāi:qd prisci romāi geniū pricipis deierebāt malebātq; p deos oēs:q̄ unū gēiū pricipis peierare:scri.VIpianus titulo de iure iurādo:si qs iurauerit ī re pecunia p geniū pricipis & piurauerit:fustibus eū castigādū:eiq; dimisso supdici debere iportūe noli iurare.

Nō licet peierare. p geniū principis

Scrutinium. SCRVtinio: Annotandū multa eē uerba uernacula protrita plebeia uulgaria: q̄ in uſu ſunt eruditorū: ut ſcrutiniū hoc in loco ponit̄ pro ſcrutatōe inueſtigatōeq;: ſicut paſſim uulgo loquunt̄: ab eo uerbo qđ eſt ſcrutor nimirū ſcrutiniū deriuat̄: pōt & aduerbiū eē ſcrutinio eodē tñ ſignificatu. PVBlicis miniſtris: Viatores: apparitores: lictores. apud Romanos dicunt̄ publici miniſtri. græco uocabulo. λειτουργουσ uocant. απο του λειτουργειν qđ ſignificat miniſtrare: unde Plutarchus autumat lictores dictos eē. noſtri uero a ligando: ſic lictorē dici: ut a legendo lectorē prodiderunt: officiū enim lictoris erat ut ligaret uiceretque quē iuſſiſſet magiſtratus: hīc apd liuiū &. M. Tulliū lictor liga manus. tiro tñ Ciceronis libertus lictorē uel a lino uel a licio dictum ſcripſit: licio. n. tranſuerſo: qui magiſtratibus inquit p miniſtrabant cīcti erāt. ANgulati: Per omnes angulos & cūcta domus loculamenta. COMparere apparere: Acuſitari. GLIſcit: Inde glires dicti: q ſono gliſcūt. & pingues fiūt: ſilius gliſcit eliſeo uiolētior ira tyrāno: columella in. yiiii. turt̄ iqt p hyemē difficulter gliſcit hoc eſt pingueſcit. & opinat̄. idē ait gallinā: q̄ prīa luna ſaginari cœpta ſit uiceſima pgliſcere. VTRIuſq;: Legē dū ē utriq; ſecus. ut ſit ſenſus: cōtētio creſcit uiolēta ex utraq; parte militū. ſ. & hoſpitis: cū milites aſſeuerarent, p cōpato hortulanū & aſinū ītra edes delitеſcere: hoſpes uero obſtinate pertinaciterq; denegaret. FIdē cæſaris: Auxilium apud comicos poetas: fides pro auxilio frequētiſſime ponit̄: unde & illud uulgatiſſimū: proh hominū atq; deū fidē. IDENtidē: Frequenter. DOmini numen: Lego deum numen pro: deorum locutione apud ueteres uſitatiſſima. numen autem dicitur quaſi nutus dei ac poteſtas. ET inquieti procacitate: Inquieta petulantia attende q̄ declinatur hic & hæc & hoc. inquies inquietis. ſic apud plinium dicitur animus inquies pro inquietus. apud eundem inquies nocturna ponitur pro inquietudine nomine ſubſtantiuo Conſimiliter. A. Gellius inquit. ut interea labor hic uigiliarum & inquies ſuauitate pauliſper uocum atq; modulorum acquieſceret. Lucianus. οαγεφωχοσκαι παρτα περι εργοσ εγωβουλομεροσ ωαθειρ τιρεσ ειερ οιβοωρτεσ διακυπτω αρωθερ κατωδια τησου ριλοσ. Ego ſtrenuus & inquies. & in omnibus curioſus cognoſcere uolens quinam eſſent illi uociferantes ſuperne proſpicio in partem inferiorem per feneſtram. COLlimatis oculis: Obliquatis. Detortis. Terentius in eunucho inquit. Ego limis aſpecto exponit Donatus. limos dici obliquos atque tranſuerſos. unde limen quoq; dicitur quod ingredientibus exeuntibuſq; tranſuerſum eſt. cum igitur homines non recta facie ſed tranſuerſa intuentur limes dicuntur aſpicere & limis oculis: & collimatis. Plinius in. yiii. de leonibus ſcribens ſic inquit. nec limis intuentur oculis aſpiciq; ſimili modo nolunt. plinium emulatus Solinus. Dixit breuius & obſcurius nunquam limo uident minimeq; ſe uolunt aſpici apud. M. Tullium uerbum eſt collimare pro eo quod eſt ferire ſignum deſtinatum oculis collimatis. ſic enim inquit in ſecundo de diuinatione ne: qui eſt enim qui totum diem iaculans non aliquando collimet limare caput plauto. Neuio. turpilio poetiſq; ueteribus eſt coniungere caput & copulare id quod amatores inter ſe potiſſimum amoris cauſa factitare conſueuerunt. INcoram. Lucius noſter ſæpe dicit ad inſtar incoram. & alia pleraq; quæ a nobis ſimpliciter uſurpantur: ſic ueteres uſitati ſunt. CONtinuo: Statim. EMERſis: Legi poteſt emenſis utraq; lectio probabilis.

Liturgi Lictores. unde.

Gliſcit.

Inquies. nocturna.

Limis Limē.

Limo uident. Collimare. Limare. caput.

SCRVpuloſius: Diligentius. ſolicitius. curioſius. CIſta reuelata: Detecta patefacta detracto orificio ac operculo. Lucianus. ευριſκουσι τορε ωορλεσποτηρ τηκιβωτω εκκει ωερορ. ideſt inueniunt dominum meum in arca lacentem. PENſurum. Soluturum. pendere pœnas ſoluere ſignificat. ab eo q̄ ære graui. cum uterentur Romani penſo eo non numerato debitum ſolebant. unde & penſiones dicte. plinius in. xxxiii. libralis inquit & dipōdius appendebat̄. aſſis quare æris grauis pœna dicta: ſic & Virgilius. tum pendere pœnas cecropidæ iuſſi. Liuius quoq; inquit ſat pœnarum penſum eſt. deniq; elocutio hæc. apud omnes luculentos ſcriptores frequentiſſima eſt: ut dicant pendere pœnas pro ſoluere. Namq; antiquorum pœnæ. omnes dicitur pecuniariæ: qđ & grāmatici tradūt.

Pendere pœnas.

IN publicum carcerem: Græce. λεσχωτηριον dicitur publicus carcer. Lucianus. εις το λεσχωτηριον πεζωπουσι. CAuillari: Irridere & iocari. Lucianus. εγελων επι τω μηρυσαρτι εκτων υπερροωρκαι προλορτι εαυτου δεσποτην. ideſt ridebant q̃ ex ſuperiore tabulato aſinus oſtenderet, p deretq; ipſius dominum. DE meo proſpectu: Quod ſcilicet per feneſtram proſpiciens. me & hortulanum prodidiſſem. EX proſpectu & umbra. Lucianus ſic. κακ οτε εξεμου πρωτου ηλθεν εις αγρον τρωπουσ ολοτοσ εξ οροσ παρακυψεωσ. ideſt tunc primum exme. hic ſermo inter homines ortus eſt ex aſini proſpectu: prouerbium hoc ex proſpectu & umbra aſini ſignificat. ex re inſperata ſæpe magna res prodi atq; manifeſtari adduciq; in diſcrimen: ſicut ex proſpectu aſini detectus eſt. & proditus hortulanus deliteſcens interpres. Luciani prouerbium hoc εξ οροσ παρακυψεωσ parũ eleganter interpretatur. ex aſino conſpecto. cum fuerit dicendum ex aſini proſpectu: quod & uerba græca ſignificant: & docet Lucius noſter Apud græcos celebre eſt id prouerbium οροσ παραχυψεωσ de his qui ridicule calumniantur. Ferunt enim aſinum fregiſſe uaſa fictilia in figuli officina per feneſtram proſpicientem. unde Aſinus in ius uocatus a domino tabernæ interrogatus cuius criminis inſimularetur dixit. οροσ παράχυψεωσ. ideſt de aſini proſpectu / alii tradunt / q̃ aſino proſpiciente aues euolarunt / diſruperuntq; telam. Quapropter dominus telæ aſinarium in ius uocauit: qui rogatus quam ob cauſam reus fieret dixit ex aſini proſpectu. unde natum eſt adagium. Sed attẽde quæſo lector: & nunc mihi totus adeſto q̃ cum Lucianus tantum dixerit ex proſpectu aſini natũ prouerbium / noſter addidit de proſpectu & umbra. ſcito non hoc ſimpliciter intelligendum: propter umbram aſini: ad quam unus cõmilitonum oculos direxit. & ex ea deprendit hortulanum deliteſcẽtem. Sed ut ego ſentio clanculum & diſſimulanter alludit ad prouerbium alterum græcum υπερι ουσκιασ. ideſt de umbra aſini: quo uti ſolemus de eos qui deſiderant noſce futilia & friuola: minimeq; utilia: Cuius meminit menãder in enchiridio. & plato & alii compluſculi: Ductum autem eſt p uerbium ex fabula qua traditur iuuenem conduxiſſe mercede aſinum: & cum ſub umbra aſini per meridiãm æſtum quieſcere uellet extutbatum eſſe ab aſinario aſſerente ſe illi aſinum tantum locaſſe non umbrã: ex hoc uentum eſt in iudicium ab utroq; quod cum olim in iudicio cauſæ capitalis coram iudicibus faſtidioſis recitaſſet demoſtenes: & illi mox expergefacti fabellæ lepiditate: cuperent noſce quis fuiſſet exitus rei ſubiunxit orator oppido q̃ tempeſtiuiter & ſcite. υπερ ουσκιασ ακουειν ωαρες επιθυμειτε παρα πουλε κυμβαυρενομενοσ υπερ ψυχησ / ουλε τησ φωρησ αμεχεσθε. o uiri. inquit cupitis audire de umbra aſini: hominis autem pro anima periclitantis defenſionẽ audire non uultis. Sunt & illa apud eoſdem græcos de aſino quoq; celebrata prouerbia. οροσ προσ αυλον. aſinus ad tibiam. οροσ λυρασ aſinus ad lyram. οροσ εισ αχυρα aſinus in paleas. dicitur ãt hæc paroemia de his qui præter ſpem incidũt in bona illiſq; uoluptarie fruuntur. celebrant & illud. οροσ κειρεισ. aſinum tondes / de hominibus inefficacia aggredientibus. aſinum enim tondere nõ poſſumus: cui conſimile eſt hoc / οροσ πωκουσ ζητεισ. ideſt aſini uellera quæris.

in publicum deducũt carcerem: ſummoq; riſu de meo proſpectu cauillari nõ deſinũt. Vnde etiam de proſpectu & umbra aſini natum eſt frequens prouerbium.

Ex aſini proſpectu.

De umbra aſini.

Fabella lepida.

Aſinus ad Tibiã.

Aſinus in paleas

Aſinum tondes

Aſini uellera quæris.

Decimi Commentarii Argumentum.

HOc decimo libro cõtinet militis cũ aſino ad ciuitatẽ acceſſus. facinoris muliebris ob amorẽ inceſtum: infandũq; luculenta deſcriptio. aſini duobus fratribus facta uenditio. quorũ alter piſtor erat. Alter cocus. Mox fratr̃ ob aſini furtiuã rapinã cibariã diſſidiũ atq; cõtẽtio. Aſini uita genialis: & paraſitica ſub dño mitiore: eiuſdẽq; cũ matrona amorabũda cõcubitus: fœminæ ſceleſtæ ad beſtias dãnatio: iudicii paridis edicio: aſini fuga ex ſpectaculo.

IE ſequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit: neſcio: me tamẽ miles ille: qui propter eximiã impotentiam pulcherrime uapulauerat: abillo præſepio nullo equidẽ contradicente: diductum: abducit: atq; a ſuo cõtuberniõ: hoc enim mihi uidebatur: ſarcinis propriis onuſtum & prorſus exornatum: armatũq; militariter: producit ad uiã: nã & tiam impotentiamque tyrannicam: dum militariter cedem hortulano minitatur. ABDVcit: Abducitur proprie alienus abducimus inuitos: ut docet Donatus: a Luciano autem diſſentit qui refert a milite uenditum eſſe aſinum πεντεκαι εικοσι αττικων. ideſt uigintiquinq; atticis minis.

IE ſequenti: Græce δευτεραια. Quid egerit neſcio: Ex Luciãno ſic ſcribẽte. τι μεν επαθεν ο κηπουροσ ο μοσχοσ δεσποτησ ουκοιδα. i. qd paſſus ſit hortuláus meus dominus neſcio. OB eximiã ipotẽtiam: Vtr̃ ob iualẽtiã & ibelliã: an ob imodicã militarẽq; potẽtiã: ac iſolẽtiã: ãbiguũ ẽ. cõſtat. n. militem uapꝛaſſe cũ ob ifirmitatẽ uiriũ qb̃ hortuláus ꝓpolebat tũ ob cõtumaciã

Abducere.

Arma ex terſa ſint.

GAleam nitore præmicantem: Ex præſcripto diſciplinæ militaris: arma debent eſſe exterſa: atq; radiantia. Ad officium tribuni militum pertinet: & ſollicitudinem: auctore Vegetio: ut miles ueſte nitidus. Armis bene munitus ac fulgens exercitationis uſu & diſciplina eruditus incedat. item præcipit eligendum centurionem: qui contubernales ſuos ad armorum exercitium cogat: ut bene ueſtiti & calciati ſint: ut arma omnium defricentur: ac ſplendeant. & extat epiſtola Aureliani imperatoris ad tribunum ſcripta: qua præcipit ut arma terſa ſint: & profecto laus eſt imperatoris miles cultus. & micantibus armis inſtructus. Laudant ſcriptores cæſarem dictatorem: q̃ haberet milites tã cultos: ut auro & argento politis armis ornaret. ſimul & ad ſpeciẽ & quo tenaciores eoꝝ in prælio eſſent metu dãni. Lampridius quoque refert Alexandrum Romanum imperatorem ſibi feciſſe argyroaſpidas & chryſoaſpidas milites cũ clipeis argentatis & auratis: exemplo Alexandri macedonis: quem tradunt ſcutis militum argenteas laminas: equis frenos aureos addidiſſe. loricas quoq; alias auro alias argento adornaſſe. LANceam longiſſimo haſtili: cum Lucianus hunc in macedonia militem fuiſſe deſcribat. intelligimus ſariſſam ſignificari. & enim ſariſſa ut docet helianus in tacticis Lancea eſt: qua utitur phalanx macedonica. longitudine. xiiii. cubitorum: quorum duo manus continent reliqua. xii. prominent: inde ſariſſophori noſtris ſcriptoribus dicti: qui ſariſſas geſtant. SEdulo: Inſtanter diligenter. CIuitatulã græce. πολιχριον dicit ex υποκορισματος. ideſt diminutiui formula. DEcurionis: Modo decurionem accipe pro turmæ equitũ præfecto. poteſt etiam accipi pro ſenatore municipali: & enim ſenator in municipiis dicitur decurio: ut ſuo loco copioſius ẽ annotatum: eſt autem decurionis militaris officium conto ſcienter uti: & tutos ſuos: ideſt equites ſub cura ſua poſitos erudire ad oĩa quæ equeſtris pugna depoſcit. DVcatũ ſuſtinebat. præfecturam gerebat ducatus dicit̃ præfectura ſiue prepoſitura & iperiũ militare a duce: ut principatus a principe. tribunatus a tribuno. in Aureliano inquit flauius uopiſcus. habuit multos ducatus. multos tribunatus. apud Suetoniũ ferebat̃ ducatus & iperia ludere: uidet̃ ãt ſignare chiliarchũ. ſic enim græco uocabulo noĩatur tribunus militũ: qui præeſt mille militibus. ex diſciplina romanæ militiæ: ut docet Ioſephus in tertio belli iudaici. milites ad centuriones. illi ad chiliarchos conueniũt ſalutatum: cũ quibus ad ſummũ oĩum ducẽ uniuerſi ordinũ principes: ille autẽ his ex more dat præcepta perficienda ſubiectis. DEſignatũ facinus. Praue & perperam factum deſignare eſt rem nouam facere in utrãq; partẽ. & bonã & malã. praue & recte facta deſignata apud ueteres dicebant̃: hic in malam partẽ ponitur. Deſignatores dicti: qui ludis funebribus præſunt. ob eã cauſam ut credit Dõatus. q̃ ipſis ludis multa fiant noua & ſpectanda. Terentius in adelphis: mõ qui deſignauit. DOminus ædium: Decurio ſignificat̃. IVuenẽ probe litteratum. idolon & ſimulachꝝ huiuſce iuuenis probiſſimi quem Lucius noſter hoc in loco deſcribit. eſt Bartholomeus Blanchinus municeps meus: q̃ No bili genere natus: bonis moribus ornatus litteris litteratis excultus. auditor meus. mihiq; ſumma benuolentia copulatus effingit ac repreſentat iuuenẽ ex omni parte laudabilẽ. Dotibus animi accedũt bona corporis: atq; fortunæ. Diligit doctos. & me imprimis. contubernio proboꝝ artificũ lætat̃: maximeq; pictoꝝ: habet domi ueluti in larario nomiſmata ex auro & argento cõpluſcula: quibus minutæ magnoꝝ uiroꝝ facies expreſſæ cõſpiciunt̃: ociũ & quietẽ litterariã cõprimis probat: & ſectat̃: modeſtia & probitate præcipuus uiuit in celibatu: quãuis eũ geneꝝ optẽt ſummates. Prorſuſq; huic Apuleiano iuueni cetera ſimillimus: niſi quod nec patrẽ habet. nec Nouercã domi. & melioribus annis natus: fortunatius degit nec inſidias nouercales pertimeſcit. quibus obnoxius fuit hic: quem Lucius noſter perſcribit dilectũ eẽ a nouerca: amore inceſto: & infando. CONſequẽter modeſtia p̃cipuũ: Pietas modeſtia humãitas ſũt ſeq̃læ & comites litteraꝝ: litteræ bonos mores & uirtutes oĩs policitas edocẽt humanitatẽ ueteres appellauerũt. id ꝑpe modũ q̃d græci παιδειαν noſtri eruditionẽ inſtitutionẽq; in bonas artes dicũt: quas qui ſinceriter appetunt: hi ſũt ut̃ maxime humaniſſimi. e contrario αμουσος ideſt ſine muſis & litteris apud græcos dictus pro inelegante & ruſtico atque impolito.

Galeam nitore p̃micantẽ: & ſcutum cæteris his lõgius lucẽs: ſed etiã lãceam longiſſimo haſtili cõſpicuã: quæ ſcilicet nõ diſciplinæ tũc quidem cauſa: ſed propter terrendos miſeros uiatores: in ſummo atq; edito ſarcinarũ cumulo adinſtar exercitus ſedulo cõpoſuerat: cõfecta campeſtri: nec adeo difficili uia ad quandam ciuitatulã peruenimus: necĩ ſtabulo: ſedĩ domo cuiuſdam decurionis diuertimus: ſtatimq; me cõmendato cuidã ſeruulo: ipſe ad præpoſitũ ſuum: qui mille armatorũ ducatũ ſuſtinebat: ſollicite proficiſcitur. Poſt dies pluſculos: ibidem deſignatum ſceleſtum & nefarium facinus memini. ſed ut uos etiam legatis ad librum profero. Dominus ædium habebat iuuenem filium: probe litteratum. atque obid conſequenter: pietate: modeſtiaq; præcipuum: quem tibi quoq; prouenifſe cupes: uel talem. Huius matre multo ante defuncta: rurſum

Chryſoaſpides.

Sariſſa.

Sariſſophori.

Decurio.

Ducatus

Chiliarchus.

Deſignare.

Deſignatores.

Laus bartholomei.

Blanchini.

Humanitas.

Pedia.

MAtrimoniũ reparauerat. Secũdã uxorẽ duxerat: Digamiãq; celebrauerat. ſicut ĩprobe neptunũ accuſat qui iterũ naufragiũ facit. ita qui ſecũdis pedicis cõiugalibus ĩplicatur: iniq; uitã uxoriã ſtatũq; maritoꝝ criminatur: ſemel ducẽda uel ſapiẽti uxor eſt: ut politice & ciuiliter uiuere uideaꝫ. ſed ſi digamus hoc ẽ bimaritus eẽ appetit: & digamiæ munera decãtat: uecors ẽ. Nã pria uxor aut bona fuit aut mala ſi bona nõ ẽ ſecũda uxor ducẽda: q̃ primæ cõſimilis eẽ nõ poterit quinimo timẽdũ: ne ĩ locũ bonæ peſſima ſuccedat: cũ proba ſit rara auis ĩ terris nigroq; ſimillima cygno: ſi uero mala. táto miꝰ ẽ ducẽda. Digamia digamus

matrimonium ſibi reparauerat: ductaque alia filium procreauerat alium: qui iam duodecimum ætatis annum ſupergeſſerat. Sed nouerca: forma magis: q̃ moribus in domo mariti præpollens: ſeu naturaliter ĩpudica: ſeu fato ad extremum impulſa flagitium: oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo lector optime: ſcito te tragœdiam non fabulam: legere: & a ſocco ad cothurnũ aſcendere. Sed mulier illa: quãdiu primis elementis cupido paruulus nutriebatur: ĩbecillis adhuc eius uiribus: facile ruborẽ tenuẽ deprimẽs: ſilẽtio reſiſtebat. At ubi cõpletis igne ueſano totis p̃cordiis ĩmodice bachatus amor exeſtuebat. ſeuiẽti deo iam ſuccubuit: ac langore ſimulato uulnus animi mẽtitur ĩ corpis ualitudie. Iam cætera ſalutis uultuſq; detrimẽte: & ægris: & amãtibus examuſſim conuenire: nemo qui neſciat. Cũ ĩprobitas priæ poterit ac debuerit oſorẽ te facẽ ac faſtidioſũ totius fœmineæ natõis: ſicut etiã euripides mulieres fere oĩs maiorẽ ĩ modũ exoſus fuiſſe dicit q; ſimul duas uxores habuerit: quarũ matrimonii predebat. Quod aũt digamia monogamia deterioꝫ ſit. hinc liquet q; digamus ĩ clerum eligi nõ põt: hieronymus tñ ĩquit nõ dãno digamos: imo nec trigamos: & ſi dici põt octogamos. SEV fato ĩpulſa. Pleriq; oẽs ĩ culpa: & maleficio reuicti p fugiũt ad fati neceſſitatẽ tãq; ĩ aliquod aſyllũ & q̃ peſſime fecerũt ea nõ ſuæ temeritati ſed fato eẽ attribuẽda dicũt. Apud maternũ geniturę explicãtur q̃ maleuola ſtellarũ radiatione faciunt nouercas amoꝫ priuignoꝝ ĩ fando ĩpliꝫ euripideſ oſor mulierum. Nõ damno octogamos.

cati. OCVlos ad priuignũ adiecit. Naturali & quaſi genuino odio nouercæ priuignos pſequuntur hinc uerbũ elegãs nouercari, p eo qd ẽ agere more nouercarũ: maligne. ſ. & inimiciciter. Hinc Oratius ĩ epodo: qd ut nouerca me intueris. Plinius noſter naturã homini nouercã triſtẽ eẽ cẽſet: Ergo igiť cũ nouercæ priuignos naturaliter oderint: cũ nouercalia odia ſint famigerata. hæc priuigni amore capta eſt. hæc ardere cœpit ĩ libidines. ĩceſtas. cũ talis amor ſit omni odio deteſtabilior: execratioꝝq;: melius eſt. n. odiſſe priuignũ: q̃ turpiter amare. TRAgœdiã legere: In tragœdiis plerũq; amores inceſti infandiq; explicãtur. tragœdiæ narrãt quẽadmodũ phedra amore fœdiſſimo priuignũ hippolytũ deperibat. Deniq; tragœdiarũ argumẽta ſunt nefandæ nouercarũ priuignorũq; amationes: ideoq; euripides petẽte Archelao rege ut de ſe tragœdiã ſcriberet. abnuit ac p̃catus ẽ ne accideret archelao aliqd tragœdiæ propriũ: oſtẽdẽs nihil aliud eſſe tragœdiã q̃ miſeriarũ cõprenſionẽ: q̃ ut græci diffiniunt eſt. ἀειρωρ περιοχη. i. rerum triſtium. cõprẽſio cum comœdia ſit ἰδιοτικῶρ καὶ πολιτικῶρ πραγματῶρ ἀκιρδυροσ περιοχη. i. priuatarũ ciuiliũq; rerũ ſine piculo uitæ cõprẽſio. p̃terea ĩ tragœdia fugiẽda uita. ĩ comœdia capeſſenda exprimiť. p ſoccos aũt materia comica p cothurnos tragica ſignificať: cũ ſoccus ſit calciamẽtũ comœdorũ hiſtrionũ: coturnus uero tragœdorũ: qd ex uerſu oratiano ſat notũ eſt. hũc ſocci cœpere pedẽ grãdeſq; cothurni: illud adde ſcitu dignũ. q̃ cũ cothurnus ſit calciatus utrique pedi aptus Atheniẽſes hinc theramenẽ cothurnũ cognominarũt: tãq; mõ harũ: mõ illarũ partiũ ſequẽtorẽ; puerbiũ quoq; apud græcos celebrať. ευμεταβολωτεροσ κοθορρου. de his qui mobiles ſũt & aſſidue ĩmutãtur. a ſocco ad cothurnũ: expone a tẽuioribus ad grauiora: a iocoſis ad triſtiora: a licitis ad illicita: a rebus comicis a tragicas. & eni Tragœdiæ ,ppriũ ẽ amor ĩfandus atq; triſticia. AScẽdere: ſignate locutus ſtilus eni comicus humilis ẽ & materia. Tragicus uero caracter ſublimis: ſicut & argumẽtũ. inde cothurnati dicti grãdiloqui & inſtar aquilarũ p ſublimia uolitãtes. SILENtio reſiſtebat: Silenter diſſimulabat. BACCHAtus amor. Seneca labitur totas furor in medullas Igne furti uo populante uenas. SEVIENti deo. Cupidini qui impotens flãmis ſimul & ſagittis regnat in orbe: cũius ſpiculis ſuccumbunt mortales ĩmortaleſq;. qui ſuperos ipſumq; iouem. qui numina ponti terrarũq; domat. CVPIdo paruulus. Tulliana ſententia eſt. malum naſcens facile opprimitur inueteratum ſit plerũq; robuſtius. MENtitur ĩ corporis ualitudine: ſimulat ſe langore corporis affectam. cum animi egritudine tabeſcat. ſic olim antiochus amore nouercæ ſtratonices captus. cum cupidini ſeuienti ſuccubuiſſet: nec ullum remedium tanto malo reperiret ſimulans ſe corporis morbo conflictari in lecto decubuit: qui mox opera & aſtu Eraſiſtrati medici reualuit factus uoti cõpos. EXamuſſim: Examinate optime ad unguem regulariter. Plautus ut hanc rem uobis examuſſim diſputẽ: Adamuſſim enim regula fabroꝝ eſt: qua architecti opus probabãt: uel ut alii uolũt ferramẽtũ quo ĩ poliendo utuntur. inde amuſſitata ĩdoles Plauto ,p examinata atq; pfecta. ſic eni ſcribit in milite in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. & ita hũc locũ plauti legendũ eſſe docet Nonius mar- Nouercari. Tragœdia comprenſio miſeriaꝝ. Soccus Cothurnus. Cothurnati. antiochꝰ captus amore nouercæ. Examuſſim. Amuſſis amuſſitata.

cellus cũ in plautinis codicibus passim legatur. emussitata: quã tamẽ lectionẽ ut probã emaculatãque tueri possumus auctoritate Festi põpeii. qui scribit emussitata dici ad amussim facta: & ne quis audeat id uelle cõuellere & calumniari: traditur hoc a Festo in dictionibus a littera: e incipientibus: Au. Gellius in primo iudiciũ factũ ad amussim diceres. PALlor deformis: Egroti & amantis signa cõmunia. nã qui amat: & qui ægrotat. pallore deformat. De ægroto. notissimũ Virgilianũ illud. cõtinuo ẽ ægris alius color horrida uultũ deformat macies. De amante illud Oratianũ. & tinctus uiola pallor Amantium: ex pcepto quoq; nasonis: palleat omnis amans color hicẽ aptus amanti. LASSA genua: Labant genua. in egroto. labant & in amatore qui uidens amicã. & mẽte & genibus tremit. iuxta illud Terẽtianũ. totus parmeno trẽo horreoq; : post q̃ aspexi hanc aiunt physici. ex nimio ardore effectũ frigoris reddi: ut ex frigore nimio effectus ignis existit: natura enĩ magni caloris horrorẽ incutit: ut nimiæ febres. Qui es turbida. Quis nescit turbidã inquietãq; quietẽ esse infirmis? qui insomnios fũt: qui diris uisionibus agitãtur: hinc Oratius uelut egri somnia uanæ finguntur species. In eãdẽ sentẽtiã est illud persianũ. ægroti ueteris meditantes somnia: Idem quoq; est amoris affectus. Amator enĩ instar Achillis homerici: expertus loquor: nunc pronus in faciẽ. nũc supinus cubat. toto lecto uersat corpus: dum somnũ oculis capere nõ põt: cuius tumultuosa per torũ iactatio est: & inquies nocturna. SVSPIritus uehemẽtior. Suspiratus siue suspirium. Plutarchus sapho cæteri amatoribus assignãt defectũ uocis: ruborẽ uultus: mox pallorẽ intuitũ oculoq; incõniuẽtẽ: sudores acutos motũ uenæ incredibilẽ: & crebra suspiria. Oratius quoq; signare uolens amoris indiciũ sic inquit in epodo. Amantẽ langor & silentiũ arguit. & latere petitus imo spiritus. FLuctuare ardore febriũ. si uidisses fœminã hoc pacto languẽtẽ: credidisses eã ardentibus febribus torqueri. sed cũ fleret signũ erat cupidineæ flãmæ: qua uitalia intrinsecus torrebantur: nã ut ait speciosissime poeta. est mollis flãma medullas interea & tacitum uiuit sub pectore uulnus. apud Ouidium inquit biblis amore tabescens. eẽ quidẽ lesi poterat tibi pectoris index. & color & macies. & uultus & humida sæpe lumina. nec causa suspiria mota parenti. HEV medicoq;. Imitatio maroniana. Heu uatũ ignaræ mentes quid uota furentẽ. quid delubra iuuant. medicos damnat insciticæ: qui pagsolerter parũq; curiose dispicerẽt. quid pulsus. quid creber anhelitus. quid calor imodicus. in fœmina significarent. nec enĩ hæc morbi erãt. sed ardentissimi amoris indicia. Quod uel mediocriter erudito medico comprendere fas erat. LATErum uicissitudines. Modo in dextrum. modo in sinistrum iactatio. sic achilles homericus ex desiderio patrocli. nunc in latus. nunc resupinus. nunc pronus nunc rectus uolutatur. Supini cubitus. ut inquit Plinius noster oculis conducunt: at proni tussibus. In latera aduersus distillationes. Theophrastus tradit celerius concoqui dextri lateris incubitu difficilius in supinis. SINE corporis calore flagrante: Vbi homo flagranter æstuat citra corporis calorẽ. & febrem nimirum ille ob amorem animo ardet: non corpore febricitat. Talis enim flagrantia non corpus sed animum populatur: quæ cognitio comprensioq; uel mediocri medico facilis est. ALTERIVS agitata: Lego altius uel alternis agitata. FILIVM: Priuignum intelligit. quem nouerca deperibat. NOMEN: Scilicet filii. nec enim uoluisset amorabunda fœmina filium esse & dici: quem ipsa effictim deperibat: quia talis amor infandus incestificus. execrabilis est. consimiliter apud Ouidium biblis caunum fratrem deamans nomen sororis eradit ex epistola. scripta soror fuerat uisum est delere sororem. Vnicuique: ut aliubi quoque dictum est duo sunt nomina unum proprium alterum naturæ & sanguinis. quo se debent appellare coniunctæ personæ. ut est nomen matris & filii nouercæ & priuigni. Nunc ergo amorabunda nouerca libenter eraderet hoc naturale nomen: ne aut filium aut priuignum nominare cogeretur: quæ nuncupatio in re obscena. sine rubore esse non potest. PARENTIS: Nouercæ quæ parentis: hoc est matris loco esse priuigno debet. & priuignus nouercæ perinde ac parenti obsequi debet. STRIATAM frontem: Rugosam contractam subductam qualis ex tristicia esse solet: quæ & caperata frons dicitur. & decenter dixit Plautus. quid huic homini frons caperat seueritudine. striæ sunt canaliculæ in columnis & caua. unde columnæ striatæ dictæ. Talibus fulciuntur edes Bentiuolorum magnificentissimæ. quidam strias

Emussitata.
Pallor amantis & ægri.
Ex calore horror.
Notæ amoris.
Supini cubitus.
Dextri lateris incubitus.
Duo nomina, proprium & naturale.
Striata frons.
caperata.
Striatæ colũnæ.

pallor deformis. marcẽtes oculi. lassa gẽua. quies turbida: & suspiritus cruciatus. tarditate uehemẽtior. crederes: & illã fluctuare tãtũ ua pore febriũ. nisi quod & flebat. Heu medicoq; ignare mentes. quid uenæ pulsus. quid caloris intemperantia. quid fatigatus anhelitus. & utriq; secus iactate crebriter laterũ mutuæ uicissitudines. Dii boni q̃ facilis licet nõ artifici medico: cui uis tamen docto ueneriæ cupidinis comprensio: cum uideas aliquem sine corporis calore flagrãtem. Ergo igitur impatientia furoris alterius agitata: diutinum rupit silentium: & aduocari præcipit filiũ: quod nomen in eo ipso: ne ruboris admoneretur: libenter eraderet. Nec adolescens ægre parentis moratus imperium: senili tristicie striatam gerẽs frontem: cubiculum petit

non ipsos canaliculos dici interpretantur: sed prominentias. & extuberationes inter caua & canalicu las columnarum. Victruuius in quarto columnas inquit striari uiginti striis oportet. Idem striaturã striatura. appellat descriptionem striatarum columnarum. Igitur translatione uenustiss ma striatam frontem posuit Lucius noster pro tristissima & caperata in qua rugæ aspiciantur instar striarum: quas in co lumnis efficimus rugarum enim & striarum reciproca translatio est. Idem Victruuius trunco inquit toto. strias uti stoiarum rugas matronali more demiserunt. Crassitudines striarum eodem auctore faciendæ sunt. quãtum adiectio in media columna ex descriptio ne inuenietur: strigæ uero aliud Strigæ. longe significant. nam ut grãma tici docent appellantur ordines rerum inter se iunctim collocata rum a stringẽdo dictæ. Columel la in secundo de fœno loquens sic refert. tunc demum conuerte mus & utrũq; siccatum coartabi mus in strigam. atq; ita manipu los uinciemus. VXOris patris: Nouercam signat: quæ uxor erat patris. & filium ꝓcreauerat aliũ. qui ex patre istius adolescẽtis fra ter erat. VTRVNque. Nitidior lectio est utcũq;. SISTENS ob sequiũ. Idest se obsequio sum ex hibens. uerbum iuris ẽ sistere ua dimoniũ sistere reũ quod ad alia quoq; trãsfertur. Ouidius sistitur ante aras. Au. Gellius docet ab Sisto. hoc uerbo sisto stiti i præterito di ci nõ steti. a. M. Catone recte scri ptum esse uadimonium stitisset quod audaces emẽdatores. e scri pto stetisses corruperũt. IN VA In uado do dubitatiõis: Incerta ac fluctua salutis. bunda sicut cymba in uado periclitatur: contra dixit Plautus prouerbialiter. in uado salutis res est.

uxoris patris: matrisque fratris utcunque debitum si stens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata: & in quodam uado dubitationis herens: om ne uerbum quod præsenti sermoni putabat aptissimũ rursum improbans: nutante etiam nunc pudore: un de potissimum caperet exordium: decontatur. At iuue nis nihil etiam tunc secius suspicatus: summisso uul tu rogat ultro præsentis causam egritudinis. Tunc il la nacta solitudinis damnosam occasionem: prorum pit in audatiam: & ubertim ad lachrymas: laciniaque contegens faciem: uoce trepida: sic eũ breuiter affatur.

c Ausa omnis & origo p̃sentis doloris: & etiam medela ipa: & sal⁹ unica mihi tute ipe es. Isti enĩ tui oculi per meos oculos ad ĩtima delapsi præcordia meis medullis acerrimum cõmouent incẽdium: ergo miserere tua causa pereũtis: nec te religio patris omni no deterreat: cui moriturã prorsus seruabis uxorẽ: il lius enim recognoscẽs imaginem mutua facie merito te diligo: habes solitudinis plenam fiduciam: habes ca pax necessarii facinoris otium. nã quod nemo nouit:

VNVM. Legendum est unde exprimitur amantis affectus. q̃ unde exordiatur cum priuigno allo quium nescit: quæ incipit effari mediaq; in uoce resistit. DECONtatur. Valde cuntatur: & hesitat: sic biblis apud Ouidium incipit & dubitat scribit damnatq; tabellas. & notat & delet mutat culpatq; pro batq;. SVM misso uultu. Hoc in laudem pudibundi iuuenis dictum est. qui uultu demisso. ac uerecũ do quærit de matre causam ægritudinis: NActa. Nam citor dicitur apd ueteres pronactus erit. OC casionem solitudinis: Solitudo sæpe nobis magna mala suadet. ut inquit Seneca. & cogitationes di ras suggerit ex cuius occasione nunc nouerca fit. audax apud priuignũ. & amorẽ infandũ tetrũq; con fitetur ac detegit. VBERtim: Large & abundanter. LACInia: Præ pudore cooperuit faciem. ut li berius amorem impudicum sceleſtumq; profiteretur. Apud Platonem socrates operit pallio caput oratione quandam parum pudicam habiturus. Apud Gellium Iulianus rethor capite conuelato canit uersus poeticos amasios ac uenerios. ET medela ipa: Huic sententiæ quadrat illud Ouidianũ tu seruare potes. tu perdere solus amantem. TVI oculi p meos oculos: Amor ut philosophi tradunt & meminit Plato desiderium ẽ fruendæ pulchritudinis fruitur autem amator re amata per oculos. Vnde merito oculus causa & origo est amoris ut museo placet. oculus radioq; aculeos in contue tis e regione oculos iaculatur: hinc uirulentus aculeus transuerberat oculos. & hominis percussi præ cordia corq; conuulnerat: Quintilianus in ea declamatione: quæ inscribitur cecus in limine. oculi in quit sunt tota nostra luxuria. hi nos in omnia quotidie nitia præcipitant mirantur adamant concu piscunt. PEReuntis. Scilicet mei Ouidius miserere fatentis amorem & non fassuræ nisi cogeret ultimus ardor. ILLIVS imaginem: Filius imago patris est: quem non tam facie q̃ moribus repre sentat: phedra apud Senecam sic inqit ad Hippolitum: hippolite sic est Thesei uultus amo. & mox paulo. Talis en talis fuit cum placuit hosti. sic tulit Celsum caput. in te magis refulget incomptus de cor & genitor in te toruus. HABEre: Corrige habes. Sollitudinis fiduciam: Solitudo ut ante di ximus multa mala nobis suadet: & locus ſb omni arbitro liber fiduciam dat patrandi sceleris. NE Necessa cessarii facinoris: Facinus necessarium uocat. quod cum necessaria persona committitur. & ne rium faci cessitudinis uinculo copulata qualis est inter nouercam priuignumque coniunctio. nus.

PENE nõ fit: Sentẽtialiter hoc dictũ est. tãq; p infectis habẽda sint: q̃ facta eẽ nemo cognouerit. Olim Claudius ĩperator iuuenẽ adulteriis famosum monuit ut cautius indulgeret uoluptati ueneriæ. tãq; nõ fiat qd' latet. Philosophus quoq; noĩe pegrinus existimabat hoĩes tũc peccare procliuius cũ latere posse id peccatũ putarẽt: ĩpunitatẽq; ex ea latebra sparẽt. Virũ uero sapiẽtẽ nõ peccaturũ eẽ dicebat etiã si peccasse eũ dii atq; hoĩes ignoraturi forẽt: nõ enĩ pœnæ aut infamiæ metu nõ eẽ peccandũ: sed iusti honestiq; studio & officio. PERturbatus. Apud Senecã impudica nouercæ cõpellatione pturbatus Hippolytus. sic exclamat. Magne regnator deũ tã lentus audis scelera tã lẽtus uides. hic uero neq; clamosus neq; iurgiosus inducit' sed cõsultus & prudens. qui promissione leniendã magis fœminã cẽsuit q̃ negatiõe exasperãdã.

pene nõ fit. Repentino malo perturbatus adolescens: q̃q̃ tale facinus protinus exhorruisset: nõ tamen negationis intẽpestiua seueritate putauit exasperandã: sed caute promissionis dilatione leniendã: Ergo prolyxe pollicetur. ut & bonũ caperet animũ: refectioniq; se: ac saluti redderet: ĩpendio suadet. donec patris aliqua profectione. liberũ uoluptati concederetur spatiũ: statimq; se refert a noxio cõspectu nouercæ. Et magnã domus cladem ratus ĩdigere magno & ampliore cõsilio: ad quẽdã cõpertæ gratuitatis educatorẽ senem protinus refert nec quicq̃: diutina deliberatione: tã salubre uisum: q̃ fuga celeri procellam fortunæ sæuientis euadere. Sed ĩpatiens uel exiguæ dilationis mulier: ficta q̃libet causa: confestim marito miris p'suadet artibus ad lõgissime dissitas festinare uillulas: quo facto: maturatæ spei uesania præceps: promissæ libidis flagitat uadimoniũ. Sed iuuenis modo istud: modo illud causæ faciẽs: execrabilem frustatur eius aspectum. quoad illa nuntiorum uarietate: pollicitationem sibi denegatam manifesto perspiciens: mobilitate lubrica: nefarium amorem ad longe deterius transtulisset odium: & assumpto statinequissimo & ad omne facinus

Heptalogus Phil. Beroaldi

INtẽpestiua: Pitacus ex septẽ sapiẽtib⁹ unus dicere solebat γνῶθι καιρον. i. nosce tẽpestiuitatẽ: itelligi uolens in rebus omnibus obeundis nihil'eẽ cõducibili⁹ meliusq; tẽpestiua oportunitate: e cõtrario nihil peius itẽpestiuitate. Sup q̃ relatissime pscripsimus in heptalogo: sic seueritas q̃ alioquiter uirtutes nũerat' i uitii nomẽ trãsibit si fuerit itẽpestiua. neq; cata καιρον. i. ex oportunitate adhibita. Vñ laudãdus hic iuuenis q negare seueriter noluit: ne p intẽpestiuã seueritatẽ. fœmia magis ac magis exasperaret'. PROLYxe. Benigne large liberaliter. M. Cato res prolyxas dicit quas aliis quoq; uocabulis secũdas & ꝓsperas appellat. IMpendio suadet. Valde uehemẽter hortatur. REfert: Retrahit abducitq;. AD educatorem refert: Idest cõsulit nutriciũ senẽ. & q̃ sit sup re tãta illius exquirit sentẽtiã. q̃ cũ senex eẽt merito multarũ rerũ cõsultissimus gnauissimusq; uideri poterat cũ ætate sapiẽtia adipiscat'. In senibus prudẽtia est. atq; cõsiliũ. & ut inqt Plautus maior ẽ q̃ plura nosce & uidisse credũtur. qd' & Homerus frequẽtissime testatur. & ut eleganter scribit. M. Tullius in Catone temeritas est scilicet florescentis ætatis prudentia senectutis. In senibus consilium ratio sententia est: quæ nisi forent nõ summũ consiliũ maiores nostri senatũ appellassent: proinde probandus est adolescens qui consiliarium senem educatorem adhibuit: qui ex consilio senioris atq; sentẽtia saluberrima decreuit subducere se se nouercalibus blandiciis. & fuga euadere hãc quasi procellam ex fluctibus cupidineis impendentem. IMPAtiens mulier. Omnis mora amãtem torquet. omnis cunctatio tormentum est: & ut inquit Plautus in penulo. Amans quicquid agit properat omnia: amanti nihil satis festinatur. DISSItas: Longe remotas distantesq; ab urbe. Antiqui improbarunt uillas & predia longe ab urbe distantia. hinc Pomponius inquit longe ab urbe uillicari. quo herus rarenter uenit. non uillicari sed dominari mea est sententia. Columella quoq; censet in propinquo agrum mercari: quo & frequenter dominus ueniat: & frequentius se uenturum q̃ sit uendo pedibus cõpensari pecuniam. FLAgitat uadimonium: Ex forensibus uerbis ttãslata sententia: si gitat nouerca a priuigno. ut se se sistat ĩ palestra ueneria. ut qd' uerbo promiserat re perficiat. ILLVDcausæ. Idest modo hãc rem modo illam causatus. MObilitate lubrica: Nihil est mobilius mente fœminea: quod & testimoniis poetarũ & græco uerbo satis liquet quis enim nescit illud. uarium & mutabile semper fœmina. Item mobilior uentis o fœmina. Item ah crudele genus nec fidũ fœmina nomen: græce dicitur. κουφον το φυλλον των γυναικων. i. leue ẽ & mobile genus fœminarum. proinde uidemus quotidie amorem fœminæ torrentissimũ. in odium interneciuũ repente conuerti: & ex amorabunda fieri infestissimam: Amor in nouerca erga priuignum nefarius est & execrabilis: sed

Prolyxæres.

Impẽdio ualde.

In senib⁹ prudẽtia.

Amans properat omnia.

Suburbanũ ꝑdiũ cõmodissimum.

Mobilitas fœminæ peculiaris.

odium sit longe execrabilius. cum necē meditatur cum ad uenena accingitur. cum in prignum furibunda bacchatur. fecit hæc nouerca in priuignum. id quod fieri ab uxore ī maritum scribit Hieronymus: qui in libris contra Iouinianum in sectam fœminarum perorans ait. In odium uertetur ac iurgia. & nisi cito consulueris parabit uenena. EMANcipato: Addicto parato alias emancipatus dicitur emissus ex patria potestate: Verbum iurisconsultorum apud Oratium in epodo scriptum est. Romanus heu posteri negabitis emancipatus fœminæ. Vbi emācipatus accipitur pro addictus. & quasi in mancipiatum. & seruitutem datus Cleopatræ. DOTAli seruo. Dotales serui ut ex uerbo ipso notissimum est dicuntur quos uxor cum dote ad maritū attulit. Plautus ī asinaria. Dotalē seruum saurream uxor tua adduxit cui plus ī mau sit q̄ tibi. De seruis dotalibus & ancillis mētio fit apud iurisconsultos & ait Paulus titulo de donationibus. si qd ī pueros ex ancillis dotalibus natos maritus īpenderit aut ī doctrinā. aut in alimēta nō conseruatur marito: quia ipse ministeriis eor̄ utitur quēadmodū si a predonibus redemisset seruos dotales. receptitiū uero seruū appellāt propriū uxoris: quē sibi recipit ac retinet neq; doti dat. De quo Au. Gellius. de quo &. M. Cato loquit. sic scribens ubi irata facta est seruū recepticiū sectari atq; flagitari uirū iubet. VENenū pñ tarium: Dicimus uenenū p̄sentarium siue præsentaneū: qd' strenuissimū. rapidissimūq; ē: qd' pñtē mortem subitariamq; affert: sine ulla lentitudine. auctor est Trāquillus neronem coegisse locustam uenenariam coquere uenenum q̄ posset uelocissimum ac præsentaneum. Atilius regulus in senatu Romæ dixit auctore Au. Gellio uenenum sibi carthaginenses dedisse non præsentaneum. sed eiusmodi quod mortem in diem proferret. Plinius remedia præsentanea & præsentissima frequenter appellat quæ sine cunctatione auxiliantur: Quintilianus artem dicendi cōstare ait inter cætera cōsilio præsentissimo. VIno dilutū: Vino tēperatū dissolutumq;. M. Tullius in cluētiana docet probabilius esse uenenum in potione datum q̄ in pane: celeriusq; epotum q̄ comesum in uenas atq; in omnes partes corporis permanare. præterea facilius fallere potest in poculo uenenum cum ita confusum sit. ut secerni nullo modo possit cicuta uino diluta atq; in uino pota irremediabilis existimatur. NOxii homines: Nouerca & dotalis seruus. FORte fortuna: Archaismos est. nam antiqui iunctim dicebant fors fortuna. & forte fortūa p casu. & subita fortūa. grāmatici ita distingūt. ut fors sit casus tpalis. Fortuna uero ipsa dea. Terentius fors fortuna inquit nobis idest ut exponit Donatus subita fortuna. quia id quoq; autumat quod fors fortuna in bono ponitur. ILle Iunior. Quem scilicet genuerat infanda hæc mulier ex patre adolescentis: quem ad stuprum sollicitauerat: quem supra dixit duodecimum ætatis annum peregisse. PENdio. Dictio non solum mendosa uerunetiam cassa. & futilis nihilq; significans: quæ obelo confodienda est. Vt in eius locum substituatur prandio. ut ita legas prandio iam capto. significat enim puerum redeuntem a palestra litteraria sumpsisse prandiculum. hoc est ientaculum. ex quo cum sitiret. repente exhausit poculum illud mortiferum credens id uinum esse cum uenenum uino dilutum internosci non posset. FRAtri. Priuignum intellige: qui ex patre tantum. non ex matre frater erat pueri qui hauserat uenenum. EXAnimis. Moribundus & similis extincto: nam re uera ut paulo mox liquebit non fuerat hæc potio pestifera sed soporifera. PEDAgogus: Titulo de iniuriis pedagogi nomine comitis continentur comitem uero accipere debemus eū qui comitetur & sequatur. ferulæ sceptra sunt pedagogorum. qui interdum imperiosi atq; seuientes stultitiam suam perdocent. qui alumnos fœdis sæpe uitiis imbuūt: quorum sordes sunt ineluibiles. Sicut Ieonides Alexandri pedagogus. eum quibusdam uitiis infecit: q̄ robustū quoq;. & iā maximū regem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Ideoque salubriter præcipit Quintilianus ut pedagogi sint morati sintque eruditi aut se non esse eruditos sciant. latini magistrum appellant: quem græci pedagogum. CIET. Commouet inclamat. INSIMVlabant: Accusabant: insimulatio est & falsi & ueri criminis incusatio: insimulo ut docet Donatus genitiuo iungitur sicut hoc in loco: Plautus tamen dixit. sic me insimulare falsum facinus tam malum.

Veritas filia temporis.

PATIbnlo suffigitur: In crucem tollitur. Antiqui gaballum dixere crucem & patibulum. M. Varro. Nos barbari qui innocentes in gaballum suffigimus. Alias patibulum dicitur sera. qua hostia occluduntur. a patendo. ꝙ hac remota ualuæ pateant. Supplicium autem patibuli infame esse & seruile docet Lactantius in quarto. Patibulatum pro crucifixum dixit antiquitas. FABVlosa fortuna. Qualis in tragœdiis spectari solet. & tragici stili materia est. POST orbitatis periculum. Periclitatus est senex. ne duobus filiis eodem tempore orbaretur: nam si ille sepultus uere mortuus fuisset: alteri quoq; erat pereundum: sentētia iudicum condemnatoria: & capitali. NVLLO uendente cōparauerat. Festiuiter dictū de eo qui asinum abduxerat: & suū fecerat sine emptione. Hortulano. n. in publicum carcerē deducto miles asini possessor factus ē: acquisiuitq; rei inemptæ dominium militari scilicet impotētia. & ui. XI. denarii. Luciāus scribit militem uendidisse asinum πεντε και εικοσι idest uiginti quinq; drachmis atticis. DIVES dominus. Lucianus. ΟΔΕ ὠνησαμενος θεραπων ην αρδρος σφοδρα πλουσιου πολεως τῶν εν μακεδονια της μεγιστης θεσσαλονικης idest emptor asini seruus erat uiri ualde opulēti. ex thessalonica maxima ciuitatum ī macedonia. PISTOR dulciarius. Lucianus εἰχε αδελφον συνδουλον αρτους πεττειν και μελι πηκτα κιρναν επισταμενον idest habebat hic fratrem conseruum: qui panes conficere & cibaria ex melle concinnare sciebat. pistor dulciarius is dicitur. qui dulcia conficit. & mellita cibaria. quæ græce dicuntur μελιπηκτα qualia sunt & bellaria de quibus. M. Varro. Gellius. Macrobius. sic scripsere. ea maxime sunt mellita. quæ mellita non sunt dulcibus enim cum pepsi societas infida. quibus uerbis inest hic intellectus. ea maxime mellita idest iucunda haberi: quæ non sint mellita idest melle cōcinnata. quoniam dulcia & ex melle composita non faciunt ad pepsim idest concoctionem. sicut autem dulciarius a dulcibus eduliis dicitur. sic & lactarius qui ex lacte facit lacticinia. quæ uocant: Lampridius helio gaballum scribit habuisse dulciarios & lactarios: qui omnia coquorum edulia exhiberent. ex dulcibus. & lactariis. ubi lactaria significantur lacticinia. ut uulgus appellat: quæ Cor. Celsus lactantia uocat sic scribēs. aluum mouent mel crudum. lac lactantia omnia. Pistores uero dicuntur. qui panem faciūt. Antiquitus hoc uocabulo nominabantur. qui far piscebant. Pistores non fuisse Romæ ad persicum usq; bellum testis est Plinius. scribens ipsos quirites panem fecisse idque mulierum opus fuisse: libro tertio digestorum scriptum legimus. fuisse Romæ: collegium pistorum. græce αρτοποιος dicitur pistor. ALTER coquus. ταοψα τῶδεσποτη εσκευαζε idest obsonia domino concinnabat. ueteres Romani. coquos non habuerunt in seruitiis. eosque ex macello conducebant: quod ex Plautina lectione sat notum est. mox coquos inter seruos habere cœperunt. quos singulos pluris q̄ equos emebant. idque in conquestione luxus auctores graues censoria oratione castigant: a quibns proditur coquum illum plurimi solitum estimari: qui peritissime censum domini mersisset. Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus: græce dicitur οψοποιος. De coquo Liuius hæc. Tum coquus uilissimum antiquis mancipium & æstimatione & usu in precio esse. & quod ministerium fuerit. Ars haberi cœpta. Plato in gorgia coquinariam uocat adulationem medicinæ.

SVCCVVM. Pro succorum. multa enim apud priscos reperiuntur. secundi & quarti ordinis indifferenter usurpata. ut senati & senatus ornati & ornatus lecti & lectus. sic succi & succus. unde pluraliter succuum pro succorum. græci ευχυλα uocant και κακοχυλα cibaria boni succi. & mali succi. Cor. Celsus inter res euchylas numerat triticum siliginem omnem uenationem uinum dulce. uel lene. inter cacochylas uero legumina ponit & salsamenta. & ueterem caseum. Hic nutrimenta succorum accipi uidentur pro embāmate & intinctu. nam græco uocabulo embāmata. latino intinctus uocant liquores sapidissimos: quibus pulmenta condiuntur quibus bucellæ panis & obsonia intinguntur: uulgus sapores appellat. gulæ prorsus irritamenta. quorum Columella. Plinius. cæteri meminere: Quidam legunt intrimentis: ab eo uerbo de quo est illud prouerbiale quod intristi tibi cxedendum est. hinc intrita Catonis. & ut inquit Donatus. intrita dicitur cibus in mortario factus.

Gaballus
Patibulū
Patibulatum.

patibulo suffigitur: & omniū consensu: bono medico sinuntur aurei opportuni somni p̄ciū: & illius quidē senis famosa atq; fabulosa fortuna prouidentiæ diuinæ cōdignum accœpit exitum: qui momento modico: īmo puncto exiguo post orbitatis periculū adolescentium duorū pater repente factus est. At ego tūc temporis talibus fatorū fluctibus uolutabar. Miles ille: qui me nullo uendente: comparauerat: & sine p̄cio suū fecerat: tribuni sui præcepto debitū sustinens obsequiū: litteras ad magnum scriptas principem Romā uersus perlaturus uicinis me quibusdam duobus seruis fratribus undecim denariis uendidit. His erat diues admodum dominus. At illorum alter pistor dulciarius: qui panes & mellita concinnabat edulia. Alter coquus: qui sapidissimis nutrimentis sucuū: pulmenta

Pistor dulciari⁹.
lactarius.
Lactaria lacticinia
Pistor.
Coquus ex macello.
coqnaria
Euchyla.
Cacochyla.
Embammata.
Intictus.
ītrimēta.
Intrita.

Conditū paradoxon.

CONdita. Media producta pronūciandū. a cōdio cōdita deriuātur. unde & cōdimēta. & cōditiones & cōdituræ inclinātur: apicius. cōditi paradoxi cōpositionē celebrat. quo uocabulo significatur genus sibi siue potionis cōdimētis uariis cōcinnatū: Idē cōditū melizomū uocat. iusculū ex mellis despumati mixtura cōfectū. Quod & ipse docet & nomē ostēdit. μελι. n. græce mel. & ζωμος ius. annotandū dici ab apicio cōditū neutraliter noīe secundi ordinis substātiuo.

Melizomon.

cōpluria.

VASA cōpluria. M. Cato. Pu. Nigidius. M. Varro. cæteriq; scriptores uetustissimi pluria & cōpluria dictitabāt. q̄ nos plura & cōplura dici mus: qn etiā asinus capito uir doctissimus. epistola quadā ratiōes grāmaticas posuit p̄ quas docet pluria latinū eē: plura barbarū: idque nomē simplex eē. nō cōparatiuū. Ab eo qd̄ est cōpluria aduerbium factū est cōpluries: ut docet Gellius in quinto. M. CAto compluries inquit multi simul ad hostis trāsfugere: cōpluries ī iperato rē ipetū fecere. PRAEstinarant: Emerant. ADscisco: Assumor.

cōpluries

TERtius cōtubernalis: Festiuiter dictū de asino adscito in cōtuberniū duoꝝ fratrū. ut pinde quasi tertius cōtubernalis haberetur.

condita uapore mollibat: unico illi cōtubernio cōmunem uitam sustinebant: meque ad uasa illa compluria gestanda præstinarant. quæ domini regiones pluscula pererrantis: uariis usibus erāt necessaria: adsciscor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis. Haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus. Nam uespera post opiperas cænas: earūque splendidissimos apparatus: multas numero partes in cellulā suam mei solebant reportare domini: ille porcorum: pullorū: pisciū: & eiuscemodi pulmētorū largissimas reliquias. Hic panes: crustula: iucunculos: hamos: lacertulos plura scitamēta mellita: q cū se refecturi: clausa cellula balneas petissent: oblatis ego diuinit⁹ dapib⁹

MVLtas partes: Lucianus reliquias dixit sic scribens. μετα το δειπνον του δεσποτου πολλα λεψανα ἀμφω εκομιζομ. i. post cænā deinde multas reliquias ambo reportabāt: De partibus cænæ. & eduliorū superius copiose sciteq; differui. MEI domini: Pistor dulciarius. & coquus. ILLE porcorū: Coquū significat. Luciānus. ομοιως κρεων και ιχθυων. i. hic quidē carniū & piscīū. οδε αρτων και πλακουντων. alter autē panis. & placentarū. HIC panes: Pistor dulciarius. CRVstula. A lucio nostro crustula dici uidentur. quæ a Luciano græce πλακουντες. i. placentæ. sunt enī crustula edulia mellita operisq; pistorii. quoꝝ Oratius. & Iuuenalis cōmeminerūt: de quibus Lucilius gustaui crustula solus. obiter corrigendus est publicus error grāmaticorū: qui crustū a crusta ita distingunt ut crustum neutro genere dicatur edulium. sitq; pars eoꝝ quæ comedi possunt. fœminino uero crusta sit eoꝝ quæ nō comeduntur. ut ligni & lapidis. & gelu. sicut apud Virgiliū. cōcrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. nos uero obseruauimus apud eruditos crustas non minus dici de eduliis q̄ de his q̄ non manduntur: quod cum alii tum maxime Plinius noster ostendit longe opinor q̄ grāmatici omnes doctior elegantiorq; cuius in præsentia exemplum unum suppetit. qui in. xix. de papauere scribens sic inquit. hoc & panis rustici crustæ inspergitur. adfuso ouo inherens. ubi inferiorem crustam apio gitq; ceriali sapore condiunt. Hadrianus imperator inter cibos unice probabat tetrapharmacū quod erat de phasiano sumine perna. & crustulo. unde & nomē. est enim tetrapharmacū cibi genus. ex eo dicti q̄ ex quattuor p̄ciosis obsoniis constabat: sicut pentapharmacū edulii genus est ex quinq; cōfectū quod reperisse dicitur. helius uerus Romanus iperator auctore spartiano. hoc est sumen phasianus pauo crustulata & apruna. ubi annotādū crustulatā fœminino genere dici qd̄ & crustulum in differēter. IVCVNculos. Cibus signatur ex opere dulciario. qui ad similitudinē iuncorū. ut opinor figuratus inde nomē mutuatur. quales hodieq; in opere pistorio uenales cōspiciūtur. proinde iunculos legēdū est. uel intellige opus lactariū siue lac coagularū instar metæ formatū iuncis inclusum: quæ meta lactis dicitur epigrāmatistæ uulgo iuncata a iuncis noīatur. HAmos lacertulos: Noīa sūt opis pistorii a similitudine nūcupata. Apud nos ex saccaro. & ouis & farina purissima fiunt huiuscemodi hami. figura incurua & orbiculata. quoꝝ opificinæ prope peculiariter sunt sanctimoniales. lacerti sūt pisces quoꝝ mētio apud Plinīū & reliquos frequēs ad quoꝝ effigiē dulciarii panes formati appellantur lacerti. & diminutiue lacertuli. nil ꝓhibet hoc nomē deduci posse a lacertis ruresstribus qui oībus noti sunt de quibus & poeta. Nunc uirides etiā occultāt spineta lacertos: nā sicut illi intereūdū sinuantur atq; flectuntur. Ita & mellita panificia tortuosa finguntur: q̄ uulgus a similitudine incurui brachii brachialia nominitāt: unde & lacertulos a lacerti nostri similitudīe noīatos eē crediderim. hæc tamē arbitraria sint & pro cuiuslibet aio accipiātur. SCItamēta: Edulia sunt ex eo dicta. q̄ sciti saporis sint: hoc ē egregii & p̄cellentis. Macrobius in ultimo saturnaliū. apud popinatores inqt pleraq; scitamētorū cernimus ꝓposita ampliora specie q̄ corpore. ubi scitamēta significātur iucūdiora pulmēta. & si mēdose legitur ī codicibus Macrobii hæc dictio. Apud. Au. Gelliū p̄ trāslationē posita leges scitamēta decenter ꝓ exornationibus & uenustatibus orationis. q̄ in collocādis uerbis si īmodice usurpentur nō carent neuo reprensionis. REFecturi: Corpora refocillaturi recreaturiq; primo balneo mox cibo.

Cruſtula

Error grāmaticoꝝ Cruſtū. Cruſta.

tetrapharmacum.

Pentapharmacum.

Cruſtulata.

Iunculi.

Meta lactis.

Lacerti pães dulciarii.

Scitamēta.

AFFATIM saginabar: Large & habundanter saturabar. FVRAtrinæ artificiũ: Furacitatis ac rapinæ solertia. Furatrinã dixit nomine substantiuo ea forma. qua moletrina. ferratrina fœtutrina dicit ueteribus: Furatrinus dictus est mercurius. TIMIDE & parce: Lucianus καμου ετι εν φοβω και φειδοι κλεπτοντος. i. me cũ timore & parcitate prãdium surripiente. PARtes opimas: Lucianus. καλλιστα των μεριδων κατετρωγον. i. pulcherrima partiũ deuorabam. ABLIguriebam: Ligurire unde abligurire significat suauiora quæq; destugare. αποτου λιγουρου. sic enim græci suaue appellãt. Auctor Donatus: unde & liguritores dicti gulosi. quos antiqui catilones appellãt: propterea ꝙ catulinã carnem in epulis lautioribus celebrem fuisse. & in cænis deorum põi solitam Plautus Pliniusq; notificãt: hinc a Lucilio Satyrico piscis lup⁹ catillo dictus quasi liguritor quia. s. stercus proxime ripas tyberinas ĩsectaretur.

Furatrĩa.

Ligurire

liguritor

Catilões

affatim saginabar. nec enĩ tã stultus eram: tãq; uere asinus: ut dulcissimis illis relictis cibis cænarem asperrimũ fœnum: & diu quidem pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium: quippe adhuc timide: & satis parce subripienti: de tam multis pauciora: nec illis fraudes ullas in asino suspicãtibus. At ubi fiducia latendi pleniore capta: partes opimas quasq; deuorabã: & iucundiora eligens abliguriebam dulcia: suspitio non exilis fratrum pupugit animos: & q̃q̃ de me nihil etiã tum tale crederent: tamen cotidiani damni studiose uestigabant reum: illi uero postremo etiam mutuo sese rapinæ turpissimæ criminabãtur. Iamq; curam diligentiorem: & acriorem custodelam: & dinumerationem adhibebant partium: tandem denique rupta uerecundia: sic alter alterum compellat. Ad istud iam neque æquũ: ac ne humanũ fidem minuere quidem cotidie: ac partes electiores subripere: atque hiis diuenditis: peculium latenter augere: de reliquis æq̃ uindicare diuisionẽ: si tibi dẽiq; societas ista displicet: possumus omnia quidẽ cætera fratres manere. Ab isto tamẽ nexu cõmunionis discedere: nã uideo in ĩmensum procedẽtem querelã: nutrire nobis ĩmanẽ discordiã. Subiicit alius laudo istam tuam mehercules: & ipse constantiã quod furatis clanculo partibus præuenisti quæremoniam: quam diutissime sustinens: tacitus ingemiscebã: ne uiderer rapinæ sordidæ meum fratrem arguere: sed bene ꝙ utrinque secus sermone prolato iacturæ medium queritur: nec silentio procedens simultas

FRAtrem: Lege fratrum. MVTVO criminabãtur: κλεπτειν ο ετερος τον ετερον και αρπαγα των κοινων και αναισχυντον ελεγον. i. alter alterũ furacem eẽ & raptorem eorum quæ cõmunia forent inuerecundum criminabatur. Anticategoriã uocant mutuam criminationẽ rhetorici doctores. CVSTOdebã. corrige custodelam. i. custodiam ut supra. DINVmerationẽ partium. Electioꝝ. s. ex eduliis. Lucianus μεριδων αριθμος εγινετο. i. numerus partium habebatur. AD istud. Lego at istud est enim particula hæc inceptiua. & ut inquit Donatus pricipium increpatiõi aptum. proinde frater fratrem furti criminaturus scite exorditur a particula obiurgatoria & increpationi accõmodata.

Anticategoria.

At.

PECVlium augere. Signate locutus. cum peculium proprie seruorum dicatur essentq; pistor: & coquus ĩ famulicio domini opulenti. Peculiosos uocant seruos habẽtes peculium copiosum. peculiares res dicuntur iureconsultis ad peculium seruile pertinentes. AEQuam uindicare diuisionem: criminatio fraterna qua frater accusat fratrem ꝙ clam augeat peculium ex partibus edulium sureptis. dein ex reliquis quoq; existentibus uendicet dimidium lucri pro rata. OMNIA cætera fratres manere. Figurata elocutio: & uetus: pro in omnibus cæteris rebus possumus seruare fraternitatem. NEXV communionis. Possumus inquit agere de communi diuidundo. & hunc nexum uinculumq; societatis dissoluere. ne ex fraterna concordia exoriatur immanis pestiferaque discordia.

Peculiosus.

Peculiaris res.

SVBIICIT alius. Anticategoria est & mutua accusatio. qua se uicissim fratres incessunt. dum alter alterum credit habere furtificas manus. PRAEVEnisti querimoniam: quasi dicat nisi tu prior conqueri cœpisses: ego iam hoc ipsum facere destinaueram: & querimoniis expostulare tuas sordidas rapinas. ARGVERE rapinæ: accusare de rapina: cum genitiuo iungitur sic apud Plautum ait alcumena probri stupri: dedecoris a uiro argutam meo. VTRINQue secus. & abste & a me.

Anticategoria.

Arguere rapinæ.

IACTERE medium queritur. ego sic emendo. iacturæ remedium queritur: alioqui nullus sensus nulla latinitatis elegantia. NEC. Lego ne. istæ interdum minutiæ remorantur lectores atque perturbant: quominus uerum sincerumq; intellectum assequãtur: proinde hæc nostra etiam in minimis curiositas minime uideri debet reprehensibilis. cum nõ solum eruditulis & ingeniosis sed etiã hebetioribus. & brutis ista scribant: quoꝝ titubantia adminiculis omnibus est erigenda fulciendaq;.

Eteocleæ contentiones.

ETEOcleas cõtentiones:capitales & acerbas ab eteocle qui fratrẽ polynicẽ odio exitiali infectatus est.cui struxit insidias:quẽ uita priuare & regno uiribus oĩbus neruisq; cõtẽdit. cũ quo post dira bella & nefanda depugnãs cõflixit amboq; pari fato occubuere. quoꝝ odiũ nec quidẽ post obitũ restrictũ est:cũ ignis quoq; rogi:quo cremabantur.scissus sit flãma diuisa atq; resiliente.ut canit papinius ĩ.xii. thebaidos.hinc Lucani illud scinditur in partes geminoq; cacumine surgit thebanos imitata rogos: ob hoc inimicitiæ cõtentioneſq; fratrũ exitiales ac pestiferæ dicũtur eteocleæ: sctibit Aristoteles ĩ.vii. politi.prouerbiũ eẽ.q; fratrũ cõtẽtiones & iræ sunt acerbissimæ: & qui se nimiũ amãt. hi se nimium oderũt:qd uerũ eẽ demõstrat eteocles thebanus.Plato quoq; libro. xi.de legibus refert. nihil pnitiosius eẽ filiis parẽtũ ĩprecationibus easq; aduersus filios a diis exaudiri:ideoq; etheoclẽ & polynicẽ dissidio & cõtẽtionibus capitalibus iter se dissidisse:qm̃ pr̃ oedipus cõtẽptus a filiis ea illis ĩprecatus ẽ: q̃ exaudita a diis effectaq; apd oẽs ferũtur: græce dicit̃ p puerbium οἰδὶ ποδοσαρα.i.oedipodis imprecatio:meminit huius diræ deuotionis paternæ in filios. & statius ĩ prĩo thebaidos. ubi oedipus talia ĩpcat.l.media in fratres gñis cõsortia ferro dissiliãt datartarei regina barathri qd cupiã uidisse nefas. DEIErant:ualde iurãt de iuriũ dicitur ius iurandũ. COMmunis dispendi:damni quod utriq; fratrum cõmune erat. PAstus electiles:escas p̃ciosiores. HARpiæ phineias dapes:ex lectione poetarum:& maxime uirgilii notum est quẽadmodum harpiæ mensas phinei archadiæ regis contactu in mundo & uentris illuuie fœdauerunt ciboſq; ei obcæcato.tantisper inuolantes dirripuerunt donec expulsæ ab argonautis ad insulas strophadas confugere: quarum formam poeta graphice scienterq; describit illis uersibus/uirginei uolucrum uultus fœdissima uentris proluuies:uincæq; manus & pallida semper ora fame.græce dicuntur ἁρπυιαι ἁρπακτικαὶ λαι.ωορεσ· harpyá græce rapina dicitur.unde & a rapacitare inditum nomen: ideo uolatiles figurãtur:q̃ omnis rapina teste fulgentio ad uolandum sit celerrima.Tres uero tradũtur:quia primum sit aliena concupiscere:secundum concupita inuadere.Tertium celare quod inuadit.Apollonius duas tantum esse tradit:eaſdem iouis canes nec non & furias esse tradunt: unde etiam epulas abripere dicuntur:quod est furiarum:hinc elegãter Oratius dixit gulam dignam rapacibus harpyis intelligi uolens Gulones esse dignos:quibus harpyæ furtim inuolantes edulia subriperent: in ipsõ edendi desiderio & epularum apparatu:sicut phineias dapes diripiebant.ἁρπαζω græce est rapio.ἁρπαγη rapina.ἁρπαξ rapax/hinc Plauto dictum aurum arpagatum.pro furto subductũ.item arpax amor pro rapax:homerus harpyarum uocabulo procellas scite nuncupat.harpagones ex eadem origine dicũtur manus ferreæ:siue instrumenta uncinum habentia/quibus naues capiuntur/continenturq;. LIBERAlibus cænis:Largioribus & homine libero dignis. AFFAtim:Large abunde copiose aduerbium est:quod auctore Gellio prima acuta pronunciatur:iuñgitur cum genitiuo. ut affatim lignoꝝ est apud Liuium.& apud Plautũ.alioꝝ est affatim qui faciant. OBESA pinguitie:Pingui pinguitudine:pingue ping:uedo pinguitudo pinguities in eodẽ significatu indifferẽter a doctis usurpãt/errorẽ seruianũ euidenter refellimus in notis seruii tradentis neq; pinguedinẽ neq; pinguitudinẽ eẽ latina uocabula.de obeso iam diximus.qd neuius pro gracilento posuit.cũ in usu quotidiano sit,p uberi & pingui/dicit̃.n.obesus.quasi ob edendũ pinguis factus. ARVIna succulenta:Succosa pinguedine aruina est pinguitudo &,pprie est id durũ pingue:qd est inter cutẽ & uiscus.ut ex auctoritate Suetonii docet Seruius enarrãs illud Maronianũ/aruina pingui subigũt in cote secures/arbilla priscis dicta est aruina.i.pinguedo corporis/apud Liuiũ memoratur Cornelius cognomento aruina/opinor credo a corporis succulenta pinguitudine.Lucianus de hoc scribens inquit.σωμακαλον ἐγεγονει.καὶ τοἑρμαεπαρθουσηι τηι τριχὶ απεστιλβον ideſt corpus pulchrum mihi factum est corium florenti pilo relucens. VASTItate tergoris: obesitate dorsi. Lucianus.μεγαρμε καὶ πιομα ορωμτοσε ideſt magnum me pinguemque cernentes. MOLLIueram: Molle leuigatum lucidũ reddiderã qualis fieri solet ex pinguitudine. FOEnũ: Lucianus dixit ordea.hoc est τα κριθιναἀ.

Eteocleas nobis cõtentiones pariat. His & similibus altercati cõuiciis:deierant utrique: nullam se prorsus fraudem: nullam denique surreptionẽ factitasse. Sed plane debere cunctis artibus cõmunis dispendii latronem inquiri:nam neque asinum: qui solus interesset: talibus cibis affici posse: & tamen quotidie pastus electiles comparere nusquam:nec utique cellam suam: ĩmanes iuolare mures:uel muscas:ut olim harpiæ fuere:quæ diripiebant phineias dapes. Interea liberalibus cænis inescatus: & humãis affatim cibis saginatus corpus obesa pinguitie compleueram:corium aruina suculẽta molliueram: pilum liberali nitore nutriuerã: sed iste corporis mei decor pudori peperit grande decus:insolita nãque tergoris uastitate cõmoti:fœnũ prorsus intactum cotidie remanere cernentes:iam totos dirigunt ad me omnes animos; & hora consueta:

VElut

VElut balnea petituri:Et græco ωσ εισ το βαλαριον απιρτεσ hora autem balnei erat pomeridiana. PER cauernam:Lucianus προσ βαλοντεσ οπη τιρι τα ομματα τησ θυρασ idest apponentes oculos ad hostii cauernam/græce οπη dicitur cauerna:Vnde opobalsamum dici autumat egesippus in quarto.quoniam per οπασ idest cauernas distillat paulatim humor balsami incisis uirgultis nam & plinius quoq; refert incidi uitro lapide osseis ue cultellis ramos balsami. succũq; e plaga manantem colligi lanis/quem opobalsamum uocant.proinde uel a cauerna quæ græce οπυ uel a succo qui οποσ dicitur/opobalsami nomen deductum est. HEbetis iumẽti.Tardi asini. LIberalis cachinnus:Solutior risus. Est autẽ cachinnus uerbum secundũ onomatopoeiam fictum a sono risus Quod & porphirio interpres oratiaus tradit. COgnito:Cum cognouisset quam ob rem tam effuse rideret. Adusq; intestinorum dolorem:Expressit rem naturalẽ: & pene quotidianam/ut scilicet homini ex nimio risu liberaliorique cachinno doleant intestina/cogaturq; impositis ad sinistrum latus manibus coercere exultantẽ dolorem:& enĩ lyen q & splen dicitur domicilium risus est in sinistro latere: & ut auctor est plinius noster intemperantia ioci & risus constat lyenis magnitudine: hĩc illud persianum sed sum petulanti splene cachinno sunt qui putẽt exempto lyene adimi simul & risum.in eodem ẽ peculiare cursus impedimentum quãobrem inuritur cursoribus laborãtib⁹. COram arbitratur: Præsens spectat: nam ut inquit plautinus miles: pluris ẽ oculatus testis unus q̃ auriti decem. REnidentis:Modo arridentis alias splendẽtis. GAVdio præsentium.Cum præsentes gaudibundos uiderem/ob id ipsum alacrius securiusq; humanas dapes esitabã. DVci me iussit.Luciãus.κελευει με εισο αγεσθαι εισ το εκεινου συμποσιον επειτα τραπεζαν μοι παραθειναι.i.iubet me duci in conuiuiũ.& mensam apponi. Illibata:Signat neq; semesa edulia:neq; reliquias ciboꝝ sibi apposita fuisse.sed fercula integra:intacta ingustata/qualia scilicet ipsi domino apponunt. BELlule suffarcinatus. Bene fartus ac distentus largitate escaꝝ bellissimaꝝ.Sic enim Terentius ex persona serui unũ quodq; quod quidẽ erit bellissimũ carpã:qd exponẽs Donatus proprie bellissimũ dici ait.unde & hmõi ad irritandã gulã cibi bellaria dicunt.bellule autẽ diminutiuũ aduerbiũ est a bene.qd facit belle & bellule. ESVrienter.Famelice auide aduerbiũ est.ab esurio ut a sitio sitienter. ABhorreret asinus:Cuiq; animãti ut docet aristoteles in.x.ethicoꝝ.est propria uoluptas & sua:qd intuenti facile liquet/uidemus enim aliã eẽ uoluptatẽ equi aliã asini.aliã hominis/proinde scite inquit Heraclitus.ονουσ συρματα αρελεσθαι μαλλον η χρυσον/ηλιον γαρ χρυσου τροφη ονοισ:idest asinos magis fœnũ optare q̃ auꝝ & asinis pabulum esse auro dulcius.Verum huic nostro asino non fœnum & ordeaceum pabulum tam cordi erat.q̃ humanæ dapes:& ganeata cibaria:quibus naturaliter abhorret palatum asininum. Crassum illum qui agelastus est cognominatus ob frontem seueriorem:& mores austeriores risisse semel in uita.Lucillius ait.cum asinum uidisset carduos comedentẽ.de quo dictum est festiuiter.similem habent labra lactucam. LAsere infectas.Præcioso succo cõditas/laserpiciũ uirgultũ est clarissimũ qd græci silphion uocant.in cyneraica prouincia repertũ:hinc Catullus cyrenas laserpiciferas cognominat:huius succum uocant laser magnificum.in usu ciboꝝ medicamentisq;: & ad pondus argenti denarii pensum.de quo multa plinius noster uolumĩe undeuigesimo.apud auctores græciæ euidẽtissimos inuenitur cæsarẽ dictatorẽ initio belli ciuilis inter aurũ argẽtũq; ꝓtulisse ex ærario laserpitii

uelut balnea petituri:clausis ex more foribus:per quãdam modicam cauernam rimantur me passim expositis epulis inherentem:nec ulla cura iam damni sui habita:mirati monstruosas asini delicias: risu maximo dirumpuntur:uocatoq; & altero:ac dein pluribus cõseruis demonstrant infandam memoratu hebetis iumenti gulam:tantus deniq; ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat:ut ad aures quoq; prætereuntis perueniret domini.Sciscitatus deniq;: quid bonũ rideret familia:cognito quod res erat:ipe quoq; per idem prospiciẽs foramẽ:delectatur eximie:ac dein risu ipse quoque latissimo adusq; intestinorũ dolorẽ redactus:iam patefacto cubiculo proxime consistens:coram arbitratur.Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem gaudio præsentium:fiduciam mihi subministrante:nec tantillum commotus: securus esitabam:quoad nouitate spectaculi lætus dominus edium duci me iussit:ĩmo uero suis & ipse manibus ad tricliniũ perduxit:mẽsaque posita oẽ genus edulium solidorum:& illibata fercula iussit apponi.At ego q̃q̃ iam bellule suffarcinatus gratiorem commendatioremque me tũ ei facere cupiens:esurienter exhibitas escas appetebam. Nam & quid potissimum abhorreret asinus excogitantes sctupulose: ad explorandum mãsuetudinem id offerebant mihi:

Opobalsamum.

Lyen.
Splen domiciliũ.

Bellissimum.
Bellaria.
Bellule.
Cuiq; animanti sua uoluptas.
Crassus agelastus semel risit.
Laser.
Silphion

pondo.c.x.est radice multa crassaq; caule ferulaceo.quo homines uescebantur decocto asso. elyxoq; laser hoc est succus duobus modis capiebatur radice & caule. Vnde indita nomina rhizias atq; caulias. Laseris in condituris meminit frequenter apicius. a quo pullus laseratus dicitur lasere perfusus:. idem laseratum absolute appellat obsonii genus. quo laser cyneraicum cum aceto & liquamine dissoluendum esse præcipit. Inde laserpitiatum acetum dictum. quo quidam lentem respergunt cā diuturnitatis. Palladius in tertio laser appellat opon cycenaicum quasi succum laserpitii a cyrenaica pro uincia dictum. & ita sāe græci uocant: noster plinius in .xxii. dixit laser esse inter eximia naturæ dona numeratum: quod pluribꝰ cōpositionibus inseritur. cōcoctiōi plurimum cōferre senibus & fœminis traditur: hyeme q̄ estate utilius. ab egritudine recreationi efficax in cibo. laserpitii meminit & plautus in pseudolo. his uerbis eo laserpitii libram pondo diluunt. de lasere mentio quoq; est apud columellam. qui id a græcis siphion uocari tradit.

Laseratꝰ. pullus. Laseratū. Opus cyrenaicus.

carnes lasere īfectas: altilia pipere īspsa: pisces exotico iure perfusos. Interim conuiuium summo risu personabat. Quidam denique præsens scurrula: date inqt

ALtilia. Hoc nomine significantur. quæcunq; in saginario alimus causa pinguitudinis ab alendo dicta. est autem saginarium locus saginæ accōmodatus: lege. cai. fannii sumptuaria interdictum est. ne quid uolucrum proponeretur præter unam gallinam quæ non esset altilis. ut refert plinius in. x. qui altilem gallinam uocat: quam Tertullianus saginatam. cochleas altiles instruxisse ganeam testantur auctores/altilem sanguinem ut altilia dixit Macrobius non qui alitur sed qui alit quasi alētem corpora. Seneca in epistolis moralibus carpit i famulicio lautorum haberi seruum. ad hoc tantum: ut altilia decenter secet: & ut circunferens eruditā manum preciosas aues in frusta excutiat. altile non solum pingue ab alendo. uerum etiam pro opulento dixit antiquitas. sicut a plauto dicitur dos altilis & opima. pipere autem inspergi esculenta præfecti popinæ ganeæq; do cuerunt: placet autem piper in obsoniis sola amaritudine quæ & in indos petitur. Quis ille ut plinii uerbis utar qui primus cibis experiri uoluit aut cui in appetenda auiditate esurire non fuit satius: genera piperis plura longum candidum nigrum & rotundum: facillime adulteratur piper longum alexandrino. sinapi piper appositum cuti forinsecus exulcerat. deuoratum uero nullam uentri infert lesionem: inter hortensia est herbā reddens piperis saporem ob id piperiditis nomine accepto. quā & siliquastrū uocant: piper rotundū & longū urinā mouet/uerū ut inquit aristoteles & problematis encycliis piper uesicā quidē soluet si large sumat/sed si parce aluū/e diuerso scamonea large sūpta aluū soluet/modice uesicā. uina fiunt pipere & melle addito. quæ alii condita alii piperata appellant nostri municipes inter embāmata & liquamina sciri saporis: habent id quod piperatū uulgo uocāt: cōpositū ex sapa & melle atq; aromatibus: una discoctis. EXotico iure perfusos: pegrio liquamie madētes i usu mortaliū prio assa scdo elyxa. tertio iurulēta fuerūt: ut docet. M. Varro assum dictū q̄ ab igni assudescit: sudādo. n. assum distillat calore/qdā assum dici ex eo īterptāt q̄ sine pigmēto saporis aliēi i obsoniis īferebat: assum. n. solū ueteres dixere: unde & assa uox noīat ore/plata nō admixtis aliis musicis uocibus. M. Cato refert melos eē bipartitū unū qd ē in assa uoce alterū qd uocant organicō: elyxū uero nūcupamus qd ex aqua decoctū ē: nā lyxā aquā ueteres dixerūt: unde & lyxe dicti ministri militares: q aquā ad tētoria solēt ferre iurulētū āt a iure dici noīe ipso significat: qd & iussulētū appellari posse testis ē Lucius noster: q i apologia scripsit hæc/ostēdit qualiter assus aut iussulentus piscis optime sapiat. iuuēalis iurulēta piphrasticos denotat illo uersu. & eodē iure natātes mergere ficedulas didicit nebulōe parēte: res iurulēta magis alit q̄ assa: oīa iurulēta aliēa sūt stomacho: ut memorat Cor. celsus i scdo: q iurulētū quodq; facile ītus corrūpi tradita: a quo id quoq; scribit q̄ calefaciūt pip. sal. caro oīs iurulēta. qd ex iure decoctū ē ut īqt Varro iucūdū magis ē cōditōe succi iura apitii: & paxamii iter irritamēta gulæ: & īstrumēta luxuriæ popinarūq; delitias munerat Diuus Hieronymus libro prio cōtra iouinianū. ius āt & cūptoriū sit & coquinū: hīc amphibolō illud exiit a. M. Tullio ego quoq; iure fauebo. & illud/ius uerrinum nequā/a. M. Varrone in tertio de re rustica decenter dictū. sic hosce pisces nemo coquus i ius uocare audet: græce ζωμος dicit ius: unde & ζωμοποιος dictus coquus nomine autē iuris exotici. i. externi: uidet significari liquamē gari & olei. sic. n. scribit Lucianus ζωμος ὑσ ἰχθυσ ,,ερ γαρο και ελεωκά τακει,,ερουσ. i. iura pisces Garo oleoq; perfusos: oxygarū quoq; inter liquamina celeberrimū est ex aceto. garoq; cōmixtū. plautus. male olere ait: cū una multa iura cōfundit coquus. de iure nigro lacedæmoniorū quod illi uocant ζωμον μελον copiose scripsi in cōmētariis tusculanarū/quod cū olim Dionysius gustasset aspernatusq; esset: tum coquum scite dixisse ferūt minime mirū si Dionysius illo iure delectatus nō esset cōdimēta enim defuisse & cum ille quesisset. q̄ tum coquus labor inquit in uenatu sudor cursus ab eurota. fames sitis his enim cōdimentis lacedæmoniorū epulæ condiuntur. SCVRrula: Diminutiuū scurræ est scurrula. græci βωμολοχουσ uocant: qui a nostris scurræ dicuntur. de quibus multa suidas: est autem scurra: a sequendo dictus hinc scurrilitas & scurriles ioci & scurrilis q̄ alienissima sunt personæ oratoris: ut M. Tullius & Quintiliāus docent antiqui planos dixere scurras. quasi seductores: qua dictōe. M. Tullius. Gellius Oratius laberius usitati sunt. RIsu personabat: græce. τολεσυμποσιον εκλορειτοτω γελοτι.

Oxygarū

Ius nigrū laconicū.

Scitum coqui.

Scurra.

Planus.

Vsitati pro.

Condimēta optima labor, fames.

SOdali. A sino quem merito sodalem uocat: quasi simul esitantem: nam sodales ex eo dicti: quod una sederent: & essent ideſt uescerentur: græce. συσσίτους. dicitur de sodalitatibus: & sodalitiis: quæ græci συσσίτια uocant affatim scripsimus in tranquilli commentariis. Sodalitii crimen in lege ambitꝰ fuisse plectibile Docet Marcus Tullius in oratiõe pro plancio. CONtubernalis: Modo sodalis: modo contubernalis eleganter & scite asinus ex domini mensa uescens appellatur. MVLsi. Potio generosa est ex uino melleq; confecta. de quo sunt scriptorum omnium plena uolumina emp mulsũ ex uetere uĩo utilissimum facillimeque cum melle corporatur: ex austero factum non implet stomachum aluum mollit frigido potu calido sistit: corpora auget: multi senectam longam mulsi tantum nutricatu tolerauer. neq; ullo alio cibo celebri pollionis romuli exẽplo: quem centesimum annum excedentem cum diuus Augustus hospes ĩterrogaret quanam ratione maxime uigorem illum animi corporisq; custodisset ille respondit intus mulso foris oleo dicimus & per adiectiuũ lac mulsum acetum mulsum. quod melle concinnatum est. aceti mulsi crebra mentio apud plinium: hic promulsis obsonii genus de quo M. Tullius promulside non me

Sodalis.

Mulsum

Acetum mulsum promulsis.

promulsi daria.

sodali huic quippiam mei: quod dictum dominus secutus. Non adeo respondit absurde locutus es furcifer: ualde enim fieri potest: ut contubernalis noster poculum quoque mulsi libenter appetat: & hemus ait puer lautum diligenter ecce illum aureum cantharũ mulso contempera: & affer parasito meo: simul q; ei p̃ biberim commoneto: ingens exin oborta est epulonũ expectatio: nec ulla tamen ego ratione cõterritus ocio seac satis generaliter contorta in modum linguæ extrema ladia: grandissimum illum calicem uno haustu p hausi: & clamor exurgit consona uoce cunctorũ salute me prosequẽtiũ: magno denique delibutus gaudio dñs: uocatis seruis suis: emptoribꝰ meis iubet q̃ druplũ ĩstitui p̃ciũ: meq; cuidã accepissimo liberto suo: & satis conficies hinc promulsidaria uasa dicta mulso promulsidiq; accommodata: iurisconsultus innuere uidetur promulsidaria fuisse uasa non tam ad continendum: q̃ ad sustinendum. Vlpianus auctor ẽ mulsum appellatione uini non contineri. græce μελικράτος. HEmus. Lego heus ut fiat sensus illustrior. sitq; aduerbium uocandi. PArasito meo scite asinum parasitum suum appellat: qui in conuiuio obibat munia parasitica: sunt auctores qui parasitos apollinis Mimos appellant. quod & epigrammatista sentire uidetur qui ex persona latini histrionis sic inquit. & me laurigeri parasitum dicite phebi. A Plinio inter uolucres asio siue otus auis parasita dicta est: cum sit imitatrix & quodã genere saltatrix. proprie parasitus dicitur qui cibi cã ridicula & dicit & facit uiuitq; ad alienũ nutũ: unde & nomen a parasito parasitatio dicta & supparasitari plautinum uerbũ est quod significat subseruire: & subassentari. quod prope officium est parasitorũ: qui in comediis edaces describuntur: quorũ deus uenter est: quorũ uoratrinã & mores & dicta ridicularia unus omniũ scitissime plautus expressit. Lucianus libellũ condidit festiuissimũ de parasito ubi docet artẽ eẽ parasiticã eãq; iucundissimã cuius finis sit εὐλαιωρία. i. fœlicitas: prisci parasitos dixere. δαιτυμόρας quasi conuiuas. idẽ Lucianus refert patroclum fuisse achillis parasitũ & merionẽ idomenei: quos Homerus uocet θεράποντας. q̃si cultores & ministros. parasitus & rex sunt relatiua. ut enim libertus patroni sic parasitus regis. & e cõtrario. ut patronus liberti sic rex dicit parasiti. parasitus ut docet suidas aliis quoq; noibus græce uocatur. κολάξ τραπεζολοιχος κροσσοτραπεζος βελεροφωλης. ex quibus illud est scitissimũ τραπεζολοιχος quasi mensarum liguritor. sunt enim parasiti assectæ mensarum lautiorum: & quasi mures semper edunt alienum cibum: cenipetæ prandipetæ flagricibæ. PRAEbiberim: Præbibere est quod græco uerbo dicit προπίνειν. siquidem ex ritu conuiuali solet archiposia uel dominus conuiuii ante bibere & mox alii subsequunt. quasi ille describat conuiuis bibendi legem. Dido uirgiliana cum præbibisset. & summo tenus ore poculum attigisset. tum bitiæ dedit increpitans ille impiger hausit spumã bitem pateram. & pleno se proluit auro. phormio tamen terentianus ex procacitate parasitica inqt prior bibas: prior decumbas. Curgulio plautinus: propino inquit militi magnum poculum ille ebibit. or bibas: prior decumbas. Curgulio plautinus: propino inquit militi magnum poculum ille ebibit.

Parasitus

parasitari

Ars parasitica.

patroclus.

Achillis.

parasitus

parasitus regis.

præbibere.

propinare.

GEnialiter: Voluptarie de genio & EPVlonũ: Conuiuarũ qui sint epulones suo loco docuimus. GEnialiter: Voluptarie de genio & genialibus supra satis ac super. CONtorta labia. Septimus casus est. numeri singularis. nam fœminino genere labia declinatur itidem in illo uersu uetusto. anima ægra & saucia cucurrit ad labias mihi. Donatus ita distinguit. ut labra sint superiora labia inferiora. labre proprie asinorum dicantur: uerum hæc indiscriminatim usurpantur. PERhausi. Ebibi. SAlute me prosequentium. Ex more cõt

peculiat⁹. PEculiato. Signate locutus: nam peculium proprie seruorum: unde & peculiatos dicimus seruos habentes peculiū opulentum: quos plautus peculiosos appellat. sic enim scribit in rudente peculiosū esse decet seruum. & probum quem hero præsente prætereat oratio. peculium quoq; dicimus patrimonium filii familias: ut docent iurisconsulti. & annotauimus apud tranquillum: Lucianus πάρεδωκε απελευθερωτὶ ἑαυτου μεαρισκω. i. tradidit me cuidam iuueni liberto suo. PAterno. corrige patrono. ACcepissimo liberto. Idonei auctores tradunt libertos fuisse interdum tam gratiosos tanq; fauorabiles: ut domini patroniq; fierent: ut rerum potirent ut ornamentis prætoriis insignirent: tales fuerūt sub claudio pallas. Callistus. narcissus. quorum imperio claudius obsequebat qui in liberto statio gratioso nimis male audiebat. uerum ut sancte & salubriter præcipit. M. Tullius in epistolis ad quintum fratrem seruos & libertos regere debemus. species gratiosi liberti dignitatem habere nullam potest: libertus sit quidem acceptus dilectusq; patrono ita tamen ut se libertum nō dominum esse meminerit. SVFfixo cupido: Apud græcos in deliciis fuerunt κυμαρια μελιτεια. i. catuli melitei. ab insula melite ita nūcupati quales eruditū: in oēs motus saltatorios iamq; ex hac re aucupii genus quasi quodam & lucri factum est: ut circunforanei nebulones nō solum canes sed & equos & ursos ita bellule eruditant & omnes motus & staticulos edoceant: ut spectatores uisendi studio spectatum cateruatim eant: numo persoluto. Cæsarem ferunt cū peregrinos quosdam romæ uidisset canum & simiarum catullos circunferentes eorumq; docilitati & saltationibus ludibundis deditos interrogasse: nunquit apud illos mulieres filios parerent: quo dicto sapienter arguit illos qui eam indulgentiam: quæ maxime debetur hominibus in bestias imperderent: heliogabalus imperator teste lāpridio habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis quos edoctos permansuetarios subito ad secundā & tertiā mensā iubebat accūbere: ignorantibus conctis q; exarmati eēnt: ad pauorē & ridiculū excitandū dicūt. ät a lāpridio leones exarmati mansuefacti: & cicures quasi armis feritatis exuti: mansuetarii uero sunt domitores beluarū: qui cicurāt. i. mansuefaciunt feras. Firmicus maternus i. vii. oriēte septētriōe erūt māsuetarii ferarū. i. q ursos uel tauros deposita ferocitate humāis cōuersatōibus socient. Augustinus libro primo de libero arbitrio. ridiculū est: inquit sapientes uocare istos quos uulgo māsuetarios nūcupāt. hoc ex Luciano aduerbū. πρωτα μεν καὶ τακλιμεσθαι μεεπικλιμησ ωσπερ αρθρω πορεμπα γκωροσ εποιησεν ἑαυτα καὶ προσπαιζεν αὐτωκαιορχεισθαι επὶ τουσ δυο ἔπαρισταμενουσ. ideo autem suffixo cubito dixit se accubuisse: ut. s. exprimeret conuiuarū morē: qui ubi farti sunt ciboq; distenti cōsueuerūt in cubitū se reponere Oratius languidus in cubitū: iā se cōuiua repōit idē alibi quoq; inquit & cubito remanete pfso. de illo qui cubito suffixo mētū fulciebat: ut moris ē: dixit festiuissime plautus ecce. n. edificat collūnā mento suffulsit suo. VERbis nutū cōmodare: Græce dixit Lucianus κατανευειν καὶ ἀνανευειν προσταγματα. idest annuere & renuere: ad uerba docuit. RElato. Quando aliquid renuimus: & nolumus id relato hoc est retro lato: & in diuersa reducto capite significamus: qñ uero quippiā annuimus & uolumus id capite in anteriorē partē proiecto ostendimus: hæc cū ab asino fierēt mira uidebant. cū asinus naturaliter sit brutus & tardus: unde puerbiū inoleuit ορος λυρας. i. asinus ad lyrā. POcillatore: Poculorū ministratore & picerna quē græci uocāt οινοχοον. CIlliis cōniuēs. Mō dextrū modo sinistrū supercilliū mouēs. & oculis quasi innuēs pincernæ. cōniuere est oculos claudere. de his qui cōniuent scribit plinius in. xi. inde translatū uerbū ad alia quoq; est: ut dicamus dii cōniuēt in delictis mortalium. qñ. s. nō puniūt. & quasi oculis clausis se se nō uidere dissimulant cæsar dictator in peccatis militaribus cōniuebat: hic cōniuēs refert ad nutū quo pocillator ab asino admonebat ut præbendæ potionis. Lucianus τοισ οφθαλμοισ τον οινοχοον κιρισας. idest oculis pincernam commouens. VElut monstrū obtrūcatū. Apud historicos legimus quēadmodū prodigiosi fetus in mare proiiciebantur ex aruspicum responso. Liuius libro. xxyii. id uero aruspices ex ethruria acciti fœtum ac turpe prodigium dicere extorrem agro Romano procul terræ contactu alto immergendum uiuuum in arcam condidere prouectumq; immare proiecerunt. pleriq; asinum dicebant tāq; prodigiosum ex eo q; ritus humanos effingeret esse morte mulctandum. & uolucribus pro pabulo tradendum.

peculiato: magna præfatus diligētia tradidit: qui me satis humāe: satisq; comiter nutriebat: & quo se patrono cōmēdationē faceret: studiosissime uoluptates eius pmeas argutias īstruebat & primū ne qdē mēsā accūbere suffixo cubito: dein adulctari: & ēt saltare sublatis priorib⁹ pedib⁹ pdocuit: quodq; eēt adprime mirabile uerbis nutū cōmodarē: ut qd nollē: relato: qd uellē: reiecto capite mōstrarē: sitiensque pocillatore respecto: ciliis alterna cōiuēs bibere flagitarē: atque hæc oīa pfacile obediebā: q nullo ēt mōstrāte scilicet facerē: sed uerebar: ne si forte sine magistro: humāo ritu hoc ederē: pleriq; rati seuū plagiū portēdere: uel ut mōstrū ostē tūq; me obtrūcatū: uulturiis opimū pabulū redderēt. lāque rumor publice crebruerat: quo cōspectū: atque

FAmigerabilem.Illustrem ac fama celebratum.& ut græci dicunt epiphanem.sic olim anthiochus cognominatus est epiphanes.hoc est præclarus.cuius meminit iosephus libro.x.antiquitatū. SALtantem asinū.Tripudia agentem:& motibus corporis gesticulantem.hoc enim proprie saltare significat:unde saltatores & saltatrices dicuntur:qui quæue in tripudiis staticulisq; dandis sunt elegātiores hinc ludum quoq; saltatorium nominant:in quo saltare docentur.Macrobius in tertio saturnalium Filii senatorum in ludum saltatorium cōmeabant.& illic crotala gestantes saltare discebant.M.Cato spaciatorē & fescenniū uocat cecilium senatorē ex eo qd elegantius saltaret.& staticulos daret q̄ deceret uiq; probū. Sunt autē staticuli motus ex arte saltatoria.& gesticuli ī quibus ad numeros modulosq; musicos consistunt.M.Tullius in oratione pro muræna docet appellationē saltatoris ee maledictū.ex triuio aut ex scurarū cōuitio nemo inquit fere saltat sobrius.nisi forte insanit: intēpestiui conuiuii amœni loci multarū deliciarū comes est extrema saltatio.idē in oratione pro deiotaro saltatoris nomē probrosum eē significat:primi iones saltationem mollē & membrorū gestibus infractā inuenerunt quā carpit oratius in Romanis uirginibus.sic scribens motus doceri gaudet ionicos matura uirgo.& fingit artubus.Plato secundo de legibus uolumine auctor est unū quodq; aīal natura saltare consueuisse/hominē uero cū numeri sensum acceperit saltationē peperisse.Quā ār res noua sit & mira uidere asinū saltārē quis nescit?cū nullū aīal minus aptū sit saltationibus/cū asini peculiaris sit μωθροτησ.i.tarditas.unde prouerbiū natū ορος προς δυλον.i.asinus ad tibiā & illud. ορος τα ωτα κιμωρ.i.asinus aures mouens.dicit de hominibus brutis & insensatis/quoniā ut græci dicunt. τοιωρ εστιμωχελησ:aīal est tardū. NVtibus exprimentē:sicut mutis hominibus nutus sunt & membrorū gesticulationis pro uerbis ad sensum exprimendū:ita in asino nostro nutus corporis & motus sensum exprimebāt uerborūq; uicē implebāt. VEL unū:Corrige uel unde. THYAsus.Hic nomē propriū est.cū alias thyasus saltationē tripudiūq; significet.Quod ex Virgilio carmine satis notū.Daphnys thyasus inducere baccho.thyasos ut græci tradunt & docet suidas est ιερος sacer chorus dπο του θειν ο εστι τρεχειν qd significat currere θιασωται dicunt saltatores & proprie in sacris bachi.dicit & thyasus multitudo congregata. CAput achaiæ.M.Tullius corinthū totius græciæ lumē appellat/de quo Lucius florus hæc carthaginis ruinā statī corinthos excepit:achaiæ caput græciæ decus.inter duo maria ioniū & egeū.quasi spectaculo exposita.Lucius rnumius corinthū diripuit.dein de tuba præcinente deleuit.unde achaici cognomē inuenit.de ære corinthio:q̄ est præciosissimū cā delabrisq; corinthiis nō parū multa.plinius in.xxxiiii.ueteres Romani tesse.M.Tullio in oratione cō tra Rullum tres solum urbes in terris oībus metuerūt carthaginē corinthū & capuā tāq; possent impii grauitarē ac nomē sustinere.itaq; delectæ sunt oēs corinthii uestigiū uix relictū:q̄ erat posita in angustiis atq; faucibus græciæ.unde nō contumeliosius q̄ uerius Philippus macedoniæ rex corinthum in achaia chalcidē in euboia cōpedes græciæ appellare solebat:de corintho & acrocorintho.i.corinthi arce.ubi pyrene fons uisebat præconio poetarū celeberrimus scribit copiosissime Strabo uolumīe octauo.alio noīe ephyre dicta:unde ephyreia æra.poetis cātatissima.achaiæ uero ,uinciæ nomē ab isthmo incipit.ut docet plinius in.iiii.ante egialos uocabat pp urbes in littore per ordinē dispositas:græce.n. αιγιαλοσ dicit littus. GRAdatī p mēsis honoribus.Idest cū oēs honores & magistratus p gradus & ordine eēt cōsequutus.Apud Romāos gradus honorū sūt q̄stura/edilitas ptura.& cōsulatus.auctor est Liuius titū flaminiū nō gradatim petiisse cōsultatū.sed ex questura transcensis mediis honoribus edilitate scilicet atq; prætura continuasse summa imis.de gradibus ecclesiæ sacerdotalibus scribit Hieronymus.& in decretis canonicis.D.xlyiii.scriptum legimus ordinate ad ordines ascendendum esse nam casum appetit.qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensū.iōq; salubriter prohibentur neophyti in episcopos ordinari.neophytos autem ecclesiastici scriptores appellant nouicios in religione.quasi nouellas in ecclesia plantas. CAPESCENdorum fascium:Nomine fascium dignitas magistratus & honos significatur. ut apud Propertium habunde explicauimus super eo uersu cinthia non curat fasces non curat honores.consuli erant duodecim fasces,proconsuli sex:quod & Vlpianus docet scribens proconsules non amplius q̄ sex fascibus uti. Acursius insciti ssime ut multa exposuit sex fascibus pro sex mensibus:tanquam pro consulatus eēt se

famigerabilem meis miris artibus effeceram dominū. Hic est qui sodalem conuiuamque possidet luctantem asinum:saltantem asinum:uoces humanas intelligentem:sensum nutibus exprimentem. Sed prius est:ut uobis:quod initio facere debueram:uel nunc saltem referam:quis iste:uel unde fuerit Thyasus.hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus oriundus: patria corintho: quod caput est:totius achaiæ prouinciæ:ut eius prosapia:atque dignitas postulabat. gradatim per mensis honoribus quinquennali magistratui fuerat destinatus: & ut splendori capescendorum responderet fascium: munus gladiatorium

Famigerabilis. Epiphanes. Saltare. Ludus. Saltatorius. Staticuli. Saltator. probrosū nomen. Thyasus Corinthus deleta. Cōpedes græciæ. Pyrene Ephyre Egialos Gradus honorū. Neophytos. Fasces Nugæ acursiāæ.

mestris magistratus:quod q̄ ridiculum sit omnes bene litterati intelligunt:quibus magistra lectione compertum est: proconsulare imperium fuisse annuum:quod interdum in secundum & tertium annum prorogabatur:sicut proconsulatus asiæ quinto ciceroni est prorogatus. TRIduanis spectaculis:Vt per triduum exhiberetur præbereturq;.Primus iunius Brutus munus gladiatorium i honorem defuncti patris edidit Liuio & Valerio auctoribus.pingi autem cœpta sunt gladiatoria munera atq; in publico exponi a Caio Terentio Lucano:qui ut refert Plinius auo suo.a quo adoptatus fuerat.xxx.paria in foro per triduum triduanis spectaculis pollicitus:latius mūificentiā suā porrigebat:deniq; gloriæ publicæ studio:tūc thessaliā et accesserat:nobilissimas feras:& famulos īde gladiatores cōparatur9.Iāque exarbitrio dispositis coēptisque oīb9 domuitionē parabat:sptis luculētis illis suis uehiculis ac posthabitis decoris p̄darū carpētis q̄ parti cōtecta:parti reuelata frustra:nouissimis trahebātur cōsequiis:equis ēt thessalicis.& aliis iumētis gallicāis:quib9 generosa soboles perhibet preciosam dignitatē:me phaleris aureis.& fucatus ephippiis & purpureis

Munerarii.

dedit tabulamq; pictam in nemore dianæ posuit. NObilissimas feras.Mos fuit munerariorum/sic enim appellantur editores spectaculorum.ut feras feratumque confectores exhiberent in ludis. Legimus pompeium exhibuisse elephantos uiginti:qui i circo depugnauere:getulis ex aduerso iaculantibus.idem nec non & sylla pugnam leonum iubatorum dedere in spectaculis:præterea solebant principes Romani feras nouitate formaq; monstrabiles populo romano ostendere.sic olim augustus tigrim mansuefactam ostendit in cauea.sic & pompeiani ludi ostenderunt chaum mactilis insignem.& cephos pedibus humanis spectabiles. FAmosos gladiadores.Inter gladiatores famosos numeratur bithus & bacchius/qui cum multos interemissent cōmissi inter se mutuis uulneribus conciderunt unde prouerbiale illud factum est.cum bitho bacchius quando pares inter se depugnant celebratus quoq; est pacideianus ille gladiator qui apud Lucillium ait occidam illum equidem & uincam si id quæritis inquit usq; adeo studeo atq; odio illius efferor ira eiusdem meminit Oratius in sermonibus.aut pacideiani contento polite mirer.in.xyii.parte uirginis nascetur gladiator publicis uoluptatibus deputatus.ut tradit Firmicus maternus.obiter annotādum quod inter genera gladiatorum sunt & andabatæ.qui oculis clausis digladiantur quorum meminit Hieronymus.& a.M.Tullio scriptum est.in epistolis ad trebatium:quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.M.Varro condidit librū titulo andabatarum.sicuti indicat Nonius.apud quem sæpe aduocatur.M.Varro in andabatis. DOmuitionem:Itionem domum.& iter in patriam. POSThabitis.Postpositis neglectisq;. REuelata.Aperta.M. Varro auctor est plaustrum ab eo dici quod ex omni parte palam est:& quæ in eo uehuntur reuelata perlucent:ut lapides asseres lignum.e diuerso arcera.uehiculum est ex tabulis uiminibusq; contectum & undiq; munitum.de quo Au.Gellius hæc/arcera uocabatur plostrum tectum undiq; & minutū:quasi arca quædā magna uestimentis instrata:qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.Arceræ meminit lex decem uirarum his uerbis/si morbus euitasue uitiū existit.qui in ius uocabit iumentū dato/si nolet arcerā.ne sterniato.ubi æuitas significat senium & longa ætas. CONsequis:Appendicibus.& quasi sequelis.sic supra pēduli comitatus extrema consequia.a cōsequēdo.n.cōsequiæ dicūt ut ab exequēdo exequiæ. EQuis thessalicis.Plinius equos thessalos probat scribens inuentū eē thessalos ex equis depugnare aduersus tauros eosq; necare qd spectaculū primus dedit Romæ Cæsar dictator.M.Varro in secundo de re rustica tradit equos bonos & nobiles dici a regionibus/ut in græcia dicunt inquit thessalici equi/a terrum genus arcadicum & argolicū & epidauricū maxime excellere,p̄didit i.viii. IVmentis gallicanis. Plautus in aululari dānās equos gallicos inquit.uiliores fient gallicis cāteriis.hic uero laudāt a sobolis generositate/hodie quoq; ex gallia generosi equi bōitate p̄bāt. PHAleris aureis exornatū.Lucanus στρωματα πορφυρα επιβαλλομαι και χαλινους εισελεχομην αργυρω και χρυσω/πεποι κιλμενους ideſt purpureis stratis insternebat.& frenos ore continebā.argento & auro uariegatos.phaleras dici ornamēta equoꝝ equitūq; testes sunt scriptores oēs.plinius inter dona militaria phaleras numerat.qui scribit i.yii.sictiū dentatū donatū eē phaleris.xx. quinque. idē in .xxxiii. refert olim equestrē ordinē indignatōe exardescentē phaleras abiecisse.inde phalerata dicta pro honestis. atq; ornatis.ut expōit Donatus apud Terentiū.sic scribentē in phormiōe.ut phaleratis dictis seducas me & meam ductes gratis.Græci auctore suida uocant φαλαρα προμετωπιδας και κοσμους/ιν την καταστο μετοπων των ιππων.ideſt frontalia & equorum in frondibus ornamentum. FVcatis ephippiis.Strata sunt equorū.unde & nomē.hinc equi ephippiati dicunt ephippiis instrati Cæsar de moribus sueuorū sic refert.neq; eorū moribus turpius quicq̄ aut inertius habēt q̄ ephippiis utitaq; ad quēuis numerū ephippiatorū equitū quāuis pauci adire audēt.Frenos & strata equorū hoc est ephippia primi pelethronii inuenerūt.fucata uero accipimus pro depicta & fuco pigmētorū exornata.

TApetis

TAPEtis. Sic apud Virgiliũ equi tapetibus insternũtur ita scribentẽ instratos ostro alipedes pictisq; tapetis. dicitur aũt tapetũ. ut templũ. Itẽ hoc tapere. ut hoc sedile. & hic tapes tapetis. ex græca declinatione. ο ταπης του ταπητος. PICTIlibus balteis: Cingula iumentoria noie balteoꝝ signare uidetur. A calphurnio lateralis cingula fœminino genere decenter ponit pro balteo quo latera iumẽti ambiuntur. sic enĩ ait alternat uitreas lateralis cingula bullas. alias baltea militaria fũt cingula. qua si bullata dicta. quibus etiã equi exornantur in pectoralibus. TINtinabulis perargutis. Lucianus appellat κωλωρασ q̃ Lucius noster tintinabula. κωλωρεσ εξηπτορτο μου μελοσ μουσικὸτατον εμφωρουρτεσ. i. tintinabula appendebãtur canticũ ualde musicũ resonãtia. Apud silium codon accipitur nõ ꝓ tintinabulo sed pro tegumẽto pellicco. græce enĩ κωδιον pellis uilosa est & ut inquit suidas προβατου δερμα. carmẽ silii ex catalogo subscripsi: spicula bina gerũt caput his codone ferino stat cautũ. perarguta bono epitheto tintinabula dicũtur. quasi sonora obstreperaq; atq; uocalia. sicut græce. εμφωρουρτεσ κωδωνεσ. Argutari uerbũ uetus ẽ. qđ significat loquaciter ꝓloqui. Neuius totũ diem argutatur quasi cicada. COmissimis: Suauissimis. ET uectorẽ. Annotãt grãmatici uectorẽ bifariã dici & eũ qui uehit. & eũ qui uehitur. hic ꝓ iumento quod uehit positũ est. apud iurisconsultos uectores dicũtur hi qui nauigio uehuntur. sic & apud lucanũ inquit Cæsar. sola est hæc causa timoris uectorẽ non nosce suũ. CONspectus cupientes: Vt supra diximus sunt q̃dã noia forma participiorũ posita. q̃ genitiuo casu iungitur. ut fugitans litium appetẽs pecuniæ cupiẽs cõspectus siue cospectionis: Salustius p superlatiuũ dixit cupientissimus legis. PROposito modo: Lege ꝓposito meo. hoc est illi. qui ꝓpositus ꝓfectusq; erat meæ custodiæ. græce dicit. επιστατησ epistates qua dictione usi sunt & nostri scriptores. M. Cato uillicã epistatã appellat quasi uillæ ꝓpositam atq; ꝓfectã. GEstientes. Cupientes. LVSVS meos: Lucianus appellat. παραλοξα εργα. i. incredibilia atq; inopinabilia opera. OBserata fore. ερικωσ clausis foribus Oratius excluſus fore. Plautus aperitur foris. SEOrsus. seperatim. STIpes. Nũmos. SVMmulas corradere. Colligere in unum cõtrahere aceruos nũmorũ quotidianos. sũmulæ ad nũmos referuntur: Iuuenalis sũmula ne pereat. OPVlens: Opulenta opulisse uerbũ uetus est. qđ significat opulentũ fieri. opulentitas quoq; pro opulentia dicitur ueteribus. Plautus in milite quasi eius opulentitatẽ reuerearis. de hac matrona sic Lucianus. γυρη ξερη ου μετρια κεκτημενη την οψιν καρη παρελθουσα εισω ιδειν με αρι στωρτα εισ ερωτα μου θερμου εμπιπτει. i. mulier quædam peregrina opulenta uisum meum mercata introgrediens: ut me prudentem uidit in amorẽ mei feruentiorẽ incidit. AD instar asinatiæ pasiphaes: Oppido q̃ decenter pasiphae asinaria mulier dicta. quæ ita expetebat asini cõcubitum sicut illa pasiphae poetica tauro suppostа ferinos coitus adamabat: res est testimonio poetarũ notissima. & historicorum monumentis celebrata. quẽadmodum pasiphae solis filia minois uxor tauri amore flagrauit: & opificio dedali intra uaccam ligneam inclusa septam corio iuuencæ: cum tauro concubuit: ex quo concubitu natus est minotaurus cantatissimus. Virgilianum carmen in ore omnium est. hic crudelis amor tauri suppostaq; furto pasiphae mixtũq; genus prolesq; biformis. minotaurus inest. Veneris monumẽta nephãdæ. Neronis principatu inter cætera iudicra spectacula tauri pasiphaen in ligneæ iuuencæ simulacro abditam iniit. ut multi spectantiũ crediderũt: hoc idem spectaculi genus celebrat & Martialis. his uersibus iunctam pasiphaen dicteo credite tauro uidimus accœpit fabula prisca fidem. Apud Silium in. viii. punicoꝝ sic passim legitur. hinc genus orditur Minos inuisaq; tauro pasiphae. dictio illa inuisa parum quadrare uidetur cum fabula: unde legere potes imissa uel imixtaq; tauro. ut conueniat cum archetypo Virgiliano suppostaq; tauro pasiphae.

tapetis: & frenis argenteis: & pictilibus balteis: & tintinabulis perargutis exornatum: ipse residens amãtissime: nõnunq̃ comissimis affatur sermonibus: atq; inter alia pleraq; summe se delectari profitebatur: quod haberet in me simul & cõuiuam & uectorem. At ubi partim terrestri: partim maritimo itinere: confecto corinthum accessimus: magnæ ciuiũ turbæ confluebant: ut mihi uidebatur: non tantum Thyasi dantes honori: q̃ mei conspectus cupientes: nam tanta etiam ibidem de me fama peruaserat: ut non mediocri quæstui præpositо illi meo fuerim: qui cum multos uideret nimio fauore: lusus meos spectare gestientes: obserata fore: atque singulis eorum seorsus admissis: stipes accepтans non paruas summulas diurnas corradere cõsuerat. Fuit in illo cõuenticulo matrona quædã pollens: & opulens: quæ more cæterorũ uisum meũ mercata: ac dehinc multiformibus ludicris delectata per ammirationem assiduã: paulatim in ammirabilem mei cupidinẽ incidit: nec ullam uesanæ libidini medelã capiens ad instar asinariæ pasiphaes: cõplexus meos ardenter

Tapetes

Lateralis cingula.
Baltea.
Codion.
Codon.

Argutari

Vector.

Epistates

Foris.

Sũmula.
Opulens
Opulisce re.
Opulentitas.

Pasiphae asinaria.

locus silii

EXPEctabat: Lego expetebat hoc est cupiebat desiderabat: Lucianus εἰσ ἐπιθυμίαν σπουδὴν ἀσ προέλθουσα. i. in desiderium cōcubitus prouoluta. CVM altore: Educatore atq; nutricio ab alēdo altor dictus. altū quoq; ueteres dixere ab alendo. quasi alitū enutritūq;: nāq; ut docet Prisciānus ab alio tā altus q̄ alitus dicitur. Altellū Romulū dici autumāt. quasi altū in tellure. uel qd̄ telis aleretur. Inter noīa pietatis apud Ausoniū est altor. i. nutritor. DEPActa est: Lucianus. μισθὸν ἀλφον πίστα τὴν ὑπεσχέτο. i. mercedē opulentā epistate promisit. NEQuaq̄. Potest legi nequā. i. īprobus. & ueterator pōt & nequaquā ex Luciano qui ait. καὶ εἰροσουλεφρομτίσωρ. εἶτε καὶ ἀρυσεί τι ἐξ ἐμοῦ εἴτε καὶ μὴ λαμβάμεῖτορ τορ μισθορ. i. & ille nihil curās siue ex me aliquid utile expediret siue nō capit mercedē

Altor. Altellus tomulus

PRAEstolantē. Paratā expectantē. Lucianus καὶ τὴρ γυραικα ευρομερ παλαι αφιγμεμὴρ επὶ τὴρ εμὴρ ευρὴμ. præstolari quod & supra annotaui significat præsto esse & apparere: hoc est obsequi. & tūc iungitur cū datiuo. Tullius qui tibi ad forū aurelium præstolarentur: dicimus & p̄stolor te pro expecto te. cū Terentius dixerit quē præstolare parmeno hic ante hostiū thaidis. exposuit Donatus noue dictū esse quē p̄stolare. cū dicendū fuerit cui p̄stolare.

Præstolati.

PVluillis cōpluribus: Lucianus. κεκομισμένοι προσκεφαλαία μαλακα καὶ στρωμάτα εἰσω κατεθέμτο. καὶ χάμευρι ἡμὶρ ευπρεπεσ ἡν. i. illata sunt ceruicalia mollia & stragula: quibus terrestris lectus decenter cōsternitur. puluilli diminutiuo uocabulo puluini sunt quasi plumini a pluma dicti. ut quidā interpretantur. ex pluma enī mollissima conficiuntur. ut molliter quiescatur. quos nō tam capiti q̄ cubito subiiciebant. hinc illud Ezechielis prophetæ. ueh. his. qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus. & faciūt ceruicalia sub capite. ad hoc quippe sub cubito puluillus uel cerujcal sub capite iacētis ponitur. ut molliter quiescatur. quisquis ergo ut gregorius i moralibus interpretatur male agentibus adulatur puluillum cubito. uel ceruical sub capite iacentis pōit: ut qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus molliter quiescat.

Puluilli.

Puluillū cubito subiicere quid.

EVNVchi. Hos itelligimus fuisse in famulicio matronæ: ut enī aliubi annotatū. Reginæ & sūmates fœminæ eunuchis & spadonibus ministris maxime oblectabantur. VENtose tumentibus. Instar follium turgētibus quales hodieq; in usu sunt delicatiorum matronarum. Heliogabalus auctore lampridio nō cubuit in accubitis facile nisi his quæ pilum leporinum haberēt: aut plumas perdicum subalares. Idem multis uiliribus amicis folles pro accubitis sternebat. eosq; reflabat prandentibus illis. ita ut plerūq; subito sub mensis prandentes inuenirentur.

Folles p accubitis

DEDIcata: Lege delicata delicatior autem & mollior pluma est olorina. & anserina. & perdicū subalaris. Ouidius mollior & cygni plumis & lacte coacto. apud Martialem in apophoretis lēma est pluma: cui subscribitur hoc distichon. Lassus amyclea poteris requiescere pluma interior cynni quā tibi lana dedit. Plinius in. x. anserū candidorū uectigal in pluma esse scribit. cuius precium in libras sint denarii quini. mollior est pluma quæ corpori q̄ proxima. STRAgula ueste: Veste legata continetur stragula. sicut in suppellectile sunt toralia. auctor Paulus iurisconsultus toralia autem dicimus. quibus tori insternūtur. Heliogabalus auctore lampridio primus omnium priuatorū toros aureis toralibus texit: stragula uero a sternēdo dicta. sicut & instratū quoq; nominant id omne: quod insternitur. Tibullus nam neq; tunc plumæ: nec stragula picta soporem. nec sontus placidæ ducere posset aquæ. M. Tullius in oratione pro Roscio amerino. quid stragulæ uestis apud illum putatis esse. græco uocabulo stromata. & peristromata dicuntur: quæ & nostri decenter usurpant: Idem. M. Tullius in secunda antoniana cōchiliatis. Gn. Pompeii peristromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. De instrato & stragula ueste Vlpianus hæc instratum omne uestimētum cōtinet. quod iniiciatur labeo ait neq; enī dubium est quin stragula uestis sit omne pallium: in uictu ergo uestem accipiemus stragulam instratū omnē stragulā uestē.

Pluma p xia corpi mollior. Toralia. Stragula. stromata Peristromata. Instratū.

MVRIce tyrio: Murices cōchæ sunt quales purpuræ. ex quorū sanguine tinguntur uestes infectu p̄cioso. auctor Plinius. Apud epigrāmatistam sic locuntur murices Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas induis & non est hoc satis esca sumus. tyrius autem color inter purpureos preciosissimus est: cui laus summa si in colorem sanguinis concreti nigricans aspectu sit suspectuq; refulgēs. de quo multa multi: plurima Plinius in nono. a tyro quondam insula dictus cuius omnis nobilitas conchilio atq; purpura constat: Antiquitus sarra nominabatur: Vnde sarranum ostrum poetis dictum. pro tyria purpura.

Murices. Tyrius color.

expectabat: grandi denique præmio cum altore meo depacta est noctis unius cubitum. At ille nequam ut posset de me suaue prouenire: lucro suo tantum contentus annuit. Iam denique cænati e triclinio domini decesseramus: & iam dudum præstolantem cubiculo meo matronam offendimus. Dii boni qualis ille: quāque præclarus apparatus: quattuor eunuchi confestim puluillis compluribus uentose tumentibus: pluma delicata terrestrem nobis cubitum præstruunt: sed & stragula ueste auro: acmurycetyrio de picto probe consternunt. ac desuper breuibus admodum sed satis copiosis puluillis aliis nimis modicis

quis maxillas & ceruices delicatæ mulieres ſuffulcire conſuerunt: ſuperſtruunt: nec dominæ uoluptates diutina ſua præſentia morati: clauſis cubiculi foribus faceſſunt. At intus cerei præclara micantes luce: nocturnas nobis tenebras inalbabant. Tunc ipſa cuncto prorſus ſpoliata tegmine: tenia quoq; qua decoras deuinxerat papillas: lumẽ propter ad ſiſtens: de ſtagneo uaſculo multo ſeſe pungit oleo balſamo: meque indidem largiſſime perfricat: ſed multo tanta ĩpenſius cura etiam nares perfundit meas. Tunc exoſculata preſſule: non qualia in lupanari ſolent baſiolaiactari: uel meretricum poſcinũmia: uel aduectorum negocinũmia: ſed pura atq; ſincera: inſtruit & blandiſſimos

Quis. Quibus. Ceruices ſuffulcire: In hanc ſententiam Plinius. eo deliciæ proceſſere. ut ſine plumæ inſtrumento durare iam me uirorum quidem cerces poſſint. FAceſſunt: Legendum eſt faceſſunt. hoc eſt abeunt abſcedunt q; mancipia poſt inſtratum matronæ accubitum. Lucianus εἶτα οἱ ὡερ τησ γυμαικοσ θεραπορτεσ αυτου πλησιου προτου λωματιου εκαθευδον. ideſt ſerui matronæ eunt dormitum non procul a cubiculo matronali. CEREI: Lucianus ἦδε λυχνον εν λοῳ εκαιε ωεγαν τω πυρι λαωπομερον. ideſt intus incendit lychnum magnum flamma ſplendicantem: funalia cereos uocãt A funiculis ceratis. In ſaturnalibus priſcorum cereos miſſitabãt propterea q; ſub ſaturno a tenebroſa uita. quaſi ad lucem & bonarum artium ſcientiam ſumus euocati. Lege publicia cautum. ut ſolis ditioribus cerei miſſitarẽtur cereos in penu eſſe placuit iureconſultis. INALbabant: Illuminabant illuſtrabant q;. TENIA quoque: Strophium deſignat. i. faſciam pectoralem ſtrophium enim. ut auctores tradũt faſcia eſt qua uirginales papillæ cohibentur. Turpilius inter uias epiſtola excidit mihi inter tunicam ac ſtrophium collocata. de hoc Catullus nõ tereti ſtrophio lactẽtis uincta papillas: hinc ſtrophiarii dicti ſtrophiorum artifices: quorum meminit Plautus in aululari a. Martialis faſciam pectorale m: appellat ſic ſcribens in apophoretis faſcia creſcentes dominæ compeſce papillas. ut ſit quod capiat noſtra tegat q; manus. eidem mamillare eſt indumentum pelliceum. ad mamillas compeſcendas illo diſticho taurino poteras pectus conſtringere tergo. Nam pellis mammas non capit iſta tuas. Alias ſtrophium diminutiue ſtrophiolum dicitur corona. Plinius in. xxi. Tenuioribus coronis utebantur antiqui ſtrophia appellãtes: unde nata ſtrophiola: ſtropus quoq; Quod græce ſtrophion appellatur pro inſigni ponebatur in capitibus ſacerdotum pro corona: apud phaliſcos feſtum uocatur ſtrupearia quaſi ſtrophiaria quia coronati ambulent. Tuſculani quoque quod in puluinari poni tur caſtoris ſtropum uocant: hinc hodieque uocabulo ruſtico ex latinitate ducto ſtropi dicuntur uincula corticia & rureſtria ad ſtrophiorum ideſt coronarum ſimilitudinem confecta. LVMEN propter aſſiſtens. Iuxta cereum adſtans propter ſignificat prope. & iuxta Lucianus. παρεστητω λυχνω ideſt aſtitit ad lucernam. STAGNEO: Plumbi qui primus fluit in fornacibus liquor ſtagnum appellatur: qui ſecundus argentarium. qui remanſit in fornacibus galena. hoc ideo annotaui. ut intelligeres quid ſit galena apud Plinium Ariſtotelem cæteros. Galenam uocari tradit Plinius uenam plumbi. argentique communem quam & mollibdenam nuncupant ſtagnum illitum æreis uaſis ſaporem gratiorem facit. & compeſcit æruginis uirus. OLEO balſamo: Inter unguenta bonitatis palmam dant balſamo: quod omnibus odoribus præfertur. Præcipua gratia eſt lachrymæ ſecunda ſemini tertia cortici minima ligno. ſumma balſami probatio eſt ut lac coagulet. & in ueſte maculas non efficiat. liquor balſami uitiatur oleo roſæ lentiſci & terebinthi. ſincerum denſatur in tepida aqua ſidens adulteratum olei modo innatat. Millibus denariorum ſeſtarius balſami uenditur. Lucianus in hanc ſententiam. μυρον εκ τιροσ αλαβαστρου προχεαμενη τουτω αλειφεται ideſt unguentum ex alabaſtro promens eo perungitur: unguenta optime ſeruari in alabaſtris: odores in oleo: auctor eſt Plinius. hinc illud Ciceronis ex academicis. Quibus etiam alabaſter plenus unguenti putere. uidetur. Idem Plinius hanc materiam luxus eſſe maxime ſuperuacuum tradit cum illico unguenta expirent: & ſuis moriantur horis commendatio eorum: ut tranſeuntem fœminam odor inuitet. etiam aliud agentem. INDIdem: Ex eo uaſculi unguento. NARES meas: Lucinus ερθεν μαλιστα την ρινα μου μυρω ερπελησε. ideſt indidem nares meas ualde unguento repleuit. EXOSCVlata. κατεφιλησε. PRESSVLE: Martialis baſia da nobis Diadumene preſſa: quot inquis. POSCINnumia. Decenter fictum uocabulum: ex poſco & nummis. nam profecto baſia meretricia nihil aliud q̃ nummos poſcunt apud Plautum ĩ bacchidibus ſuauis ſuauiatio inter deos amatori damnoſiſſimos enumeratur. ADVEctorum: Legi poteſt aduentorum. ut ſupra in primo uolumine aduentores priſtinos raucus appellat: horum baſia ſcite graphiceque confecto uocabulo negocinummia nominantur: quoniam ſcilicet nummos negociantur. & illæ illecebræ atque oſculationes negociatorum nummos quærunt.

Sarranũ oſtrum.

Cereus.

Strophiũ

Strophiarius.

Mãmillare.

Stropus.

Strupearia.

Stagnũ.

Argentarium.

Galena:

Balſamũ

Poſcinummia baſia

Negocinũmia.

AFFATVS:allocutiones. AMO & cupio:Hæc sunt blandissima matronæ ad asinum perinde ac amatorem alloquia:& affatus:quibus affectus quidam uehementior explicatur. Quis quibus.

CAPIstro prensum: Lucianus και με εκτησ φορβαιασ λαβομενον επι τοχαυμενι ειλκε. idest me capistro captum traxit ad lectum. OBIturus.Aditurus:accessurus. VINO madefeceram. Vinum libidinis est incentiuum.& sine libero friget uenus.ideo uino se proluerat Lucius:ut in palestram cupidineam foret alacrior:atque propensior.accesserat & unguentum:calcar alterum ueneris & suscitabulum:Lucianus.οιρω παλαιω υπο βεβρεγμενοσ και τωχρωτι του μυρου οιστρημενοσ. idest uino uetusto irrigatus:& unguento extimulatus. PROluuium libidinis: cupiditatem desiderium promptitudinem coeundi. Proluuiũ enĩ dici uidetur: quasi prolubium a lubendo.A.Gellius in.iiii.in hãc sentẽtiam. iccirco empedoclem uersu isto non a fabulo edendo sed a rei ueneriæ ꝓluuio uoluisse homines deducere. Dixit Terentius in Adelphis:quod proluuium quæ est ista subita largitas ubi proluuium a donato exponitur promptus animus ad largiendum. Neuius in colace.inquit facere in proluuio est: quasi dicas in promptu:& desiderio:laberius me a matronali pudore proluuium meretricis progredi coegit.ueteres & proluuiũ & proluuiem & prolubidinẽ dixerunt ab eo quod lubeat: unde etiã Venus lubentina dicatur. prolubiũ audiendi dixit Au.Gellius.ꝓ desiderio & libidine. TANquam: Scribo tamq; ut sint duæ particulæ. LABIas.Supra diximus fe. genere labias dici a scriptoribus idoneis:quæ nunc neutraliter labra dicuntur. PVRpurantes:labra rubentia.& rosis pumicantibus æmula fœminam uenustant: epigrammatista optat in puero pestanis emula labra rosis. ENORmi:Immodico prægrandi:enormitas stipendiorum dicitur spartiano pro nimia largitate. SAxeis dentibus:Tales nimirum sunt asinini dentes.asinorum genus.xxx.mense dentes emittit:deinde senis mensibus ꝙ si non prius pepererint q̃ decidant postremi:sterilitas certa portenditur.Plinius auctor. SVAuiari:Basiare:osculari. EX unguiculis perpruriscens. Perpruriscere ex unguiculis dicitur mulier: quando toto corpore prurit:quando prurigine & Veneris appetentia concitatur:quando uel extremis corporis partibus. & rigentibus unguibus extimulatur in coitum.græci tam ardentem ueneris concitationis satyrion appellant.Theophrastus auctor est septuageno coitu durare libidinem contactu herhæ cuiusdam: cuius nomen speciemq; non posuit. TAM uastum genitale:asinus portione genitalia habet maxima:ut nemo non uidet sicut e contrario minima esse homini auctor est Albertus Magnus. DIRrupta fœmina:metuebat ne enormitate uirilitatis disrumperet matronam Luciãus και τουτομεεισ λεοσ ουχι μετριον ηγε μηουχωρησασα η γυνη λιαπασθαιη. metus me non mediocris incessit ne lepida fœmina dirumperetur. MINVS.emenda munus.i.spectaculum gladiatorium: quod dominus fuerat pollicitus. SAVIA:basia. GANnitus:susuros:quales identidem inter amatores summissa uoce usurpantur. MORsicantibus oculis.Expressit nimium cupidinei amoris affectum quo scilicet efficitur ut amatores oculis inconniuentibus:& exertis quasi morsicare ac deuorare/rem amatam uideantur. TENEO te inquit:blandimenta matronæ ad asinum:quem palumbũ & passerem suum uocabulis amatoriis blanditer compellat:apud Plautum in asinaria inquit leonidas: dic me tuum passerculum: Gallinam: coturnicem.item in cassina meus pullus passer mea columba: mi lepus: apud eundem blandimenta hoc genus ueneria sæpissime usurpantur.

Proluuiũ

lubẽtina.

Enormitas.

Satyriõ.

Minima uiro gẽitalia.

affatus:amo & cupio:& te solum diligo:& sine te iam uiuere nequeo:& cætera quis mulieres:& alios inducunt:& suas testãtur affectiones: capistroq; me deprehensum more quo didiceram reclinat facile: quippe cũ nil noui nihilq; difficile facturus mihi uiderer: præsertim post tantum temporis: tam formosæ mulieris cupientis amplexus obiturus: nam & uino pulcherrimo atque copioso memet madefeceram: & unguento flagrantissimo proluuium libidinis suscitaram. Sed angebar plane: non exili metu reputans: quemadmodum tantis tãque magnis cruribus possem delicatam matronam inscendere: uel tam lucida: tamque tenera: & lacte ac melle confecta membra: duris ungulis complecti: labiasque modicas: ambrosio rore purpurãtes tam amplo ore: tãq; enormi: & saxeis dentibus deformis sauiari: nouissime: quo pacto q̃q̃ ex unguiculis ꝑpruriscẽs mulier: tam uastum genitale susciperet. heu me qui dirupta nobili fœmĩa bestiis obiectus munus instructurus sim mei domini: molles interdum uoculas: & assidua sauia: & dulces gannitus: cum morsicãtibus oculis iterauerat illa: & ĩ summa: teneo te inquit teneo meum palambulum: meum passerem: & cum dicto uanas fuisse cogitationes meas: ineptũq; monstrat metum/artissime namq; complexa: tum me prorsus:

SED totum recipit: Ex hoc matronæ uenerem belluinam appetentis exemplo cõmonemur fœminas natura in coitum adeo esse præcipites. & tam prurigine concitatas: ut concumbere uel cũ iumentis uelint. Nimirum ob hanc infandam insanãq; libidinem scribitur in leuitico: ut mulier quæ succubuerit cuilibet iumento simul interficiatur cum eo: illud quoq; satyrographi non de nihilo in monstrificam fœminarum uenerem scriptum uidetur: mora nulla per ipsam quo minus imposito clunem submittat asello: Iuba auctor est equum a semiramide adamatũ usq; ad coitum. hæc faciunt ut deformis tauri amor in pasiphae non fabulosus sed historicus esse credatur. Astruit his omnibus fidem exemplũ dignũ memoratu quod græci scriptores celebrant. a quibus traditur. Aristonem ephesium genus fœmineũ perosum cum asina cõcubuisse exq; eo cõcubitu progenitã puellã. cui a cruribus asininis nomen inditũ sit onoscelli. item fuluius equam iniuisse proditus ẽ: quæ puellam admodũ famosam peperit: quã ab equa matre hipponam appellauerũt. Lucianus ut ad institutum opus reuertamur sic inquit. περιβαλλετο μεκαι αρασ εισωολον παρελεξατο ideſt me cõplexa est & extollens intro totum recipit. NATES recellebam. retro trahebam: abducebam reclinabam ne uasto genitali fœminã dirumperẽ. recellere reclinare est. sicut excellere in altum extollere super quo uerbo satis ac super in superioribus: Lucianus dixit οπισω απηγον εμαυτον ατρεμα. i. retro me abducebam submisse. NISV. conatu: & complexu ardẽtiore. NEXV appliciore: Magis ad corpus applicito atq; adglutinato. DEesse aliquid: Scribit Albertus magnus uolumie de animalibus duodeuigesimo: genitalia mulieris inter oẽs fœminas animantes proportione corporis maxima esse: cum e contrario uir sit minoribus genitalibus præditus q̃ cætera mascula animalia. proportione corporis habita. puella pubescens uuluam quandoq; habet q̃ aut uacca aut equa capaciorem laxioreq;.

sed totum recipit: illa uero quotiens ei parcens nates recellebam: accedẽs totiens nisu rabido: & spinam prehendens meam: applicior nexu inherebat: ut Hercules etiam deesse mihi aliquid: ad supplendam eius libidinem crederem: nec minotauri matrẽ frustra delecta tam putarem adultero mugiente. Iamque operosa & puigili nocte trãsacta uitata lucis cõsciẽtia: facessit mulier: cõdicto pari noctis futuræ p̃cio: ne grauate magister meus uoluptates ex eius arbitrio largiebatur: partim mercedes amplissimas acceptãdo: partim nouum spectaculũ domino p̃parãdo: incõtanter ei deniq; libidinis meæ totam detegit scenam. At ille liberto magnifice munerato destinat me spectaculo publico: & quoniam neque egregia illa uxor mea propter dignitatẽ: neque prorsus ulla alia inueniri poterat: grandi præmio uilis acquiritur aliqua: sententia p̃fidis bestiis addicta: quæ mecum in coram publicam populi caueam frequentaret: eius penetalem cognoueram fabulam.

Mulier succũbẽs iumento

Onoscelli.

recellere.

Genitalia mulieris maxia

MINO tauri matrem. Pasiphaen signat quæ tauri amore flagrauit. Cuius belluina libido carminibus poeticis inuulgata ẽ. Lucianus in libro de Astrologia Ideo fingi autumat pasiphaen amore Tauri captam esse quia audiens ex dedalo de Tauro celesti in amorem Aristologiæ deuoluta est. OPE tosa nocte: Plena operarum uenetiarum: quæ multiiugis luctationibus cupidineis transacta est in p uigilio. Lucianus. ολην την νυκτα ερ εμοι ελαπαρησε. Ideſt totam noctem in cõplexu meo consumpsit. VITA ta lucis cõscientia. honeste facta teste Marco Tullio in luce atq; in propatulo sese collocari uolunt contra turpitudo omnis quærit tenebras atq; latibulum: unde & lucifugi eleganter dicti: qui ob conscientiam flagitiorum lucem fugitant: in tenebris delitescentes: quos antiqui eleganti uocabulo tenebriones appellant: quãq; & interdum tenebriones dicantur pro his qui mendaciis & astuciis quasdam quasi tenebras obiiciant: sic & hæc matrona obscenis facinoris cõscia lucem reformidat. FAcessit: recedit. CONdicto. constituto: composito: denunciato: condicere proprie denunciare est: quod & iurisconsulti tradunt. Lucianus dixit. συνθεμερητον μισθον νυκτος. ideſt constituens noctis mercedem. INCONtanter. sine cõtatione & mora. DETEgit scenam: apparatum & fabulam: ut sæpe apud hunc scriptorem positum est. Lucianus. δια τιρος οπησθης θυρας δεικριδι με ερλομ τη μειράκισυρευραζο. μερομ. ideſt per rimã hostii ostendit me intus cum puella coeuntem. PVBLIco spectaculo. θεαθημοσια. VXOR mea. matronam denotat: quæ uxoris uicem & locum apud asinum impleuerat. BESTIIS addicta: ad bestias damnata. Lucianus. ηγυνη κατακεκριτο θηριοις αποτάρειν. ideſt mulier damnata est bestiis ad mortem: Iurisconsulti. titulo de pœnis inter genera pœnarum quibus præsides afficere quemquam possint enumerant damnationem ad bestias: & ut inquit Paulus ad bestias damnatos fauore populi præsides dimittere non debent. PVBLIcam caueam. theatri caueam intelligit de qua Plautus ut conquisitores singuli in subselia eant per totam caueam spectatoribus Lucianus dixit. εισ το θεατρον.

Cur pasiphae amatrix tauri.

Lucifugi tenebriones.

Cõdicere

IN coram: in conspectu publico & ut inquit Lucianus. παρτωρ οφθαλμοισ. i. oculis omnium.

MARItum habuit.inſeritur tempeſtiuiter hæc fabula ad malas mulierũ artes:& ſcelera demõſtrãda:cuius nulla apud Lucianũ mentio: quæ narratione lepida & ſpecioſa demulceat aures animoſq; lectorũ:& ſicut pictoribus datum eſt excurrere in parerga.Idem quoq; ius plauſibiliter cõceditur lucu lentis auctoribus:ut in parecbaſes in egreſſiones fauorabiliter exſpacientur:qua in re prope eximius eſt lucius noſter: qui fabellis intextis & id genus parergis reficit lectorẽ nauſeãq; diſcutiens omne te dium leuat. SEXVS ſequioris:Ideſt muliebris:ſequior dicit' ſexus alter q̃ maſculus:& deterior:qualis ẽ fœmineus:nã & philoſophi fœminã hominẽ ĩperfectũ appellant. NECAretur.olim lygdus quoq; cretenſis idem p̃cepit uxori:ut ſi fœminã pareret eam neca ret: ſic enĩ quit apud Ouidium. Edita forte tuo ſi fœmina partu ĩnuitus mando: pietas ignoſce necetur. PRAE abſtinentia:purior lectio eſt & ſincerior per abſtinẽtiã. DEſciuit ab obſequio. Ideſt id ſupерſedit facere qd' iuſſerat maritus. INſita pietate:Matres fere oẽs erga liberos ſunt indulgentiores q̃ patres. & maternus affectus in filios potentiſſimus iudicatur. PROdidit.Tradidit. ALVMnãdã.Nutriendã: educandã:alendã. FLOS ætatis.iam ĩquit Appetebat tempus nubendi cũ uirgo toris matura eſſet & annis nubilibus poſceret maritũ. Ariſtoteles libro.yii.politicorũ tradit puellas anno ætatis octauo decimo nubere debere. tanq̃ ea ætas matura uiro & tẽpeſtiua ſit.Mares uero circiter ãnos ſex & triginta uxorẽ ducere debere cẽſet.hoc enĩ tẽpore uigentibus corporibus iungẽtur.nãq; adoleſcentuloꝝ fœtus ĩperfecti ſũt.& puellæ ĩ puerperio difficulter angũtur periclitãturq;.Auctor ẽ Albertus magnus ſperma hoc ẽ genitură ad ſobolẽ ꝓpignendã Tertio ſeptenario hoc ẽ uigeſimo primo ãno eẽ robuſtũ.atq; idoneũ:antea inualidũ & ibecillũ.idẽ ſic ſcribit in nono de aialibus matura ẽ inqt ad cõcipiẽdũ mulier uigeſimo prĩo ãno pfecto:q̃ prius cõcipit ĩmature cõcipit:ante tẽpus.ſ.maturi ſeminis.heſiodus uero maturitatẽ cõnubii eẽ dicit ĩ uiro trigeſimũ annũ ĩ puella qntũdecimũ. PRO natalibus:ꝓ dignitate familiæ ꝓ facultatibus & ꝓ nobilitate claritateq; nataliũ.Apud iuriſcõſultos Titulus ẽ de iure dotiũ.ubi ſcribit Vlpianus ꝓfecticia dos ẽ: q̃ a patre uel parẽte ꝓfecta ẽ de bonis eius.lege uoconia antiqtus cautũ eſt:ne qs cenſus hoc eſt pecunioſus heredẽ relinqueret filiã:eadẽ quoq; lex ſanxit ne liceat mulieri.pluſq̃ dimidiam partẽ bonoꝝ ſuoꝝ relinquere:unde q̃ſtiones natæ & declamationes excogitatæ ſubtiliter ſunt:cũ quidã duas mulieres dimidiis partibus inſtituiſſet heredes.idq; teſtamentũ arguerent cognati. apud germanos nõ marito dotem ſed uxori maritus offert:græce dos dicitur ϙερνη. unde & iuriſconſulti paraphernа græco uocabulo appellant:quæcũq; p̃ter dotẽ ſponſæ dantur.& paraphernica inſtrumenta dixit Sidonius a mare puellæ tradita.M.Varro dotem a dando dici tradit uel quia græce dicitur dotine.& ab atticis doſis q̃ttuor ĩ ſpõſis q̃rũt' forma,ꝓbitas nobilitas & dos. OPPIdo.ualde. CAloris iuuẽilis.Diuus Hieronymus nõ ethnei inquit ignes nõ uulcania tellus:nõ ueſeuus & olympus tantis ardoribus eſtuant: ut iuueniles medullæ uino plenæ & dapibus inflammatæ.Galenus quoq; nobiliſſimus medicoꝝ refert pueroꝝ & iuuenũ corpora inſito calore feruere ideoq; noxios illis eſſe cibos ætatibus qui caloré augeant:ſanitatiq; cõducere frigida quæq; eſu & potu ſumere.ſicut e contrario ſenibus qui pituita laborant & frigore:calidos cibos & uetera uina prodeſſe. Portius licinius feſtiuiter & uere hominẽ dixit eſſe ignem illo uerſu.Queritis ignẽ.item huc queritis:ignis homo eſt:igitur merito timebat mater.ne filius ardore iuuenili concitatus concumberet cum ſorore per imprudentiam: utpote quam ſororem eſſe neſciret. NEſcius neſciam.Ignarus ignaram. PLEbeiam facie tenus.Ideſt fronte. & exteriore unltu humanitatẽ quãdã uiliorem uulgatiorẽq; oſtendebat:cum mente & intra præcordia illam diligeret ut ſororem.ideo finxit ſe uelle domi recipere illam tanquam uicinam deſtitutam uiduatamq; ope præſidioque parentum: & indigam receptaculi. ut eam mox deſponſaret contubernali.& dilectiſſimo.& ne ſoror ĩdorata nuberet ipſe frater de ſuo peculio dotẽ date deſtinauerat.

Parerga.

Sequior ſexus.

Lygdus.

Nutrienda.

Prodidit. Lib. 2 of Ep 225.

Maritũ habuit:cuius pater peregre proficiſcens mandauit uxori ſuæ:matri eiuſdem iuuẽilis:q; enim ſarcina prægnationis oneratã eã relinquebat ut ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus: protinus quod eẽt editũ:necaretur. At illa præabſtinentia mariti:natã puellã inſita matribus pietate:p̃uẽta deſciuit ab obſequo mariti:eãq; prodidit uicinis alũnãdã:regreſſoq; iã marito:natã necatãq; nũciauit.ſed ubi flos ætatis nuptialẽ uirgini diẽ flagitabat:necignaro marito dotare filiã pro natalibꝰ qbat: qd ſolũ potuit: tacitũ ſecretũ filio ſuo apuit: nã & oppido uerebatur:ne quo caſu caloris iuuẽilis ĩpetu lapſus:neſciꝰ neſciã ſororẽ ĩcurreret:ſed pietatis ſpectatæ iuuenis:& matris obſequiũ:& ſororis officium religioſe diſpenſat:& arcanis domus uenerabilis ſilentii cuſtodiæ tradidit:plebeiam facietenus p̃tendens humanitatẽ:ſic neceſſariũ ſanguinis ſui munus aggreditur:ut deſolatam uicinam puellam: parentũq; præſidio uiduatam: domus ſuæ tutela receptaret. Atmox artiſſimo multũq; ſibi dilecto contubernali: largitus

Etas nubendi.

Sperma.

xxi.ãno robuſtũ.

Profecticia.

Dos.

Lex uoconia.

Maritus dotẽ uxori dat.

paraphernа.

Dos.

Calor iuuenilis.

Homo ĩgnis.

DE proprio

DE proprio: De peculio suo. est enim peculium tam proprium filii familias. q̃ seruorũ. Quod apud iurisconsultos & oratores frequenter inuenias: scribit plinius simulachrum cereris ex ære factum ex peculio spurii Crassi: quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. FEralem fortunæ nutũ. Fortuna inqt nutu suo exitiali atq; pestifero hæc bene disposita respiciens: perturbauit omnia & funditus euertit: cum suspicionem pelicatus immisisset in uxorem huiusce iuuenis. quem illa sororem molliter indulgenterq; nimis tractantem suspicata esse amatorem puellæ ignara q̃ soror esset. RIualitas: ægritudo est similis zelotypiæ. & emulatio quædam: exeo quod altera quoq; potiat̃ eo quẽ ipsa solum habere concupiuerit. De riualibus suo loco diximus.

Peculiũ filii familias.

Riualitas Succuba

de proprio dotem: liberalissime traderet. Sed hic bene atque optime plenaque cum sanctimonia disposita feralem fortunæ nutum latere non potuere: cuius ĩstinctu domũ iuuenis protinus se direxit sæua riualitas: & illico hic eadẽ uxor eius: quæ nũc bestiis: propter hæc ipsa fuerat addicta: cœpit puellam: uelut emulam tori succubãque primo suspicari: de hĩc detestari: de hĩc crudelissimis laqueis mortis insidiari: tale denique comminiscitur facius. Annulo mariti surrepto: rus profecto mittit quendam seruulum sibi quidem fidelem: sed de ipsa fide pessime merentem: qui puellæ nũciaret: q̃ eam iuuenis profectus ad uillulam uocaret ad sese: addito: ut sola & sine ullo comite: q̃ maturissime peruẽiret: & ne qua forte nasceretur ueniẽdi cõtatio: tradit annulũ marito subtractũ: q mõstratus: fidẽ uerbis adstipulare tur. At illa mãdato fratris obsequẽs: hæc enĩ nomẽ sola sciebat respecto ẽt signo eius: qd offerebatur: gnauiter ut præceptũ fuerat: ĩcomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipulo: laqueos insidiarum accessit. Tunc illa uxor egregia: sororem mariti libidinosæ furiæ stimulis efferata: primum qdem nudam flagris ultime uerberat. dehĩc quod res erat clamantẽ quoque q̃ frustra pelicãus indignatõe bulliret: fratriq; nomẽ sepius iterantem: uelut mentiam: atq; cuncta fingentẽ flamines manu ad digitos usq; inuoluta rem diuinam facerent significationes fidem tutandam sedemq; eius in dextris sacratã esse. præterea ut in catonis oratione est: & a. M. Tullio prodit̃ fidẽ in capitolio uicina iouis optimi maximi maiores nostri eẽ uoluerunt. de fano fidei mentio est apud plautũ in aulularia apud Siliũ inuocatio est fidei his uersibus. ante iouẽ generata decus diuũq; hominũq; iustitiæ cõsors tacitũq; in pectore numẽ. IVuenis ꝑfectus: ita fingebat pfidiosissima fœmina maritũ .s. suũ ꝑfectũ ad uillã solũ euocare puellã. ut sola cũ solo operaret̃ palestræ ueneriæ. CONctatio: Hesitatio: & mora. Qui mõstratus: hodie quoq; annulũ mittere solemus: quotiẽscũq; uolumus nũcio nostro credi & fidẽ adhiberi. NOmẽ. ideſt sola sciebat eũ eẽ fratrẽ. & se eius sororẽ. GNAuiter. Sedulo strenue festinanter. INcommitata. sola. sine comitibus deductoribusq;. LApsa decipulo: pedica laqueo & cassibus translatio a feris: quæ decidunt in laqueos: & decipulis capiunt̃. de excipulis & decipulis satis ac super in anterioribus. EGREgia: irronicos. VLtime. Quasi dicat ad ultimũ usq; cruciatum & lassitudinẽ. QuOD frustra pellicatus: Clamabat infœlix puella. & inter clamãdũ asseuerabat se sororem esse non concubinam illius mariti. & quod frustra ipsa ardesceret ob pellicatus suspicionẽ quippe cum pellicatus nullus foret metuendus inter fratrem & sororem. Dicitur autem pellicatus: ut concubinatus de quo iam diximus. & ait Marcus Tullius in secundo de officiis. ab ea est enim ipse propter pellicatus suspitionem interfectus. pellicationem Cato a pellicando dixit quasi inuitationem quandam & illicium: pellicator quoq; & pellax qui inducit in fraudem nominatur. BVLlieret. Tumeret ardesceret & instar bullientis aquæ ferueret. in fermento est dixit plautus de fœmina quam intelligi uult tumescere bullireque: ex indignatione: & iracundia. FRAtris nomen iterantem hac commemoratione fraterni nominis oẽm iniuriam & atrocitatem a corpore suo propulsare se se posse confidebat: uidelicet sperans q̃ cum illa audiuisset eam esse sororem: quam pelicem suspica

PROpter hæc ipsa. s. scelera quæ mox enarrantur. ADdicta damnata adiudicataq; præsidis sentẽtia. EMVlam: pelicem & concubinam. SVCcumbam: Ante dictum est succubas incubasq; dici. concubinas. & pellices: quæ succũbunt. & succubant in alienam uicem & torum. DEtestari: execrari & maledicere. COMminiscit̃ excogitat scelus. ANnulo mariti surrepto. Annulus plurima scelera fiunt: ut scribit plinius. & plus annulus q̃ nobis creditur. RVS profecto. Legendum uidetur profecta ut ad uxorem referatur: quæ profecta in agrum illuc tanquam in locũ solitariũ & sceleri accõmodatiorem euocauerit sororẽ mariti: misso per seruulum annulo cõiugali cui tanquam certissimo testi illa crederet. PESsime merentem. Qui seruat fidem in flagitio & scelere. is de ipsa fide pessime meretur: q̃uis alioqui fidelis semper extiterit: quã inter deas prisci coluerunt: scribit Liuius numam fidei sacrariũ solẽne instituisse: cui

Fides dea.

pellicat⁹. pellicatio. pellicator. pellax.

batur repente exueret omnem feritatem:& flagris depositis ad humanitatem reuocaretur: sic apud M.Tullium in uerrinis ciuis Romanus deligatus a uerre & uirgis cesus inter dolorem crepitumque plagarum hoc solum iterabat ciuis Romanus sum:hac enim commemoratione ciuitatis omnia se uerbera depulsurum cruciatumq; a corpore deiecturum arbitrabatur. TItione candente:torre & sti/pite ignito ardescente. INter fœmina.Inter fœmora.& coxas aliubi annotauimus fœmina ꝓprie di ci fœmora interiora quæ eqnitatu atteruntur.Vnde elegans uocabulum apuleianum interfœmine um tegit pro genitalibus mulie/bribus:q̃ inter fœmina sunt colla ta:quod fœminal munditer quo que nuncupatur. BIlis noxio fu rore:Græci choleram nominant nostri bilem: notiore uocabulo græco q̃ latino:commune id sto machi atq; intestinorum uitium est:ut auctor est Cor.celsus i quar to.bilis supra infraq; rumpit.iter dum alba.nõ nunquam nigra ul uaria.& ut scribunt medici philo/sophiq;.multiplex est bilis siue co lera.nam & citrina.& uitellina.& rubra:& adusta.memoratur.est & prasina a uiridi colore dicta.cuius uiror prasii hoc est marubii simili mus est.melãcolia uero.idest atra bilis in homine exuberãs gignit mentis alienationem.& ulcerum eruptionem.& alia pleraq; gene/ris eiusdem.Quidam atra bile erũ pente in morbum comilitarẽ ex/cidunt:alii attoniti fiunt sup qua re nobile extat aristotelis problema.plato in timeo.bilem morborum causam esse refert.malasq; ex noxia eius intemperantia gigni ualitudines plurimas:quæ cum expirat extrinsecus uarios tumores producit:intrinsecus uero cohibita urentes edaces morbos plurimos procreat.nomine bilis crimẽ in mores quoq; trãsfertur. ut scribit plinius:& pro excandescentia usurpatur cum id uirus se fundit i aĩum. NOmen uxoris cum fide.Vxor quæ in maritum perfidiosa est & infida atq; pestifera.nomẽ uxoris quod sacrosanctum est amittit:nec digna est ut uxor & coniunx nominetur. PALmarũ præ liis.palmæ & trophea perfidi medici sunt neces hominum:quas multi sub prætextu & nomine me/dicinæ sanctissimo exercent pro salutifera potione mortiferam propinantes:qui uitæ nostræ nescisq; imperatores fiunt:quibus solis hominem occidisse summa impunitas est:cum nulla sit lex: ut plinii uerbis utar:quæ puniat insciti am capitalem.a palma quæ arbor uictoriæ dicata est palmarium dictũ quod significat palma dignum. QuINquaginta sestertia:Nulla ars fructuosior medicina est.celeber rimis medicorum ducenta quinquaginta sestertia fuisse annua mercede apud principes accœpimus hinc ait plinius noster quod antiqui medicinam damnabãt ob questum enormẽ.& precium imma ne. MOmentarium:præsentarium.quod subitariam mortem afferet momentoq; necaret citra cun ctationem. BIliq; subtrahẽdæ:Simulat nequissima cõiunx uenenatã potionẽ eẽ medicamentũ no/bile & saluberrimũ ad bilẽ subtrahẽdã qua maritus uexabat:ita ut sub specie medelæ:uenenũ ꝓpiaret. QuAM sacrã noĩant:Apud priscos potio hellebori pricipalis habebat & sacra/q̃ tradit aluũ & bilẽ pi/tuitasq; clarẽ erophili p̃coniũ.qui helleboꝝ fortissimi ducis fortitudini æquabat.cõcitatis.n.itus om nibus ipsũ iprimis exire.Aptissime datus i pulte aut lecte.reddi post quattuor fere horas incipit.totũ opus septẽis pagit horis:medet melãcholicis isaniẽtibus lymphaticis.itẽ si exulcerata sint p̃cordia.uel tumeãt.Aliisq; ꝓpe inumeris morbis.duo hellebori genera nigrũ qd purgat p iferna:cãdidũ qd uomi tiõe.causas morboꝝ extrahit.Latini ueratrũ uocãt.sacrã potionẽ uocãt medici factatã & diuinã ab effe ctu quæ cæteris præstantior:& excellentior.plinius tradit aureũ poculũ a medicis uocari potionẽ quã dã ex frutice ob remediorum excellentiam.hoc tempore potio ex rheupontico siue barbaro concin/nato dici potest sacra qua nullam præstantiorem medici nouere cuius meminit Amianus Marcel/linus.græci φαρμακοθειον pharmacum diuinum uocant.item alexipharmacon καθαρτικον και θεραπευτικον.idest purgatorium & medica uim præpollens/Suidas ait Alexipharmaca esse αλε ξιτηρια.idest medicamenta auxiliatoria.est medicamentum nobile nomine panchrestos cuius.M. Tullius & plinius meminerũt/si uocabulũ iterpteris dici põt oĩbus cõducibile & bonũ.est inter medi/camẽta illud quoq; celebre/qd oporicen uocãt.quoniã ex pomis fit quæ a græcis οπωρα appellant.

Titio.
Fœmina
Interfœ
mineum
fœminal
Cholera.
Bilis.
Prasina
bilis.
Melan/
colia.
Medicus
impator
uitæ &
necis.
palmari/
um.
Potio
hellebori
Veratrũ.
sacra po
tio.
Aloxi/
pharma/
cum.
panchre/
stos.
Oporice.

tione cãdẽti inter media fœmina detruso: crudelissime necauit.Tũc acerbe mortis exciti nunciis frater & mari tus accurrũt:uariisque lamẽtationibus defletã puellã tradũt sepulturæ:nec iuuenis sororis suæ mortẽ tam miserã:& quæ minime ut par erat illata ẽ:æquo tolera requiuit aĩo sed medullitus dolore cõmotus: accerri/mæque bilis noxio furore pfusus:exin flagrãtissimis febribus ardebat:ut ipsi quoque iã medela uideretur eẽ necessaria.Sed uxor: quæ iam pridẽ nomen uxoris cum fide perdiderat:medicum conuenit quendam no tæ perfidiæ: qui iam multarum palmarum spectatus præliis magna dexteræ suæ trophea numerabat:eique protinus.l.sestertia:ut ille quidem momẽtarium uene num uenderet:illa aũt emeret meriti sui mortem. quo conspectu simulatur necessaria præcordiis liendis:bi/lique subtrahendæ illa præ nobilis potio: quam sa/cram doctiores nominant. Sed in eius uice subditur

ALIA proserpinæ.potio uenenata pernitialis proserpinæ merito sacrata dicit propterea q; ad pserpinā & plutonē hoies demittit. POculū probe tēperatū. In quo.s.uenenū præsentariū tēperauerat medic⁹:nō ad salutē ægroti sed ad necē:put cū uxor cōuenerat. VT cōsciū sceleris amoliret. Vt de medio tolleret & una cū marito perimeret medicū:qui sceleris huiusce conscius erat. QuAM desponderat. Quinquaginta scilicet sestertia:quæ medico promiserat. DEtento calice:Mulier iniecit manum poculo in quo uenenū erat tēperatum:ne prius a marito ebiberet q̄ medicus ipse præguſtasset.ut ita una opa uterq; pariter tolleret. HAV

alia proserpinæ sacra saluti. Iāq; p̄sente familia & inde nōnullis amicis: & affinibus: egroto medicus poculū probe tēpatū māu sua porrigebat. Sed audax illa mulier: ut simul & cōsciū sceleris amoliretur: quā despon derat pecuniā: lucraretur: corā detento calice: nō prius īquit medicorū optime: nō prius carissimo mihi marito trades istā potionē: q̄ de ea bonā partē hauseris ipse. Vnde.n.scio: an noxiū in ea lateat uenenū: quæ res utique te tā prudētē: tāq; doctū uirū nequaq̄ offendit: si religiosa uxor circa salutem mariti solicita: necessariam affero pietatem: q̄ mira desperatione truculentæ fœminæ repente perturbatur medicus: excussusq; toto consilio: & ob angustiam temporis: spacio cogitandi priuatus: antequam trepidatione aliqua uel contatiōe ipsa daret male cōscientiæ suspitionē: īdidē de potione gustat ampliter: quā fidē secutus adolescens etiā sumpto calice quod offerebatur hausit. Ad istū modū p̄nti trās acto negocio: medicus q̄ celerrime domū remeabat: salutifera potiōe pestē p̄cedentis ueneni festinās extīguere: nec eum obstiatiōe sacrilega: qua semel cœperat: truculēta mulier ungue latius a se discedere passa est: prius q̄ inquit digesta potiōe: medicīæ euētus probat⁹ appareat: sed ægra precibus & obstinatiōibus eius: multum ac diu fatigata tandem abire concessit. Interim

seris ipse. Ebiberis attende mulieris callidissimam astutiam infandumq; cōmentum: quæ uno tempore maritum medicumq; morte mulctat. sub prætextu affectiōis coniugalis. EXcussus toto consilio. Vetus prouerbium est gladiatorem in harena capere consiliū. & quod sub manu consilium nasci debet. sed frequenter hoc accidit: ut homīes repentinæ rei nouitate perturbati impotes mētis fiant: & toto consilio excntiantur ut sibi ipsis nequeant consulere: nec quæ cōducibilia sunt satis ualeant cogitare iuxta illud pauor omnem sapientiam exanimato expectorat. VEL contatione ipsa. Si contabundus medicus superfedisset gustare. de potione: potuisset: marito haberi suspectus: tamquam uenenum in ea noxium miscuisset: sicut re uera miscuerat: sed ne uideretur tanti facinoris conscius large gustauit de potiōe mortifera: imitatus matronas illas Romanas: qnæ uenena coquentes inuentæ cum ea medicamenta salubria esse cō tenderent iussæ bibere indidem largiter hauserunt & ita epoto: medicamento suamet ipsæ fraude oēs interierūt. GVstāt: Lege

Sub manu consilium.

Matrōæ uenena coxerunt

gustat scilicet medicus. ADOlescens: Maritus ægrotus. SAlutifera potione. Antidotum significat quod ad pestem ueneni extinguendum est potentissimum. idq; multiplex. Vinum aduersus cicutæ uenenum est efficax remedium cuius natura excalefactoria uim cicutæ refrigeratoriam expugnat: sed si in uino cicuta pota sit irremediabilis existimatur. Medicus ergo festinat domum: ut epoto antidoto salutiferaque potione extinguat uim ueneni noxiam atque pestiferam. NEC ungue latius: Digitus transuersus & unguis latus usurpantur decenter ab auctoribus pro minimo interuallo & spacio. plautus in aululari a digitum transuersum aut unguem latum excesseris. M. Tullius in epistolis atticum a recta sententia ne digitum quidem transuersum. item in hortensio ab hac mihi non licet trāsuersum ut aiunt digitum discedere ne confundam omnia. DIgesta potione. Cupere se dicit truculenta fœmina ut tam diu maneat medicus donec potio digeri incipiat & effectu medico uenas atque uitalia permeans euentum ostendat. potio autem medicamenti dicitur digeri quando diuiditur resoluiturque per uenas. & purgat. nam alioqui medicamenta non digeruntur: ideſt non concoquūtur. scribit aristoteles in problematis ideo medicamenta uim purgandi obtinere: quia concoqui nequeunt. & enim quæ ob exuperantiam frigiditatis. aut caliditatis digeri non possunt aptaque sunt uincere non uinci ab animantium feruore. hæc medicamenta habentur. ubi enim uentrem adierunt resolutaque sunt statim ad uenas per easdem feruntur semitas: quibus permeat cibus mox cum mine concoqui potuerint: sed uictrice perstiterint potentia relabuntur: quæ obstiterint secum detrahētia: quæ res καθαρτικὸν. ideſt purgatio nominatur. de resolutiuis medicinis scribit Galenus copiose

Vinum cicutæ antiphar macum.

Trāsuersum digitum.

Cur medicamenta purgāt

AEGRA: Legendum est ægre. ideſt uix difficulter. ut sit aduerbium non nomen. OBstinationib⁹ Obsecrationibus. & ita uidetur legendum. INterdum. Corrige interim.

PERniciē cæcam. Vim ueneni pernitialem signat: quæ occulte intra uiscera crassabat. iāq; ad medulas uitaliaq; peruenerat: quod signū est mortis intra corpus adactæ. Qui cicutæ ueneno enecant' incipiunt algere ab extremitatibus corporis. sic Socrates platone teste cū hausisset in calice tritū uenenum cœpit deambulare mox cū interambulandū crura iā grauari sentiret iacuit resupinus. cœperuntq; pedes & crura sensim frigescere. cū uero uis ueneni ad præcordia & uitalia peruenisset decessit. i hac uoce deficiens. Esculapio gallū debemus: quē reddite neq; negligatis. Tertullianus causam refert huius ci Socratici uoti ioculatoriā sic scribens i apologetico. esculapio gallinaceū prosecari in fine iubebat credo ob honorē patris eius: quia socratē apollo sapientissimū omniū cecinit. O Apollinē inconsideratū sapiētiæ testimoniū reddidit ei uiroq negabat deos eē. PROmissā mercedē. Quiquagita sestertia: q̄ pro ueneno mōetario audax mulier illa, promiserat. MORtis gemīatæ. Ipsius. s. medici & mariti. ELIsus: Cruciatus tortus suffocatusq;. INter fictas lachrimas Flebat nequissima fœminarū ut ita per lachrymas uideret' ægro aio ferre mariti obitū. cuius ipsa cā extiterat: lachrymæ āt uberriæ sunt fœminis. & semp paratæ in statiōe. & cū frons oculi uultus p sæpe mētiāt'. lachrymæ uero sæpissime mētiunt' idq; in fœmina potissimū. QuIS. Quibus. FEralia litāt' obsequia. elocutio ē ex Virgiliana imitatōe sacrisq; litaris idulge hospicio, pprie nō sacra litant'. sed dii. Litare āt est deos propitiare. de feralibus & nouēdialibus: & parētalibus sacrificiis. q̄ mortuis exhibēt'. relege q̄ suis locis annotauimus. VSq; quaq; similis sui in oibus actiōibus ubiq; locorum ubiq; hominū perfidiosa truculēta scelerata sibi cōstās in flagitiis. nec usq; desciscens a moribus suis nequissimis. s. improbaq; natura. M. Tullius de uerre rediit ad se & mores suos. & cū laudabile sit in oī uita seruare constantiā. hæc fœmina in flagiciis erat constantissima. FIdei imaginē. Ostentans se uelle promissam pecuniā cū fide persoluere. BLANdicule. Comiter. & blande aduerbiū diminutionis. PROlyxe: Largiter & copiose. DE ea potione: Veneni. s. præsentarii: qua maritus medicusq; corruerant. PROperiter: Cito festinanter propere. VEneni pyxidem. Medicorum tituli. ut inquit Lactantius remedia habēt. pyxides uenena pyxis illa celiana notissima est ex oratione. M. Tullii. CRVentas manus. Irritata semel improbitas modum non habet. finis unius sceleris gradus est futurista re loco nescit mens mala. mulier truculenta manus sanguinarias porrigit ad alias quoq; neces infandas: a ueneficio ad ueneficiū prosiliens. QuOD leges successionem patris necessariam. Heredes aut necessarii dicuntur: aut sui & necessarii: aut extranei. Heredes necessarii & sui sunt ueluti. filius filiaue nepos neptis ue ex filio & deinceps cæteri. Liberi qui in potestate morientis modo fuerunt sui heredes ideo appellantur quia domestici heredes sunt. Necessarii uero ideo dicuntur quia omnino siue uelint siue nolint tam ab intestato q̄ ex testamento ex lege. xii. tabularum heredes fiunt. cæteri qui testatoris iuri subiecti non sūt extranei heredes appellantur: ut copiosissime scribunt iurisconsulti: proinde successio necessaria intelligitur eorum heredum qui necessarii sunt. ut filius & filia. Lex tamen uoconia quam uoconius tulit. cuius supra meminimus: statuit ne quis census hoc est pecuniosus heredē relinqueret filiā. Lex quoq; xii. tabularum adeo stricto iure utebatur proponens masculorum progeniem. ut fœminini sexus necessitudinem expelleret: quod postea emendatum est. SVstinebat ægerrime: Egro anima molestoq; ferebat q̄ leges deferrent filiæ patriam hereditatem. INhians: Auide cupiens desideransq;. dicimus inhio hāc rē. & huic rei statius fraternos inhiantem obitus. Cor. tacitus pariter hortis inhians.

perniciē cæcā totis uisceribus furentē: medullæ penitus attraxerāt: multū deniq; saucius & grauedine somnolēta iā demersus domū peruadit ægerrime: uixque enarratis cunctis ad uxorē: mādat saltē promissā mercedem mortis geminatæ deposceret. Sicq; Elisus uiolēter spectatissimus medicus effudit spiritum: nec ille tamen iuuenis diutius uitam tenuerat: sed iter fictas mētitasque lachrymas uxoris: pari casu mortis fuerat extīctus. Iamque eo sepulto: paucis interiectis dieb⁹: quis feralia mortuis litantur obsequia: uxor medici: precium gemīæ mortis petens aderat. sed mulier usq; quaq; sui similis fidei supprimens faciem: prætendens imaginem: blandicule respōdit: & oīa prolyxe accumulateq; pollicetur: & statutū præmiū sine mora se redditurā constituit: modo pauxillū de ea potiōe largiri sibi uelle ad icepti negocii persecutionē: quod plurib⁹ laqueis fraudiū pessimarū: uxor īducta medici facile consensit: & quo se gratiorē locupleti fœminæ faceret: propere iter domo petita: totā prorsus ueneni pyxidē mulieri tradidit: quæ grādē scelerū nacta materiā: lōge lateque cruētas suas māus porrigit. Habebat filiā paruulā de marito quem nuper necauerat: huicīfantulæ: q; leges necessariā patris successionem deferrēt: sustinebat ægerrime. inhiansq; toto filiæ patrimōio imminebat

Socrates hausit cicutam

Litare.

Blandicule.

Heredes. necessarii sui.

Extranei heredes.

Census pecuniosus.

Inhio.

CAPtu: Legi pōt capiti: ut exponas imminebat uitæ capitiq; puellæ. HEreditates accipere. Diuus Claudius matri ad ſolatiū liberorū amiſſorū legitimā eorū detulit hereditatē poſtea autē ſenatuſconſulto Tertulliano cautū eſt: ut mater ingenua triū liberorū ius habens ad bona filiorū filiarū ue admittat̃ inteſtatoꝝ mortuoꝝ. TALē parentē præbuit. Qualis uxor fuerat in maritū peſtifera. ſ. & pernicialis talis quoq; parens. i. mater in filiā parricida exhibet̃ & uenefica. PRANdio cōmento. Cū prandiū ſeſe parare ſimulaſſet ex tēporis occaſione. PARuulæ tenuē ſpiritū. Infantula ſtatim ueneno ſuccubuit cuius corpus delicatū & uitalia inualida erant. & mollicula aduerſus uim ueneni graſſantis ſeuientiſq; circa præcordia: quæ a græcis phrenes dicunt̃. quæ & exta nuncupant de quibus ſuo loco plura. Galenus quinto de interioribus uolumine docet Diaphragma dici phrenas ex eo q; pp apoſtema diaphragmatis gignatur. phrenetis. Ariſtoteles præcordia dici autumat phrenas a mente & prudentia. quæ græce dicit̃ φρηπ. ſubtilitas enim mentis ut inquit plinius præcordiis accepta fertur.

præcordia. phrenes.

& captū. ergo certa defunctorum liberorum matres ſceleratas hereditates excipere: talem parentem præbuit: qualem exhibuerat uxorem: prandioque commēto pro tempore: etiam uxorem medici ſimul & ſuam filiam ueneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem ſpiritum: & delicata ac tenera p̄cordia conficit protinus uirus īfeſtum: at uxor medici dum noxiis ambagibus pulmones eius perrat tempeſtas deteſtabilis potionis: primum ſuſpicata: quod res erat: mox urgente ſpiritu: iam certo certior contendit adipſam præſidis domum: magnoque fidem eius proteſtata clamore: & populi concitato tumultu: ut pote tam immania detectura flagitia: efficit ſtatim ſibi ſimul & domus & aures præſidis patefierent. Iamque abipſo exordio: crudeliſſimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expoſitis: repente mentis nubilo turbine correpta ſemihiantes adhuc compreſſit labias: & attritu dentium longo ſtridore reddito: ante ipſos præſidis pedes

AMbagibus. Ambages noxias appellat diſcurſus ueneni exitiales meantis per interuenia & uitalia populantis: qd dū per uiſcera digerit̃ circuitu quaſi quodā peſtifero īplicat hominē. PVLmōes. pluraliter ueteres dici pulmones uoluerunt. plautus in curguliōe pulmones diſtrahunt̃ cruciatur iecur. M. Tullius in ſecūdo de natura deoꝝ in pulmōibus ineſt raritas q̄dā: & aſſiduis ſpōgiis mollitudo ad hauriendū ſpiritū aptiſſima libro rhetoricoꝝ ad herēniū quarto ubi agit̃ de exornatiōibus inducit̃ hoc exēplū anhelans ex imis pulmōibus præcura ſpiritus ducebat̃. hic īquit unus pulmo intelligit. græce πνευμων. dicit̃ pulmo πνευμονια uitiū pulmōis unde pneumōici plinio celſo. cæteris dicti. qui uitio pulmōis afficiuntur. quos latino uocabula pulmōarios dici poſſe teſtis eſt columella. a quo ouis pulmōaria ſcite & decenter appellat̃ pulmōis morbo cōflictata officina ſpirādi ē pulmo. ideoq; dixit poeta ſpiramēta aiæ philoſophi pulmonē flabellū cordis nominat̃. & uētilabrū: quo calorē cordis refrigerari neceſſe eſt. omnia q̄ ſpirāt auctor ariſtotele habēt pulmonē. ideoq; piſciū nulli pulmo īeſt: qñ nō ſpirāt: ſed pro eo brāchias obtinēt: qua in re plinius noſter ab ariſtotele alacriter diſſentit aſſerēs uice pulmōis ineſſe poſſe alia ſpirabilia uiſcera. ſuidas refert neq; entoma. i. īſecta neq; oſtracoderma. i. teſtacea neq; malacoſtraca. i. mollia reſpirare. VRgēte ſpiritu: Anhelitu & reſpiratu. cuius officina & domiciliū ē pulmo. PRAEſidis: p̄ſidis nomē generale ē: & oēs puincias regētes p̄ſides appellāt̃. pcōſulis appellatio ſpecialis ē auctor Martianus iuriſcōſultus. PROteſtata fidē: p tenimonio palā implorās p̄ſidis auxiliū: fidē enim pro auxilio poni notiſſimū eſt: AVres patefierēt: Quādo ira & infanda nūtiāt̃ ſolēt domus principū aureſq; patefieri. præterea præſidi obſeruādū ē: ut ī adeundo ſe facilē præbeat: ne potētiores uiri humiliores iniuriis afficiant. CVNctis expoſitis: puerbium græcum ē. κραμβη δις ὀπτη θανατος. ideſt braſſica bis repetita in cæna mors eſt. quo ſignificatur iteratio nem eiuſdem rei eſſe odioſam. unde Luciꝰ noſter faſtidio parcens. ne iterū ante dicta renarret ſcitiſſime dixit cuncta diligenter fuiſſe expoſita ab uxore medici moribunda. Homerus tamē frequēter repetit uerſus eoſdem & narratiōes. TVRbine correpta. Turbinis in tēpeſtate motū uertiginoſum ee: & in orbē circunactū ſciunt oēs: & docet Seneca libro ſeptimo queſtionum naturalium. Ab hoc turbine qui colūnæ modo circunagentis ſe uoluitur uertigo capitis haud abſurde turbo appellat̃. græco uerbo medicis uſitatiſſimo ſcotōias appellāt obtenebrationes ac nubila mentis capitiſq; uertigines. SEmihiātes labias. Interloquēdum ſemiapertas. Indicat. n. medio ſermōe fœminā exanimē corruiſſe ore ſemipatulo. STRIdore reddito expreſſit habitū expirātis ex cruciatu tabifici ueneni. Stridor dentiū ex iracundia fit: & ex dolore. Hinc Seneca inter iraſcentiū ſigna poſuit ſtridorem dentium inter ſe arietatorum. Liuius quoq; indignātē dolētēq; hānibalē intelligi uolens ſic ſcripſit frendēs fremēs gemēſq;: ac uix lachrymis tēperans dicitur legatorū uerba audiſſe. a Virgilio quoq; dictum eſt dentibus infrendens: infrendere proprie ē dētes iraſcendo quatere: Vnde infrendes dicuntur pueri ſine dentibus qui frendere non poſſint.

pneumonici. pulmonarii. Entoma. Oſtracoderma. Malacoſtraca. Vertigo. Stridor dentium Infrendes.

EXanimis:Mortua extincta interdum ponitur exanimis pro exanimato:& perturbato: ut ante dictum. EXercitus.Exercitatus diutina scilicet exercitatione quæ præsides facit experientissimos gnarissimosque rerum humanarum/contra inexercitus ponitur.pro inexercitato & torpente.epicurei ut inquit Tertullianus deum ocioſum esse & inexercitum asseuerant. MVLtiforme facinus: Quo maritum medicum filiam medici uxorem multos deniq; necauerat. DIlatiõe marcescere: Sæpe ex dilatõe procrastinatiõeq; negocia refrixerunt:ideoq; in manifestis maleficiis omnis dilatio tollenda est confestimq; in fontes animad

Inexercitus.

uertendum:quorum scelera moram non patiuntur:alioqui nihil per impetum faciendum esse præcipiũt auctores. Vnde & illud poeticum memoratu dignũ:da spacium requiemq; moræ. male cũcta ministrat impetus. Scitu annonatuq; digna est Theodosii imperatoris historia:qui ob militem impetu populi thesalonicensis furẽtis extinctũ repentini nuntij atrocitate succensus obtrũcari possim prout quisquæ occurrisset gladio iussit:ob hoc cum a sacerdotibus argueretur agnouit delictum cul pãq; cum lachrimis professus publicam penitentiam egit. Quinetiã legẽ sanxit in posteꝝ:ut sententiæ principũ super animaduersionem prolatæ in diem trigesimum ab executoribus differẽtur/quo locus misericordiæ.uel si res tulisset pœnitentiæ non periret. IN tormẽtorum. Minutulus error.qui tamen lectorem possit offendere:est enim legendum ui tormentorum ideſt uiolentia & crutiatu.diuus Augustus in criminibus uestigandis non esse a tormentis incipiendum constituit:epistola quoq; diui Hadriani ita se habet.ad tormenta seruorũ ita demũ uenire oportet cũ suspectus est reus.& aliis argumentis.ita probationi admouea' ut sola confessio seruorũ deesse uideat':rescripto quoq; eodẽ Hadriani illud expressum est.a suspectissimo incipiendũ eẽ:& a quo facillime posse uerũ scire iudex crediderit. GRVciatus aliis excogitari:Draco athenienſis nomothetes. hoc est legum conditor poena capitis puniendos eẽ sanxit ſontes exquacũq; uel leuicula noxa/adeo ut qui holera:aut poma surripuissent eos capite mulctauerit. Quin olim rogatus quãobrẽ plurimas iniuriaꝝ supplicio capitali pectendas statuisset respondisse dicitur se parua quidẽ delicta morte digna cẽsere. magnis autẽ maiorẽ pœnã inuenire nõ posse. Vnde demades scite dixit draconis leges nõ atramento:sed sanguine scriptas eẽ quæ paulo mox ob acerbitatẽ tacito illiteratoq; athenienſiũ consensu obliteratæ sunt. PVBlicitus.publice aduerbiũ est. MAtrimoniũ confarraturus. Tribus modis apud antiquos uxor habebat'.ut ait Boetius in cõmẽtariis topicorũ:usu farreo coemptiõe:sed cõfarratio solis pontificibus cõueniebat erat autẽ solẽnitas quædã uinculi maritalis: qua nouæ nuptæ farreũ præferebant.sic enim libi genus ex farre factũ nuncupant.plinius in.xyiii.quin & in sacris nihil religioſius cõfarrationis uinculo erat nouæq; nuptæ farreũptæ ferebãt.auctor est Dionisius alicarnaseus libro antiquitatũ secundo legitima matrimõia in priscis Romãis noiata eẽ farracea a cõmunicatiõe uidelicet farris:qui cibus latio primus fuit:& sicut græci hordei primicias i sacris dabãt.ita Romãi uetustissimũ far putãtes ex eo sacra prisca potissimũ cõficiebãt.uxores quoq; cõiũctiõe farris alimẽti uiris sociari uoluerũt.ex hoc uetustissimo ritu sciẽter dixit Lucius noster matrimoniũ cõfarratarus ꝓ copulaturus uiculo quasi cõfarratiõis.& ita alludẽs ad priscoꝝ uerba & doctrinã simpliciter intelligi uult fœminã publice destinatã quasi uxorẽ asino:q̃ publico spectaculo cũ asino pinde ac uxor cum marito cõcũberet. Ecõtrario dicit' diffarratio cõnubii iter uirũ & uxorẽ dissolutio a diffarratõe: qd genus sacrificii adhibito libo farreo fit i dissolutiõe matrimõii:& sicut cõfarreaturus matrimoniũ dicit' pro facturus copulaturusq;.ita a cõtrario dici põt eleganter diffarraturus pro dissoluturus cõnubiũ.

A tormẽtis nõ incidiendũ

Leges draconis sanguinariæ.

Confarratio.

Farreum

Diffarratio.

Diffarraturus cõnubium.

OPpido suspẽsus: Valde suspẽsus anxiusq;. DIem mũeris. Diẽ publici spectaculi. SCEleroſæ mulieris. Sceleroſus ẽ multorũ scelerũ/sceleroſus unius. Sceleroſus proprie auctor est sceleris. sceleratus in quo scelus sit constitutum/sceleroſus accusatio personæ est. put docet Dõatus exponẽs illud Terẽtianũ. ubi ego illũ sceleroſũ misera atq; ipiũ inueniã. Nigidius figulus homo iuxta. M. Varronẽ doctissimus hoc iqt inclinamẽtũ i osus significat copiã quãdã imodicã rei sup qua dicit'. id circo i culpã cadit. ut sceleroſus merito dicat'.q imodicis multisq; sceleribus ẽ cohoptus. DEpudescerẽ. Erubescerẽ uel pudorẽ deponerẽ Hieronymus. nõ depudesco infœlicitatis meæ. quin potius plango me nõ esse:qd fuerim depudescere est exuere pudorem. ut apud Ouidium depudui profugusq; pudor sua signa reliquit. hæc enim particula de modo intentionem significat modo diminutionem.

Scelerosus.

Scelerastus.

Scelestus

Depudescere.

exanimis coruit: necille uir alioquin exercitus tam multiforme facinus execratæ ueneficæ: dilatione languida passus marcescere: confestim cubicularijs muli er attractis: in tormentorum ueritatem eruit: atque illam minus quidem q̃ merebatur: sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat: certe bestijs obijcendam pronunciauit. Talis mulieris publicitus matrimonium confarraturus ingentique angore oppido ſuſpenſus: expectabam diem muneris ſepius quidẽ metu mortẽ mihi uolens cõſciſcere: priuſq̃ ſceleroſæ mulieris cõtagio macularer uel ĩfamia publici ſpectaculi depudeſcerẽ. ſed priuat9 humana mãu: priuat9 digitis

Nil per impetũ agendũ Exemplũ theodoſii.

VNgula

VNgula rotunda. Talis est asinorum ungula. Sunt asini ex illo animalium genere: q̃ græci. Monycha uocant. hoc est solidipeda. MVtila. Trunca sine digitis. TEnui specula. Pusila spe. est enim specula diminutiuum a spe factum. ueteres dixerunt. speres pluraliter. quod liquet illo uersu Enniano spero si speres quicq̃ prodesse potis sunt. GEmulis floridis: Gemmas & diminutiue gemmulas dicimus oculos in uitibus. Inde apud Columellam maleoli & palmites uitiginei bigẽmes & trigẽmes. a numero gẽmarũ appellantur. Quintilianus in. viii. de trãslatione scribens necessitate inquit rustici dicunt gẽmã in uitibus. quid. n. dicerẽt aliud & sitire segetes. Plinius quoq; in. xyii. hæc uocatur ĩ uite gẽma cũ illi cespitẽ facit. Idẽ auctor est densitatẽ gẽmarũ fertilitatis indiciũ esse. hinc uerbũ est gemmare. & gẽmascere: quod significat gẽmas parere. huiusce gẽmæ uitigineæ mẽinit & Ouidius illo uersu. & noua grauido palmite gẽma tumet. p̃terea nomine gẽmularũ flores significantur: quibus tanq̃ gẽmis uerno tẽpore cuncta pinguntur: & prata uestiuntur. Flos enĩ ut Plinii uerbis utar: est pleni ueris indiciũ & anni renascentis. flos gaudiũ arborũ. tunc se nouas aliasq; q̃ sunt ostẽdunt. Tunc uariis colorũ picturis in certamen usq; luxuriãt.

Monycha. Specula. Speres. Gẽma in uitibus. Gemmascere. Flos indiciũ ueris.

ungula rotunda: atq; mutila: gladiũ stringere nequaquã poterã plãe tenui specula solabar clades ultimas: quod uer in ipso ortu iam gẽmulis floridis cuncta depingeret: & iam purpureo nitore prata uestiret: & cõmodũ dirupto spineo tegmine spirãtes cĩnameos odores promicarent rosæ: quæ me priori meo lucio redderent. Dies ecce muneri destinatus aderat: ad cõseptum caueæ prosequente populo põpatico fauore deducor, ac dum ludicris scenicorũ choreis: primitiæ spectaculi dedicantur. tantisper ante portam cõstitutus: pabulum lætissimi graminis quod in ipso germinabat aditu: libens affectabam: subinde curiosos oculos patente porta spectaculi: prospectu gratissimo reficiens. nã puelli puellæque uirenti florentes ætatula: forma conspicui: ueste nitidi: incessu gestuosi: græcanicam saltantes pyrrhicam: dispositis ordinationibus: decors

COMmodũ. Tunc tunc. iam iam ipso eodẽq; tempore aduerbium. ut sæpe dictũ. DIRVpto spineo tegmine. Rosa nascitur spina: germĩat oĩs prĩo inclusa granoso cortice: quo mox intumescẽte paulatim rubescens dehiscit ac se se pandit. celeberrimas rosas prænestinam: & campanã. antiqui dixerunt. Addidere alii milesiam cuius sit ardentissimus color. Vna est quã centifoliam uocant a numero foliorũ. p̃cox campana est. Sera milesia. odoratissimæ sunt rosæ. & ut inquit Aristoteles in problematis ολμη ρολου αει ηλεια idest rosæ odor semper suauis est: unguenta diuulgata Plinio teste maxime constant rosa a quo unguentum quoq; rhodinon appellat. græce enim ρολοσ dicitur rosa. PROmicarent. Prorumperent: purpurarentq;. MVNEri. Spectaculo gladiatorio. CAueæ. Scilicet theatralis de cauea supra diximus. SCEnicorũ choreis. Histriones: qui scenici dicuntur primi cœperunt in theatro fabulas agere. & uoluptate histrionica spectatores allicere. Aristoteles Dionysiacos technitas uocat scenicos qui magna ex parte improbis moribus esse cõsueuerunt. TANtisper. Interea. ANTE portam. Videlicet spectaculi. PABVlum libens affectabam. Supra diximus ex heracliti sententia pabulum asinis iucundius esle q̃ aurum. SVBinde. Frequenter identidem.

Rosa ex spina. Cẽtifolia rhodinũ.

CVriosos oculos. Vbiq; curiositatem sibi ingenitam fuisse significat. PROspecto. Nitidior lectio est prospectu. REficiens. Recreans. PVellæ. Aliubi pluribus in locis annotatum est. puellos dici a ueteribus pueros. sicut pueras puellas. VIRENti ætatula. M. Varro properate uiuere puere quas sinit ætatula ludere esse amare. & ueneris tenere bigas. Describitur autem saltatio ludicra & uoluptaria: cuius aspectu oculi merito reficiebantur. INCESSV gestuosi: Saltatores pueri in ludo saltatorio tripudia agentes eleganter dicuntur incessu gestuosi quippe qui gestu multiplici ad modulos musicos moueantur. A. Gellius manus hortensi oratoris interagendum argutas admodum & gestuosas fuisse prodidit: De gestu oratorio copiosissime Quintilianus in. xi. GRAEcanicam saltantes pyrrhicam. In primo Suetonii commentario affatim annotauimus super pyrrhica: quã pyrrhus in creta primus inuenit: Strabo in. x. refert pyrrhicam repertam fuisse a pyrrhico pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis: cui subscribit Solinus hisce uerbis. pyrrhico repertore equestres Turmas creta prima docuit lasciuas uertigines implicare: ex qua disciplina bellicæ rei usus datus. Plato quoque libro septimo de legibus pyrrhicam saltationem scienter graphiceque perscribit ostẽdens saltationem bellicam recte pyrrhicem uocari: cuius motus a pacifico longe diuersus sit. & ferme omnes scriptores in hunc concinunt. ut pyrrhicam saltationem esse armatam memorent: quã græco uocabulo enopliam uocant. Cuius meminit & Dionysius alicarnaseus septimo antiquitatum uolumine. Lucius uero noster græcanicæ pyrrhicæ appellatione intelligi uult tripudium saltatorium: ac gesticularium delitiis uoluptatibusq; meracissimis accommodatissimum: illud hoc loco addendum est pyrrhicarios dici saltatores pyrrhicæ. quorũ mentio fit ab Vlpiano titulo de pœnis.

Puellus. Pyrrhica saltatio.

Periodi cæ febres Periodō uicisse.

AMbitus. Circuitus: & uertigines quales in ludo saltatorio subinde cōspiciuntur. M. Tullius probro dat Gabinio q̄ saltatorium uersaret orbem. obiter annotandū apud rhetores ambitum dici periodon siue circuitum: cui plurima nomina dat Cicero. A periodo febres periodicæ. Plinio Galeno cæteris dictæ: quæ certo circuitu siue ambitu reuertūtur: quales Tertianæ sunt: & quartanæ: In Gymnicis certaminibus periodon uicisse dicitur qui pythia. Isthmia nemea olympia uicit a circuitu eorū spectaculorū: & maximū hoc decus erat hieronicarū hoc est uictorū in sacris certaminibus uicisse periodo. IN Quadratū patorē. Elegānter exprimitur forma pyrrhicæ saltatiōis quæ modo orbiculata rotunditate circūagitur: modo obliqua serie p manus cōnectitur: modo ad effigiem cunei figuratur: Patore hoc est apertura: hiatuq̄ quadrato: Cuneū dici

Cuneus. Porcinū caput.

instrumentum ad ligna scindenda accomodatū nullus ignorat. Itē in theatris ordines. Vnde cuneatū theatrū dictū: alibi quoq̄ annotauimus cuneū uocari globū militarē: quē simplicitas militaris porcinū capput appellat: cuius prima pars angustior: deinde latior procedit: & hostium ordines perrūpit. ex cuneati uocabulo Apuleiano decenter dicti qui in cuneo theatrali sedendi locū nō habent. quasi extra cuneū excluſi: Discuneatæ Plinio cōchæ dicunt quasi imisso cuneo diductæ patefactæq̄

Excuneatus.

Cuneat.

cuneati: Qui in cuneo dispositi sunt: & cunei figurā representant. Plinianū uerbum est: cuneatur pro eo qd est in cunei formā restringitur. Cuneatior figura dicitur Liuio p uocabulū cōparatiuū. DISsidium: In saltatione ex disciplina saltatoria hoc persæpe fit: ut quodā quasi dissidio saltatores ab inuicem diiungantur disseparenturq̄: mox paulo manibus connexis conserti copulentur. In transcursu omittendū nō est q̄ restim ducere in tripudiis dicuntur chori puerorū puellarūq̄ manu conserti qd intelligi uoluisse Terentiū minime ambigimus sic scribēte. Tu inter eas restin ductitans saltabis: a q̄busdā uidetur id esse natū ab eo fune: quo introductus equus ligneus in troiam dictus est: cū connexis mānibus funē chori saltātes ducūt: de quo Virgilius. funēq̄ manu cōtingere gaudēt: nos uero simpliciter id dici putamus: cū hodieq̄ conserti saltatores manibus cōnexis restim ducere dicātur i Tripudio. Liuius libro. xxvii. hanc restem saltatoriā signat his uerbis per manus reste data Virgines sonum uocis pulsu pedū modulantes incesserunt. MVLtinodes ambages. Circuitus saltatorios & uertigines multinodes eleganti epitheto appellat a nodatis manibus: chori puellarū puerorūq̄: qui nodo quasi quodam connexi sunt: & conserti inter se: dum motu pedum brachiorūq̄ gesticulatione discursant. TVbæ terminalis cantus: Tuba signum datum esse significat: quo gestuosa pyrrhica terminaretur: Cantus enim Tubæ terminalis dicitur clangor: quo terminus imponitur tripudio & saltationi: Virgilius martemq̄ accendere cantu. ALVEO subducto: Corrige auleo est enī sensus post peractam pyrrhicam saltationem subducta aulea sunt & uela scenica cōplicata: ut apparatus fabulæ in scena dispositus uiseretur. est enī mos. ut in actione fabularū Theatricarū Auleis cuncta cōtegantur. post quæ histriones in operto consistunt: mox cū tempus est agendæ fabulæ aulea subducuntur: & in propatulo omnia cōspiciuntur. scribit porphyrio: quando ludi scenici dabantur q̄ aulea suspendi soiebant: quæ in fine ludorū deponebantur: ex quo ritu est illud oratianū si plausoris eges aulea manentis & usq̄ sessuri. SIPAriis cōplicitis: Velis scenicis cōplicatis contractisq̄: sic & in primo siparium scenicū cōplicato ubi abunde de siparis. ERAT mons ligneus: Extat libellus Lucia-

Iudiciū patidis.

ni qui inscribitur: θεῶν κρίσις. i. iudicium dearum ubi luculenter hoc totū paridis iudicium explicatur quod hoc in loco Lucius noster in spectaculo publico actū esse describit. Mythologi finxerunt tres Deas. ideff Mineruam: Iunonem & uenerem de formositate certantes: cum Mercurius pomū ad paridem iussu iouis detulisset: Iubens ut malum illud caperet daretq̄ pulchriori: Paris curiose spectauit deas audiuitq̄ pollicitationes singularum. mox pomum ueneri quasi calculum uictoriæ dedit. Ferunt autem id malum fuisse aureum siue inauratū & in eo inscriptum. hoc munus formosior habeto. Philosophi quod & Fulgentius memorat moraliter id interpretātes Tripartitam hominis

Tripartita hominis uita.

uitam esse dixerunt. Theoreticā practicam philargicam. i. contemplatiuā. actiuam. uoluptariam. nomine Mineruæ contemplatiuam significari. actiuam iunonis. uoluptariam ueneris: quarum iudicium ad hominem trāsfertur. cui liberum deligendi debetur arbitrium: ut ipse quam uitam sectari maxime uelit contemplatiuam an actiuam: an uoluptariam: pro arbitrio eligat. eligitur autem pastor iudex: qui ad uoluptatem magis libidinemq̄ uisus intorqueat q̄ ad uirtutem: quam minerua: aut ad diuitias quas iuno promittit Sed ut domum repedemus: docet Lucius noster in fabula hac representanda montem ex ligno in scena instructum esse: ad idam significandam: in qua iudicium hoc peractū est. IDEVM cecinit. ida mons est in phrygia præconio homeri nobilis. cuius cacumē

Ida.

Gargara appellat de qua satis multa strabo in. xiii. quam ait ab ida quæ in creta est nomē accepisse.

CONsitus uiretis. In scena effinguntur urbes montes loca quibus res: quæ agitur ex argumento fabulæ confecta memoratur. sic apud Plautum in amphitryone Thebæ: In captiuis ætolia. in menechmis epidānus fabricantur. Vireta autem dicimus uirentia. & uiriditatis plena Virgilius de uenere locos letos: & amena uireta fortunatorū nemorū. Homerus idam uocat πολυπιδακα μητερα θηρων. i. multorum fontium & ferarū parentem: Strabo in. xiii. multifontem proprie dici autumat propter fluminum multitudinem ex ea perfluentium. Vbi autem rigua sunt ibi species herbascentis uiriditatis spectari solet. Vireta.

consitus uiretis: & uiuis arboribus: summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluuialis aquas eliquans: capellæ pauculæ tondebant herbulas: & in modum paridis phyrii pastoris ī barbaricis amiculis humeris defluentibus pulchre indusiatus adolescens aurea tiara contecto capite: pecuarium simulabat magisterium. Adest luculentus puer nudus: nisi q ephœbica chlamida sinistrum tegebat humerum: flauis crinibus: usquequaq consp icuus: & inter comas eius

DE māibus fabri. Architectus ita montem idam in scena fabri cauerat: ut ex fontibus aquæ fluuiales manare uiderentur. CApellæ tondebant herbulas: Peculiare caprarum est: ut fronde magis q herba uescantur: ideoq caprinū lac stomacho accōmodatissimum creditur. Capras a carpēdo dictas auctor est. M. Varro qui ait saliuam capræ uenenum esse fructus oleacei: oleāq quam lambat capra sterilescere. Capra a carpēdo.

PHYrii: Inscitia impressorū factū est: ut pro phrygii quod nullus ignorat phyrii imprimeretur: quæ dictio cassa est. & futilis & iure latii penitus excluſa. BARbaricis amiculis. Phrygiis uestimentis. Amiculatos dicit Solinus uestitos amiculo. phryges Idei inuenerunt uestes acu facere: ideoq phrygiones appellati sunt earum uestium artifices de quibus Plautus pallam ad phrygionē defert cōfecto prandio. hinc ductum opinor est uocabulum uernaculum phrygium pro ornatu uestimenti magisterio phrygionis concinnato & arte confecto Virgilius expressit barbaricū id genus amiculum illo uersu pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum: hinc barbaricarii dicūtur artifices ex auro & coloratis filis exprimentes hominum & animalium effigies in uestimento. INDUsiatus: Cultus ornatusq: relege quæ secundo commentario de indusio & indusiatis copiose diligenterq perscripsimus. AVrea tiara. Hieronymus in libro ad fabiolam de ueste sacerdotali docet Tiaram esse capitis tegumentum: quasi spera media sit diuisa & pars una ponatur in capite instar rotūdi pileoli: quod & Galerum uocant: dicitur Mas. genere & fœminino. Virgilius in septimo sceptrumq facerq Tiaras. Vbi annotant grammatici Tiaram dici pileum phrygium: sed proprie fœminino genere dicitur hæc Tiara sicut Iuuenalis. & phrygia uestitur bucca Tiara. Gestamen est regum barbarorum: unde sidonio dicti reges Tiarati tiaram capite gestantes. Suidas docet Tiaram esse κοσμον επικεφαλαιον id est ornamentum capitis: quam rectam soli reges gestabant apud Persas. olim xerxes demarato Lacedemonio permisit petere quod uellet: ille petiit: ut sardis maximam Asiæ ciuitatem curru uectus intraret rectam capite Tiaram gerens. Quod solis ut refert Seneca datum est regibus græce τιαροφορος dicitur Tiaram ferens: Quidam Tiaram alio nomine appellant κιδαριν id est cidarim uerum Theophrastus ait cidarim a Tiara differre: de cidari mentio multa apud scriptores. PECVArium magisterium. Cum paris fuisse pastor dicatur merito scenicus sustinens paridis personam simulabat magisterium & disciplinam pastoralem: ut uere paris effingeretur. PVER nudus: Mercurius significatur. EPHOEbica chlamida: Veteres chlamyda. & cassida dixerunt recto casu quæ a nobis dicuntur chlamys & cassis: quod docet Virgilius in undecimo. cum ait. Aureus ex humeris sonat arcus: & aurea uati cassida. non placet seruii Interpretatio: qui exponit cassida pro cassis: tanquam accusatiuum posuerit pro nominatiuo. Melius Priscianus: qui libro. vi. sic refert hæc cassis cassidis: quod etiam hæc cassida declinatur: ubi citat Virgilianum hoc testimonium: est autem chlamys: siue chlamyda uestis nomen notissimum græce. χλαμυδιον dicitur chlamydula quasi parua chlamys. Apud iurisconsultos inter puerilia uestimenta chlamydes numerantur: chlamys: ut inquit cassiodorus in epistolis. uestis est militaris: quod & Plautus indicat: qui chlamydatum militem nominat qui militarem habitum describens. opus est inquit chlamyde & machera & peraso. Suidas prodidit. Numam Pompilium Romanorum regem. primum usum chlamydis intulisse romanis: cum id genus uestimenti a legato isaurorum accepisset. prouerbium apud græcos. η συλωσομτος χλαμυς Sylosontis chlamys. de his qui præcios a uestе superbiunt. Sylosōn enim dicitur habuisse uestem præciosissimam: quam Dario adhuc priuato desydearnti dono dederit qui mox rex factus libera'itatem sylosontis uestiariam regni remuneratione est prosequutus. Ephœbica autem chlamyda significatur chlamys pueriliş: qua ephebi induuntur. Qui sint ephœbi: qui ex ephebi docet Censorinus ephœbium in palestra exedram esse ampliſſimam qua ephœbi exercebantur testis est Victruuius in quinto. hoc significatu intelligendum illud ex libro secundo machebeorum. gymnasium. & ephœbiam sibi constituere.

Amiculatus. Phrygiones. Barbaricarii. Tiara. Tiaratus Tiarophoros. Cidaris. Chlamyda. Cassida. Chlamydatus. Sylosontis chlamys. Ephœbium.

Petasus. Petasat⁹.

AVreæ pinulæ. Plautinus Mercurius Pinnulas in galero gestare se testatur illo uersu ego has habebo usq; in petaso pinnulas. ubi petasus non tam pro alato calciamento accipi uidetur q̃ pro Galero: unde petasati dicti pileati super quo apud Suetoniũ in secũdo cõmentario copiosius. Quod autẽ Mercurius pinnulas gestet in capite & in Talaribus causam refert Augustinus i septimo. Nam cum Mercurius Deus sermonis sit sermonẽ uolaticũ eẽ pinnæ significãt. Lucius quoq; noster i apologia Mercuriũ describens inquit. En uide ut i capite crispatus capillus sub pilei umbraculo appareat: quã lepide sup tempora pares pinnulæ emineant: q̃ autẽ festiue circa humeros uestis substricta sit. Fulgentius placiades pẽnata quidẽ talaria Mercurio assignat: qđ negociãtiũ pedes ubiq; pgẽdo quasi pẽnati sint: de pinulis uero Galeri nihil meminit nec mirũ cũ inter scriptores nõ tam classicos q̃ proletarios sit numerãdus in cuius mythologiis nasutiores multa probant plura improbant. Quod uero Fulgentium quandoq; dixi fuisse apprime doctũ: id feci quod a diuo Hieronymo fieri uideo: qui eosdem scriptores modo laudat modo taxat prout laudari taxariqne merentur. Nemo enim tam malus scriptor: ut non aliqua ex parte laudem doctrinæ mereatur. SOCIEtate: Lego sociatæ idest copulatæ connexæque. CADVceum. nil notius est. q̃ cum caduceo fingi pingiq; Mercuriũ. unde & caducifer a poetis dictus. Egyptii caduceum specie draconũ maris & fœminæ cõiunctorũ figurauerũt: qui parte media uoluminis sui inuicẽ nodo herculaneo obligantur: caudæ reuocãtur ad capulum caducei ornãturq; alis ex eadẽ capuli parte nascentibus. Argumentũ caducei ad genitura hoium pertinere autumãt & hoc uerius q̃ quod a Fulgentio traditur: qui uirgã ait set pentibus nexã ob hoc addici Mercurio: q; mercatoribus det aliquãdo regnũ. ut sceptrũ & uulnus ut serpentiũ. Plinius noster libro undetrigesimo: auctor est caduceum fieri circũdata effigie anguiũ pacis argumẽtis: cõplexu draconũ efferatorũq; concordia. Homerus libro iliados nouissimo mercurio dat. καλα πεδιλα α.ωβροσια χρυσεια. i. Talaria pulchra imortalia aurea: dat & ραβδον. i. uirgã. τητε ὀ.ω.ωατα θελγει. qua hoium oculos somno demulcet. & somnolentos excitat: quod totũ ex archetypo homerico mutuatus est Virgilius in quarto æneidos. MALVM inauratum. Docet Plinius in. xxxiii. Chrysocollam in usu esse aurificũ auro agglutinãdo. unde & nomẽ accœpit: cũ æra inaurantur sublimitur argentũ uiuũ: quia bracteas pertinacissime retinet: uerũ pallore detegit si simplices aut ptenues bracteæ sint: sic aũt appellantur folia auri. nã nullũ aliud metallũ laxius dilatatur aut numerosius diuiditur: ut pote cuius unciæ i septuagenas & quinquagenas pluresq; bracteas quaternũq; utrinq; digitorũ dispergãtur. Crassiores bracteæ pnestinæ uocãtur: inde bracteatũ dictũ pro elegãti & aureo ponitur. inde & bractearii inauratores elegãter appellãtur: scribit Iulius Firmicus qui cũq; habuerit horoscopũ in. xvii. parte scorpii erit aurifex. inaurator bractearius eosdẽ aliubi bractearii. Bractearii. Bracteatores. Emplastratores

Pennata talaria.

caducifer angues i caduceo.

Bracteæ.

Bracteatum.

Bracteatores.

aureæ pinnulæ cognatione simili societate prominebant: quem caduceum: & uirgula mercurium indicabant. Is saltatorie procurrens: malumque bracteis inauratum dextra gerens: ei qui paris uidebatur porrigit: quæ mandaret iuppiter: nutu significans: & protinus gradus citule referens: e conspectu facessit. In sequitur puella uultu honesta: in deæ iunonis speciem similis: nam & caput stringebat diadema candida: ferebat & sceptrum. Irrupit alia: quam putares Mineruam: caput contecta fulgenti galea: &

Mandaret Iuppiter: Apud Lucianũ i iudicio paridis ait Mercurius ad paridẽ. στεω παρι κελευει ὀζευσ επειδη καλοσ τε αυτοσ ει και σοφοσ τα ερωτικα λικασαι ταισ θεαισ. i. o pari iubet te Iuppiter cũ pulcher sis: & amatoria calleas iudicare inter deas de formositate: ait fulgẽtius ideo Iouẽ noluisse iudicare. idq; iudicium ad hoiem delegasse. ut in libertate arbitrii cõstitutus homo uideret: cui optio esset eligẽdi quã uellet: ex tribus uiuẽdi cõditionẽ siue cõtemplatiuã siue actiuã siue uoluptariã. CITVle: Velociter perniciter. FACESSIT. Abiit. STRINgebat Diadema candida. Attende inusitatã declinationẽ priscis tamẽ usitatã: ut Diadema fœminino genere: ex formula primi ordinis

Hæc diadema.

diadematus.

usurpetur hæc diadema Diademæ. Antiquissimi enĩ teste prisciano talia secũdũ primã declinationẽ protulerunt & generis fœminini ut Plautus in Amphitryone. Cum seruili schema proschemate: ut Valerius in phormione: Quid hic cũ tragicis uersibus & syrma facis: pro syrmate. Cõsimiliter Põponius insatyra. Cuiusuis leporis liber Diademã dedit pro Diadema. cæterũ passim hoc diadema diadematis declinatur: ex ritu græcorũ: q dicũt: το διαδημα τοσ. & ut scribit suidas. διαδημα εστιν το βασιλικον ἐμβλωμα. i. Diadema est regiũ indumentũ siue corona: dicitur aut diadema a uerbo græco διαδεω. hoc est circũligo. est enĩ fascia cãdida q̃ capiti regis siue reginæ circũligatur. hoc regiũ insigne primus inuenit liber pater Plinio teste: plura sup diademate annotaui i primo Suetonii cõmentario: hinc diadematus dicitur diademate coronatus uitratusq; quo cognomine unus in gẽte metellorũ insignitus est qué Diadematũ uocãt. ad hoc uiri docti illud Plinianũ ex septimo referunt & hoc dicebat iam balearicis & creticis diadematis: iam Macedonicus ipse. ego uero enarrãs Plinii

Mos laconicus.

Sponſus coit cum ſpõſa ĩ tenebris.

Maſſagetæ coeũt ĩ ꝓpatulo.

Pedem ſtruit

Cenchreæ.

corinthii lienses. Nā non nulli ueterum grammaticorum appellatiões has ita diuiserunt: ut corinthios Sardos
corinthi' siculos putarent dici. qui corinthi in sardinia in sicilia nati sint. Corinthienses uero. & sardinienses &
enses. sicilienses incolas negociatoresq; corinthi sardiniæq; & siciliæ: ceteraq; hoc genus consimiliter. sæpe ta
men hæc in discriminatim usurpantur: adnotauitq; porphirio oratiāus interpræs Sardum & sardini
ensem dici posse eum qui in sardinia esset natus. Ego existimo Lucium nostrū significāter & proprie
corinthiensium dixisse melius q̄ corinthioꝝ: cum corinthus Romana colonia foret: incoleretur q; a
Romanis colonis & negociato-
ribus. Constat enim inter aucto-
res Cæsarem dictatorem dedu-
xisse corinthum colonos liberti-
nos: qui corinthiēses uerius q̄ co
rinthii nuncupantur. SARdo-
nico mari. Quis minus paulo cu
riosus non credat lectionem hāc
esse puram. & sincerā: & apertāt
tāq̄ a sardinia sardonicum mare
nomietur: sed cum sardinia a co-
rintho distet qunatum hipanis ueneto dissidet eridano. & nulla communicatio sit inter sardoum
Mare & egeum: corrigenda dictio est: unius litteræ detractione: quæ res cum pronunciatu uideatur
esse leuicula & pene friuola: sensu tamē est erudita: & ex interioribus litteris eruta: legas igitur Saroni
Soroni- co mari: non sardonico. Est enim sinus saronicus & Mare saronicum adluens isthmum corin-
cum. thiacū. Plinius in quarto corinthiacus hic illinc saronicus appellatus sinus: olim pontus & porus qua
Mare. si transitus dictus strabone teste. cām noinis refert idē pliniushis uerbis. sinus saronicus olim querno
nemore redimitus: unde & nomen. Ita græcia antiqua appellante quercum. restituenda est obiter di-
ctio Pomponio melæ: apud quem consimiliter legitur portus sardonicus pro saronicus. TVRbulis
υποκοριοστικωσ. turbis. Prope fluctuum aspergines. Celsus iurisconsultus littus inquit est: quo-
Littus. usq; maximus fluctus hybernus a mari peruenit. idq;. M. Tullium aiunt: cum arbiter esset primum cō
puluinus stituisse. Littus quoq; dici locum in quo litamus autumat Donatus. MOLlissimo arenæ gremio: pul
arenæ. uinum intelligit sic enim mollior arena nuncupatur. Seruius tamen secus sentit qui ait in. x. commē
tario. Dorsum est durior arena quæ euntibus remeantibusq; fluctibus densatur. & in modum saxi du
rescit quod a nautis puluinus uocatur. ab hoc puluino arenario uidetur plautus metaphoricos dixis
se in cassina ibo intro subducam nauim rursum in puluinarium. VLtimam diei metam: suprema
puluina tempestas. dicebatur priscis diei nouissimum tempus ut in. xii. tabulis decem uiralibus expressum
rium. est: quarum hæc sunt uerba: solis occasus suprema tempestas esto. CVRriculum solis. currus siue
suprema cursus utrūq; enim curriculum significat uerba hæc meta & curriculum decenter translata sunt a cur-
tēpestas riculi spectaculo. VEspertinæ quieti: post supremam tempestatem uespera est unde uespertina qui-
es græci εσπεραν dicunt. ille autem somnus uespertinus uidetur esse suauior & dulcior quo prima
quies incipit & dono diuum gratissima serpit.

& saronico mari ubi portus etiam tutissimum naui-
um receptaculum magno frequentatur populo. Vi-
tatis ergo turbulis & electo secreto littore: prope ip-
sas fluctuum aspergīes in quodam mollissimo arenæ
gremio lassum corpus porrectus refoueo. Nam & ul-
timam diei metam: curriculum solis deflexerat: & ues
pertinæ me quieti traditum dulcis somnus oppressit.

Argumentum. xi. uoluminis.

TOtus quidem Apuleius elegantia & eruditione plenus est hic uero nouissimus liber in-
ter omnis excellit in quo dicuntur quædam simpliciter, multa ex fide historica plurima ex
secretariis philosophiæ & religionis ægyptiæ deprompta in principio eloquenter explica
tur oratio non asinalis sed theologica ad lunam eiusq; luculenta descriptio mox lunæ ad
lucium beniuola institutio pompæ sacerdotalis copiosa & erudita descriptio: ex asino in
hominem pristinum deuoratis rosis facillima reformatio religiosa sacris isidis & osiridis initiatio ca
stimoniarum abstinentia. altera ad lunam deprecatio fœlix romam uersus profectio: ubi sacris Ro
manis initiatus in collegium pastophororum allectus est.

PRimã uigiliã: Alibi sæpe annotauimus quẽadmodũ nox in quattuor uigilias diuidit ex instituto militari: q̃ singulæ triũ horarũ spatio supputantur: ideo aũt i quattuor partes sunt diuisæ noctis uigiliæ: qa cũ ipossibile uideat p totã noctẽ uigilãtes singulos in speculis pmanere. istituerũt ut nõ amplius q̃ tribus horis nocturnis necesse sit uigilare: a Tubicine oẽs uigiliæ cõmittuntur. & finitis horis a cornicine reuocãtur. EXPErectus: dicit expgitus q excitatus sõno spõte uigilat: expgefactus ẽ qui p aliũ sõno excitatur. expectus uero a quiete ipeditus. auctor Diomedes i prio: uerũ. ut Donatus i secũdo æneidos cõmẽtario refert: excussus sõno dicit is: cuius dormiẽtis quies abrupta ẽ: cũ expgefactus ille dicat cui sõni facietas cõtigit. PROmicãtis: ualde splendẽtis radiantisq;. COMpletũ orbẽ. pleni luniũ signat qd' græci. παρσελήνον. uocãt. quo luna orbe pleno fulget: pnoxq; cõspicit. COMmodũ: id horæ: tũc primũ. SILẽtiosa secreta: Silẽtiis plẽa noctu eni cũcta cõsilescũt: q̃rit Aristoteles i ꝓblematis cur nox ad audiẽdũ aptior sit q̃ dies. an q̃ aer iter diẽ stridet a sole cõcalefactus obstrepitq;: noctu uero reqescit: ut pote oi calore subducto. tũc aũt q̃cũq; audiri melius possunt cũ nullus strepitus est. an q̃ p inanius facultas audiẽdi amplior q̃ plenius dat: ẽ aũt aer iterdiu densus: ut q lucẽ radiisq; refertus sit. noctu aũt rarior. q̃ ex eo ignis & radii recesserũt: ꝓterea silentiũ noctis dictũ id tẽpus: qd' alii cõcubiũ appellant. Plautus cõticiniũ. ab eo qd' sileretur ut iterꝓtatur. M. Varro dicit aũt silentiosus eodẽ inclinamẽto. quo facũdiosus: religiosus: cõsiliosus: aliaq; id gẽus cõpluria. q̃ significãt copiã quãdã imodicã rei sup qua dicũtur. REGI puidẽtia: Auctor ẽ Firmicus maternus: ũ tertio matheseos oẽm substãtiã hũani corpis ad lunaris numinis ptinere ptãtẽ. idẽ aliubi refert solẽ & lunã totius dños dedignari dũia sortiri i gẽituris. idẽ i q̃rto lunã hũanoꝝ corpoꝝ matrẽ sciẽter appellat. eodẽ teste luna terræ ipiũ ex uicinitate sortita. oia aiantiũ corpa & cõcepta ꝓcreat & gñata dissoluit. Crescẽtis lunæ augumẽta corpibus nostris: & deficiẽtis luminis dãna sentimus: medullæ hũani corpis cũ luna crescũt & decrescũt. Plinius quoq; refert sidus lunæ eẽ qd' terrã saturet. accedẽsq; corpa ipleat. abscẽdẽsq; inaniat: sanguinẽ etiã hominũ cũ lumie eius augeri ac minui: lunæ fœmineũ: solis masculũ sidus appellãt. PEcuina & ferina. A pecore pecuinũ deriuat: ut a belua beluinũ: uñ pecuinæ uoluptates dictæ q̃ nobis cũ beluis cõmũes fũt.

VErũ iã iã. ppẽso sensu. litterisq; pẽsitatis atq; pspectis corrigo inanima. & enĩ ꝓcliuis fuit ex ꝓximo error: ut hæc dictio inanima adulterarẽt. uertereturq; i iã iã: ẽ aũt sensus nõ solũ aiantia: uerũ etiã anima carẽtia: q̃ inanima dicũt uegetari. Aliq; potestate lunari: scribit Ambrosius i quarto exameri lunã id id se induere ministeriũ. i qd' & frater eius: ut illuminet tenebras: foueat semia augeat fructus. hẽt etiã pleraq; a fratre distincta. ut quẽ toto die calor hũorẽ terræ siccauerit eũdẽ exiguo tẽporis nocte ros reponat. nã & ipsa luna larga roris ẽ. deniq; cũ luna ẽ pnox tũc largior ros fertur arua pfundere. Defectu lunæ cõpatiunt elemẽta. progressu eius: q̃ fuerit exinanita cumulãtur. ut animãtiũ cerebrũ & maritimoꝝ humida: siquidẽ pleniores ostreæ repiri ferũtur multaq; alia cũ globus lunaris adolescit: hoc idẽ quoq; in arboribus pollet. & plãtis. Quin etiã philosophi ꝓdiderũt. φυτικον. i. naturã plantãdi & augẽdi corpa existere ex globo lunari. NVNC incremẽtis augeri: Auctores sũt. M. Tullius. Plinius. A. Gellius. cæteri. luna adolescẽte ostrearũ & cõcharũ oium corpora augeri rursus senescẽte minui. ie cuscula quoq; musculoꝝ & fibras respõdere numero lunæ exquisiuere diligẽtiores. arbores cũ luna simul senescentes quia tunc exsicatæ sint. Tempestiue cædi putãt: hinc Lucilianũ illud. luna alit ostrea iplet & echinos muribus fibras & pecu addit: scitu dignus est ille uersus ex astronomicis Mãlii: ad lunæ motũ uariãt aĩalia corpus. Rem memorãdã Plutarchus refert: qui ait luna decedẽte cœpe reuirescere & cõgerminare: cõtra aũt inarescere adolescẽte. eã cãm eẽ dicũt sacerdotes ægyptii cur pelusiotæ cœpe nõ edãt. quia hoc solũ olerũ oium cõtra lunæ incremẽta atq; decremẽta uices minuẽdi & augẽdi habeat cõtrarias. M. Varro ꝓcipit dies lunares obseruãdos in oi agricolatione: cũ alia in agris faciẽda sint potius luna crescẽte q̃ senescẽte q̃dã e cõtrario: i ouibus tondẽdis hoc obseruabant ueteres: ut decrescẽte luna tonderẽtur. qdã qd' ánotatu dignũ ẽ capillũ tõdẽt & calui fiũt lunæ decremẽto. Tiberius i capillo tõdẽdo seruauit iter lunia: mẽdose legit apd' Plinĩ i Capitolio cõdẽdo. cũ legi oporteat in capillo tondendo. SPEcie salutis: ut legas spẽ salutis & sensus & uerborum structura deposcit.

Vigiliæ q̃ttuor.

expectus Expgefactus.

Nox ad audiẽdũ commodior.

Silentiũ silẽtiosus

Luna mater caducorũ. Cum luna sãguis augetur. Pecuinæ uoluptates. Inanima

Luna alit ostrea.

Pelusiotæ non edunt cœpe. capillũ tõdẽt lũa senescente

AVGVStũ ſpecimẽ deæ: Venerabilẽ & ſacroſanctã lunæ effigiẽ. LAVAcro trado. M. Tullius libro primo de legibus docet. aſpſione aquæ labẽ corporeã tolli. & caſtimoniã corpis ꝑſtari: ſed cũ multum aius corpe ꝑſtet obſeruetur; ut caſta corpa adhibeãt: multo ẽ in aĩs id ſeruãdũ magis: ut caſti animo & corpe deos adeamus: cõſtat ex lectiõe celeberrimo; ſcripto; diis ſupis ſacra facturũ corpis ablutione purgari: cũ uero iferis litãdũ eſt: ſatis aptũ uideꝫ ſi aſpſio ſola cõtingit. Virgilianus æneas de purificatiõe ad ſacra ſupo; ptinẽte ſic inquit: donec me flumine uiuo abluero. at Dido cũ ſacra dis iferis inſtituit ait. dic corpus ꝓpet: fluuali ſpgere lympha. iter gña purgationũ quib⁹ aĩæ purgãt ẽ & aqua qd' poeta indicat ſic ſcribẽs: aliis ſub gurgit e uaſto infectũ eluitur ſcelus. qd' totũ copioſe explicat diuus Auguſtinus lib. xxxi. de ciuitate dei: ideo aũt dixit marino lauacro: qm̃ marina aqua purificat pp igneã portõnẽ: uñ & ſacerdotes: ut docet ꝓclus platonicus maria aqua ĩ purificatiõibus utebãt: catullus quo; oſtẽdẽs uim purgatoriã eſſe aqs marinis ſcite iqt ſuſcipit ô Gelli q̃tũ nõ ultima thetis/Nec genitor nympharũ abluit oceanus. SEPTIES ſubmerſo capite: Ex ſupſtitione priſco; qui aq̃ fluuiali q̃ſi purgatoria ĩ mergebãt capita iuxta illud Perſianũ. Tyberino in gurgite mergis mane caput bis ter; & noctẽ flumine purgas. Iuuenalis quo; cõſimiliter: Ter matutino tyberi mergetur & ipſis uorticibus Timidũ caput abluet. Cũ ſeptenarius numerus ſit in rebus oĩbus & potiſſimũ ĩ religionibus potẽtiſſimus ſcitiſſime dixit ſe ſepties caput fluctibus imerſiſſe. cõſimiliter libro regũ quarto heliſeus ꝓpheta inquit leproſo uade & lauare ſepties in iordane: & recipiet ſanitatẽ caro tua & mundaberis. Item Paulo poſt lauit inquit ſepties in iordane iuxta ſermonẽ ꝓphetæ & mũdatus ẽ. Septẽnario nũero ut auctor eſt diuus Auguſtinus i epiſtolis uniuerſitatis ſignificatio ſæpe figurat' qui etiã ipſi eccleſiæ tribuitur ꝓpter inſtar uniuerſitatis. Præterea qd' memoratu ſcitu; dignũ ẽ. hic nũerus hoĩ cũprimis cõuenit. ſiquidẽ quaternarius ad corpus ptinet: qd' conſtat ex quattuor elemẽtis & quattuor qualitatibus afficit'. Sicca/humida/calida & frigida. qd' quattuor tẽporibus adminiſtrat' uerno/æſtate/autũno/hyeme. Ternarius uero ad aĩam ptinet pp triplicem uim animæ: q̃ ẽ rationalis iraſcibilis/cõcupiſcibilis. De ui & potẽtia ſeptẽnarii nũeri ſcripſi copioſe ĩ libello: qui inſcribit' heptalogos ſiue ſeptẽ ſapiẽtes. de ſeptenario nũero. qui græce dicit' heptas ſic ſcribit Martianus ĩ arithmetica: Quid te heptas uenerãda cõmemorẽt' q ꝓ naturæ opa ſine feturarũ cõtagiõe cõformas/iter deos tritoniæ uirginis uocabulũ poſſedi ſti. Macrobius in prio in ſõniũ ſcipionis. docẽs ſeptẽnariũ rei; oĩum fere nodũ eẽ: & totius fabricæ diſpenſatorẽ ac dñm refert pythagoricos quaternariũ & ternariũ ex qbus ſeptenarius cõſtat ĩter arcana uenerari: ut ex quaternario iuris iurãdi Religionẽ ſibi facerẽt: ut ternario ad ſanctificatiões deo; uterẽt': qd' & Ariſtoteles tradit ĩ prio de cœlo. DIVInus pythagoras: De pythagora cũ inuulgata ſint omnia id tãtũ retuliſſe ſuffecerit: eũ fuiſſe tanta diuinitate ꝑditũ. ut pythagoras ex eo nominatus credatur: ꝙ nõ minus uera Apolline pythio loqueret' ut ipſius auctoritas apud ſectatores fuerit pto ratione: quos ferũt ſiquid affirmarẽt ĩ diſputãdo reſpõdere ſolitos. αυτοϛ ἔφα ipſe dixit. Diuus Auguſtinus pythagorã miratur & laudibus effert ꝙ regendæ rei. p. Diſciplinã ſuis auditoribus ultimã tradebat/iam doctis iam perfectis/iam beatis. ſcribit q; diſciplinã Pythagoræ habitã eſſe uenerabilem ac prope diuinã. Apud græcos ſit iſta diſtinctio. ut pythagorici uocentur/qui una cũ pythagora cõuerſabantur. pythagorei diſcipuli pythagoræ/pythagoriſtæ uitam pythagoræ ſectantes/Symbola pythagoræ aliubi a nobis fuſius explicãtur. REGINA cœli: oratio eſt myſticotera ad lunã ex ſecretariis religionis theologiæ; priſco; educta: qua deam ꝑcatur: ut ſibi opitulet'. cuius nomina & numina multiiuga percenſet: tãq̃ dea ſit una & nomina plura: ſic enĩ ueteres ſolem & lunã pluribus nominibus coluere: q̃ omnia ad myſticas cerimonias referũtur. M. Varro & Auguſtinus duos deos eſſe. & principalia duo rerũ eſſe tradiderũt. cœlũ & terrã: qbus omnia numina & nomina cõueniunt. TV ceres alma. Philoſophi dicũt nõ eẽ niſi unũ deum & unam deam: q̃ pro ratione officio; noſtro; uariis nominibus appellatur: unde eũdẽ ſolem eũdẽ liberum: eundẽ apollinẽ uocãt. item lunã eãdẽ cereré appellant: eandẽ Dianã: eandẽ Iunonẽ eandẽ proſerpinã & ſub aliarũ quo; appellationũ uarietate uenerantur. quod ſecutus poeta maximus pro ſole & luna liberũ & cereré iuuocauit illo uerſu/uos o clariſſima mũdi lumina labentem cœlo quæ ducitis annũ: liber & alma ceres/ſuper qua re luculenta extat in ſaturnalibus explicatio. Alma autem ab alendo. ceres a creando dicta/ut grãmatici tradunt. M. Varro ceres inquit dicta ꝙ gerit fruges/hoc idem ſentit. M. Tullius in tertio de natura deorum. fulgentius uero neſcio quid indictũ noſtris ſequitur ut ceres dicatur. a χαρα: quod gaudium ſignificat. quoniam ubi plenitudo frugum ſit. gaudia ſuperhabundent neceſſe eſt: Alma bono epitheto dicta ab alendo ut ſeruius interpretatur. lucem almã interpretarur apud Virgilium Donatus illuſtrem & claram. Idem almum diem exponit pro Tranquillo.

Aqua abluí ſordeſ noxarũ.

Marina aqua in purificationibus

Septẽnarius ad hominẽ.

Heptas.

Ipſe dixit

Pythagorici.

Pythagorei.

Pythagoriſtæ.

Deus unꝰ noĩa plura.

ceres uñ.

Alma.

PARENS originalis. Genitrix primigenia: & prima. REPERtu inuentione. MITI commo
ſtrata cibo. Plinius in ſeptimo ceres prima inuenit frumenta. cũ ante glande ueſcerẽtur. Ante Plinĩ Ceres inuenit fruges.
Ouidius quoq; cecinerat. Mutauit glandes utiliore cibo. Idẽ in ſerio opere prima dedit leges cereris
ſunt oĩa munus. Nil notius raptu proſerpinæ nil celebratius cerere. & cerealibus. ſũt aũt cerealia dies
feſtus cereri dicatus. MITI cibo. Mitiore urbanioreq;. ELEVſinã glebã. Athenienſes cererem p̃
cæteris coluerunt tũ ſacrificiis ampliſſimis. tũ eleuſinis myſteriis quæ ut ſcribit Diododus antiquita-
te caſtimoniaq; apud oẽs hoĩes ſũt celebratiſſima. Strabo quoq; eleuſin inquit urbs eſt in attica: ubi eleuſinæ cereris templum ex tat & fanũ myſticũ: quod ictinus extruxit turbæ theatralis capaciſſimum. Olim Numenius inter philoſophos occultoq; curioſior offenſam numinũ contraxit: qđ eleuſina ſacra interpretãdo uulgauiſſet. Somniauit eni ſe uidere ipas eleuſinas deas habitu meretricio ante apertũ lupanar proſtantes: quod cũ admirari uidere

Eleuſina myſteria

Curioſitas numenii.

parens originalis: quæ repertu lætata filiæ: uetuſtæ glandis ferino remoto pabulo, miti commõſtrata cibo: nunc eleuſiniam glebam percolis: ſeu tu cœleſtis uenus: quæ primis rerum exordiis: ſexuum diuerſitatem generato amore ſociaſti: & æterna ſobole humano genere propagato nunc circunfluo Paphi ſacrario coleris: ſeu Phœbi ſoror: q̃ partu ferarum medelis lenientibus recreato populos tantos educaſti: p̃clariſq; nũc ueneraris delubris epheſi: ſeu nocturniſ ululatib9

tur iratæ reſponderunt ab ipſo ſe adyto pudicitiæ ſuæ ui abſtractas & paſſim adeuntibus proſtitutas. Ex hoc ſomnio admonitus eſt cerimonias deorũ minime inuulgãdas eſſe. Auguſtinus in. vii. in ceteris inquit ſacris p̃dicantur illa eleuſina: q̃ apud athenienſes nobiliſſima fuerũt. Ob hæc myſteria ab Ouidio dicitur cerealis eleuſis. prouerbiũ eſt græcũ. αττικοι τα ελευσιμια de his quæ hoĩes faciunt ſibi ipſis: nec cõmunicãt cũ aliis. PRImis rerũ exordiis. Sublata uenere orbis iacebit cuncta ſqualebunt deſolata. mũdũ ipſum facies inamabilis cõtriſtabit. Veneris beneficio diuerſi ſexus copulantur. Animãtia perenniter propagãtur hoĩes ſingulatim mortales uniuerſo tamẽ genere ſufficiendaq; uiciſſim prole perpetui fiunt & imortales. Itaq; Lucretius merito ſic exorſus eſt poema philoſophicum Aeneadũ genitrix hoĩum diuũq; uoluptas Alma uenus p te quoniã genus omne animãtũ concipitur: uiſitq; exortũ lumina ſolis. Et quoniã incidimus in mentionem Lucretii. illud eſt notabile Lucretium nõ feciſſe initiũ ſuoꝝ librorꝝ. ab hoc principio. qđ oẽs cõcinũt qđ uulgo legitur ſed cũ ſcripſiſſet unũ &. xx. uolumina ſic cœpiſſe. Aetheris & terræ genitabile quærere tẽpus. hoc tradit. M. Varro. cuius auctoritate cõmonitus exiſtimo iſtos libros Lucretii qui circũferũtur eẽ nõ integrũ opus. ſed partẽ operis legitimi: quo unus & uiginti libri cõtinebãtur. Venus aũt hæc luna eſt: q̃ mortraliũ corporꝝ teſte Macrobio & auctor eſt & cõditrix. quã ætheriã terrã phyſici uocauerũt & habitatores eius lunares populos nũcuparũt. Philocorus quoq; in athide affirmat uenerẽ eſſe Lunã & ei ſacrificiũ facere uiros cũ ueſte muliebri mulieres cũ uirili q̃ eadẽ & mas exiſtimet & fœmĩa. Diuus Auguſtinus i ſeptimo. Eandẽ inquit uenerẽ eſſe & Lunã uolunt. PAPHI ſacrario coleris. Venerẽ apud paphios coli. unde & ipa paphie nominatur nullus ignorat. qui uel illud tantum celebratiſſimum audiuerit. o uenus regina gnidi paphiq;. Plinius & Strabo tradũt ĩ iſula cypro fuiſſe urbes. paphon & palepaphon. quaſi uetuſtam paphon. Vbi antiquum ueneris paphiæ templum ſpectabatur. circunfluo autem dixit alludens ad inſulæ ſitum quæ mari circunflua eſt. PARTV ferarum. Sententia parum congruens lunæ ſiue lucinæ poteſtati. ut partus ferarum recreare dicatur: cum hominum cauſa magis q̃ ferarum myſtica eius cerimonia inſtituta eſſe uideantur. Quocirca uerior lectio erit & eruditior. ſi legas partu fetarum. ut ad fetas fœminas. hoc eſt eas. quæ enixæ ſunt referatur: fetæ enim abſoluto uocabulo dicũtur puerperæ & quæ iam partu exoneratæ ſunt. Ita eruditorum ſchola. Ita Plinius noſter loquitur. Interdum quoque fœtum dici plenum & grauidum quis ignorat? Cui ignotum non ſit illud maronianum omnibus notiſſimum loca feta furentibus auſtris. Lunam autem quæ & iuno lucina dicta eſt. ducem eſſe naſcentium & partubus mulierum fauere. & a parientibus Inuocari ſcribunt omnes: & hoc uidiſſe antiquos apparet: ex quorum inſtituto mulieres potiſſimum ſupercilia ſua huic deæ attribuerũt: hic enim maxime debuit collocari iuno lucina ubi ab diis lux datur oculis. ob hoc nomine quoq; myſtico ilithya inuocatur a parturientibus Oratius in carmine ſeculari ad lunam. Rite maturos aperire partus lenis ilithya tuere matres ſiue tu lucina probas uocari ſeu genitalis. VENEraris. Coleris in paſſiua ſignificatione: itidem a Virgilio dictum eſt uenerata ſacerdos.

Prouerbium.

Attici eleuſinia

Pricipiũ lucretii aliud q̃ id uulgatũ.

Aetheria terra:

Paphia uenus.

Foctæ.

Ilithy.

DELVbris epheſi. Templum dianæ epheſiæ tantæ fuit magnificentiæ atq; admiratiõis. apud priſcos ut inter ſeptem miracula numeraretur. ducentis uiginti annis conſtat id factum eſſe a tota aſia. Columnæ cẽtum uiginti ſeptem a ſingulis regibus factæ ſexaginta pedum altitudine. ex his triginta ſex celatæ ſimulacrum ipſius deæ Cæteri ex hebeno eſſe tradunt. Mucianus uero uitigineum. & nunquam mutatum ſepties reſtituto templo. Cætera eius operis ornamenta tanta fuerunt. ut plurium librorum inſtar obtineant. Et quoniam mentio incidit de ſeptem mundi miraculis. uideor

Delubrũ dianæ epheſiæ.

Septem miracula mundi.

facturus operæ precium si ea hoc in loco percensem. Sunt autem hæc templum dianæ ephesiæ. mausoleum. hoc est mausoli sepulchrum: colossus solis apud rhodios. Iouis olympici simulacrum: quod phidias fecit exebore. Muri Babilonis quos semyramis regina constituit: Pyramides in ægypto & domus cyri medorum regis/quam memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit non me preterit uarietatem esse in quibusdam apud quosdam: sed in præsentia secutus cum cassiodorum: hæc quæ diximus septem miracula percensentem. HORRENda proserpina. M. Varro luna inquit q̄ sola lucet noctu. eadem dicta noctiluca. Quidā dianam uocant. quasi diuianam. q̄ in altitudinem & latitudinem simul eat. Proserpinā quoq; appellant q̄ hæc ut serpens modo in dextram modo in siniſtram partem late mouetur. serpere enim & proserpere idem dicebant. Fulgentius non insciteproserpinam inquit quasi segetem uoluerunt ideſt terram radicibus proserpentem & hecate græce dicitur/hecaton eni græce centū sunt: & ideo hoc illi nomen īponūt: quia centūplicatum ceres proferat fructum. Nocturnis autem ululatibus Ideo horrendam dixit/quia sacra proserpinæ erant nocturna. & noctu cum ululatibus colebatur. Quod & poeta docet illo uersu. Nocturnis hecate triuiis ululata per urbes eandem enim esse proserpinam & hecatem & dianam & cererem. & lunam nouimus. Cur ululatibus coleretur. per triuia & quadriuia rationem tradunt. ad representandam scilicet cereris imitationem: quæ raptam proserpinam in triuiis clamore requirebat. Romæ quoq; in ludis secularibus trinoctia sacra celebrantur in honorem plutonis: & proserpinæ. Diagondas Thebanus omnia nocturna sacra apud græcos lege perpetua sustulit. Aristophanes quoq; archeæ comediæ conditor nocturnas per uigilationes amaritudine perstringit. Seueritas Romana bacchanalia & nocturna sacra dānauit. cum sub nomine religionis stupra puerorum fœminarumq; promiscua & corruptelæ omnis generis fieri cœpissent. TRIFORmi facie. Triuiam tergeminam triformen diuam dici proserpinam lectione poetica compertum est: tanquam luna in cœlo/Diana in terris/proserpina apud inferos sit Virgilius Tergemināq; hecatem tria uirginis ora dianæ/Orpheus innuit ideo triplicem tergemināq; diuam nuncupari quoniam tribus capitibus figuretur equino canino & humano. LARuales impetus. Cum proserpina sit dea manium merito in eius potestate est impetus laruarum: & omnia noctium occursacula cōprimere. & omnia umbrarū nocturnarū terriculamenta cohibere. ne laruatos faciant homines atq; lymphaticos. Iam sæpe dictum est. laruas perhiberi animas mortaliū exutas corpore si propter aduersa uitæ merita deprauantur. easdem manias dici docet Martianus.

horrēda Proserpina: triformi facie laruales īpetus cō primens. terræque clausſtra cohibēs lucos diuersos in errās: uario cultu propitiaris: ista luce fœminea cōlustrās cūcta mœnia: & nudis ignib⁹ nutriēs læta semīa:

Noctiluca. Diana. Proserpina. Hecate. Nocturna sacra sublata. Triformis. Laruæ. Maniæ. Hercules colitur cū conuitiis Lunus deus. Arsenotheles. Spiritus sanctus. f.g. apud hebreos.

LVCOS diuersos. Diana in lucis uim propriam exerit sicut in cœlo luna. Virgilius in. vi. iam subeunt triuiæ lucos. PROpiciaris. Placaris coleris. VARIO cultu. Quelibet natio suos ritus & cultus cerimoniarū prope habet peculiares. Romani Liuio teste omnē disciplinā sacrificandi p̄ter q̄ more Romano aboleuere: iudicantes nihil æque dissoluendæ religionis esse: q̄ ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. prouerbiū est græcū ΜΟΣΟΣ ΚΑΙ ΧΩΡΑ quo significatur singulas gentes ꝓpriis legibus uti tam in administratione Rei. Pu. q̄ in cultu cerimoniarū: & ut exempla p̄tereā q̄ sunt innumera aurium fastidio parcens: unum tantū ad p̄sens cōmemorabo. de lindiis qui herculē nouo cultu & ritu colunt uidelicet cum conuiciis. & maledictis. Quod si alicui inter solemnes ritus uel imprudenti exciderit bonum uerbum sacra herculanea habēt pro uiolatis. Vnde ꝓuerbiū græcoꝝ ī notuit ΛΙΜΑΙΟΙ ΤΗΝ ΘΥΣΙΑΝ. uerum hæc non tam sacra dicenda sunt q̄ sacrilegia. LVCE fœminea. Lux solis masculā & sidus masculum. lux lunæ fœminea & fidus fœmineum. Plinius in secundo solis eē masculum sidus accipimus: e contrario ferunt lunæ fœmineum. ac molle sidus atq; nocturnum soluere humorem & trahere non auferre. Illud notabile quod doctissimi memoriæ prodiderunt. & carreni præcipue obseruant: ut qui lunam fœmineo nomine ac sexu putauerit nūcupandā is addictus mulieribus semper inseruiat. qui uero marē deum esse crediderit. is dominetur uxori: neq; ullas mulieres patiatur insidias. Vnde ægyptii quāuis lunam deam ut fœminam dicant. tamē mystice. deū dicunt. Parthi quoq; lunum deum nomine masculino & sexu colebant: nec id sine causa: nam priſci deos omnis ΑΡΣΕΝΟΘΗΛΕΑΣ esse crediderunt. quasi dicas masculo fœminos/tāq̄ utriusq; sexus participationem numina habeant: proinde caluus pollentem deum uenerem sanctissime nominauit & a Virgilio dictum: Descendo ac ducente deo flammam inter & hostes expedior. Item nec dextræ erranti deus abfuit. nam illic uenus hic iuno intelligitur. Diximus quoq; paulo ante ex auctoritate philocori uiros sacrificium feciſſe lunæ quam & uenerem esse credebant cum ueste muliebri mulieres cū uirili. q̄ eadem & mas existimetur & fœmina. Tradit Diuus Hieronymus in diuinis/neq; sexū neq; genus esse spectandum/siquidem a nostris spiritus sanctus masculino genere dicitur/a græcis neutro ab hebreis fœminino. NVDIS ignibus. Nitidior lectio udis ignibus/in luna enim ignes non sunt torrentes & ignei: ut in sole sed humētes & diluti: ut pote quæ alienum fulgorem mutuetur: cunctaque humifico spiritu laxet: temperamento autem humoris & caloris semina nutriuntur.

SOlis

SOlis ambagibus. Luna solis discipula obsequitur cursibus fraternis & prout accedit ad solē uel recedit a sole crescens aut senecens dispensat lumen quod optimo epitheto appellat incertū: cū semper in incremento sit aut decremento. & sic semper istabile. Clamat pythagora apud Ouidium nec par aut eadem nocturnæ forma dianæ esse potest usquā: semperq; hodierna sequente si crescit minor est maior si cōtrahit orbē. ex mystico lunæ mutabilis exemplo admonet nos Ambrosius in exhamero nihil rei; humanæ; esse posse. qd nō aliquādo resoluatur. Vnde scriptura ait stultus ut luna mutatur: Vere illa nō spōte mutat. Tu uero spōte mutaris. ob hoc uidētur nobiles Romani lunulas i calceis gestasse: ut nō nimis extollerent in dulgētia fortunæ fauētis. sed admonerētur instabilitatis rei; humanæ; exēplo lunæ: quæ mō clarissima prænitet orbe pleno: mō oī splendore uiduata graciliscit & ad nihilū redit. Luna auctore Macrobio dispēsationibus septēnariis luminis sui uices sēpiterna lege uariando dispōit. Primis septē diebus dimidiata semiorbē ostēdit: græcoq; sermōe dichomēis & dichotomos uocat' q̄si diuidua. Secūdis orbē totū cōplet: fitq; plenilumū. qd græci παρσελήνον uocant. Tertiis dichotomos rursus efficit'. Quartis fit coitus lūæ cū sole qd iterluniū uocat & silētē lunā & intermēstruā. græce synodos dī. hic discas synodicā radiationem dicē frequēter a Firmico mīno aphicyrtos ēt noīat' utriq; pminentib⁹ gibbis ut docet Marcellinus. pterea utrū habeat ppriū splēdorē an notho lumine luceat scrutatores rei; celestiū uarias opiniōes pdiderūt. SVBsiste. Succure subueni opitulare. AFFIRma. Melius est offirma. i. stabilito fulcitoq; & firmā redditō: ne me deinceps sua mutabilitate cōcutiat. PAVsam. Cessationē & quietem.

& solis ambagibus dispēsas incerta lumina: quoquo nomīe: quoquo ritu: quaq; facie: te fas est īuocare: tu meis iā nūc extremis erumnis subsiste: tu fortunā cola psam affirma: tu sæuis exāclatis casib⁹: pausam pacēq; tribue. sit satis laborū. sit satis piculorū. depelle q̄dru pedis dirā faciem: redde me cōspectui meorum: redde me meo Lucio. Ac si qd offensum numē iexorabili me sæuicia p̄mit: mori saltē liceat: si nō licet uiuere. Adistū modū fusis precib⁹: & adstructis lamētationibus: rursus mihi marcentē aīum: in eodē illo cubili sopor circūfusus opp̄ssit: necdū satis comp̄sserā: & ecce pelago medio uenerādos diis ēt uultus attollēs emergit diuina facies. At dehīc paulatī toto corpore perfectū simulacrū excusso pelago ante me cōstitisse uisum est. Eius mirandā speciem ad uos etiā referre connitar: si tamen mihi differendi tribuerit facultatem Paupertas oris humani: uel ipsum numen eius dapsilem copiam eloquutilis facundiæ subministrauerit. Iam primum crines uberrimi prolyxiq; & sensim itorti per diuīa colla

MEO lucio. Mihi ipsi & humānæ figuræ: hoc dicit reforma me i pristinū Apuleiū. MOri. liceat. Malo inqt mori q̄ degere uitā iumētoriā & prsus Asinalē. MARcentē animū. Sōnulētū torpētē. nec dū excusso torpore expgefactū. sic & Fulgētius dixit marcēcia lāgore sōni lumīa marcētes uuæ dicūtur Martialli uina marcida Papinio: bacchi quoq; epithetō ē ut marcidus dicat' p ebrius & lassus. qdq; molles efficit ut iterp̄tat' lutatius Statii iterpres. COMpserā. Lege cōpresserā uix inquit cœperā oculos cōprimere & cōniuere. qd adormitāte fieri solet. PElago medio. Hoc ex uulgari opiniōe nec nō poetica dictū: qua credit' lunā & solē exoriētes emergere de pelago & i pelagus occidētes cadere. tūcq; ut inquit Possidonius fit īgēs strepitus & stridor tāq; sole i. pfūdū cadēte pelagus efferuescat. Hoc signat Papinius in siluula cū ait. Quæ pnos hyperiōis meatus sūmis oceani uides i undis. Stridorēq; rotæ cadētis audis.

PERlucidū simulacrū. Corpora dēonū ex purissimo aeris liqdoq; elemēto coalita nemini hōinū temere uisibilia. nisi diuinitus specie sui offerāt: filis texta fūt. splēdidis. & usq; adeo tēuibus: ut radios oīs fīri tuoris & raritate trāsmittāt: & splēdore reuerberēt: & subtilitate frustrēt: hīc illa hōerica Mierua cohibēdo achilli iterueniēs. Soli cōspicua ē. alioq; nēo tuet': hīc illa uirgiliana iuturna fratri turno auxiliabū da i mediis militibus cōuersat'. miscetq; uiris nec cernit' ulli. PAVpertas oris hūani'. Dixit Lucretius patrii sermōis egestas. DAPsilē copiā. Largā eloquētiæ ubertatē. græce λαψιλια dī largitas. & opulētia. λαψιλησ abūdās & copiosus q̄ dictōe & nīi usitati fūt. Plautus i aulularia: Dotes dapsiles nihil mortor. Suetōius de uespasiāo cōuiuabat' assidue ac dapsile hoc ē abūdāter & laute. A columella uitis dī dapsilis musto q̄ abūdātia uini exuberat: ille quoq; scriptor: q cato qa de moribus disserit iscribit' iter minutulos auctores primi nois decēter dixit iterdū dapsilis esto. Lucilius iqt iuitauit dapsili° se. p largi° & copiosi°. Suidas refert ħ. λαψιλεια ἡ πολυτελεια λαψιλησ ὁ πολυτελησ λαψιλεστατοσ πολυτελεστατοσ. IAM primū cries uberimi. Lūæ ē luculēta mysticaq; descriptō ex istituto scriptor; q bus mos est ppe. peculiariter deū uel deā quāpiam accuratius describere. Sic Fulgentius musas describit. hic noster lunæ ante omnia dat capillū densū. & plyxā comā per colla defluentem: quia uenus est. quæ sine ornatu pene erit inuenusta. quod & referri potest ad radios lunares. uerum cum hæc mysticotera sint. non debent ut inquit Lucianus in libro de Dea Siria dici sine sacerdotibus & prophetis.

Mutabilitas lunæ.

Lunæ in calceis.

Dichotomos.

Interlūiū Lūa silēs.

Synodus.

Amphicyrtos.

Corpora demonū aerie.

Dapsilis.

Dapsili°.

Mystica nō sine sacerdotibus.

PASsiue:passim & incondite passiua libido dicit Firmico materno.pro publica promiscuaq;. CO rona multiformis.Simplex sensus & historicus patet mystico intellectu signari uidet multiplex lũæ effigies quæ nunq; postridie eadẽ forma lucet qua illuxit pridie.hinc existimat Eusebius ĩ præparatio ne euangelia dici ecatẽ pp uarias.s.figuras quas quotidie nouas representat.põt & referri ad uirtutem lunæ multiformẽ atq; multiplicẽ.nil ẽt prohibet intelligi de coronis quæ multifariæ circa lunã cõspici unt.M.Varro.& plinius prodiderunt si luna coronã circa se habebit & eã sincerã nõ ante plenilunium hyemẽ eẽ metuendã.si gemini orbes lunã cinxerint significari maiorẽ tẽpestatẽ.si plena lũa circa se habebit orbẽ ex qua parte is maxime spẽdebit.ex ea uentũ ostendet.plinius quoq; in secundo sic inquit.existunt eadẽ coronæ circa lunã.& circa nobilia astra. Aristoteles in meteoris & cæteri græci.halo nuncupãt.quã nostri modo circulũ.modo coronã interpretant.Seneca in primo questionũ hunc inquit græci halo uocãt:quẽ nos dicere coronã aptissime possumus. PLAna rotunditas.hoc ad pleniluniũ uidet eẽ referendũ.

Hecate.
Coronæ circa lunã
Halo.

passiue disperſi⁊ molliter defluebãt. Corona multiformis:uariis floribꝰ sublimẽ distrinxerat uerticẽ. cuius media quidẽ super frõtẽ planã rotũditas in modũ speculi:uel ĩmo argumẽtũ lunæ candidũ lumẽ emicabat dextra leuaq; sulcis ĩsurgẽtiũ uiperarũ:cohibita spicis etiã cerealibus desuper porrectis:multicolor bisso tenui pertexta:nunc albo cãdore lucida: tunc croceo flore lutea:nunc roseo rubore flammida: & quæ lõge lõgeq; etiam meum cõfutabat obtutum:palla nigerrima splendescens atro nitore quæ circuncirca remeans: & sub dextrum ¡latus ad humerum leuum recurrens.

CANdidũ lumẽ.Suus cuiq; planetæ color est Saturno candidus.ioui clarus.Marti igneus lucifero candens.uespери refulgens.Mercurio radians lunæ blandus.Soli cũ oriẽt ardens postea radiãs. SULcis insurgentiũ uiperæ.iã dictũ est lunã eẽ proserpinã.eẽ cererẽ.eẽ ut ita dixeri oĩa.proinde illi assignãtur ea q̃ ptinent ad agricolationẽ cerealẽ:in qua sulci interdũ tortuosi uiperas imitant.in arando magnopere seruandũ est Catonis oraculũ.sulco uario ne ares.Arator auctore plinio nisi incuruus præuaricat idẽ ait oẽ aruũ rectis fulcis mox & obliqs subigi debet.põt & hoc cõmodissime referri ad angues quibus frenatis curruiq; remotis ceres dea sulcauit cælũ.& p aera uecta est. Ouidius. Geminos Dea fertilis angues curribus admouit freniſq; cohercuit ora.& mediũ cæli.terræq; p aera uecta est: ego potius opinor sulcos uiperæ ptinere ad iter lunæ flexuosum:qualis est draconũ meatus. BISso tenui erat inquit luna induta uestе bissina multicolori.bissum autẽ linũ uocamus.plinius in.xyiiii. lino bissino secundã bonitatis & principatis palmã dat mulierũ maxime deliciis:cuius stipula quaternis denariis uendebat.in exodo præcepit dñs decẽ cortinas fieri de bisso retorta: & hyacintho ac purpura coco bis tincto uariata ope plumario.ad tabernaculi operimentũ.iosephus libro tertio antiquitatũ. itẽ in.vi.belli iudaici subtiliter scribit hos quattuor colores ex quibus cortinæ contextæ erant designare naturã elementoꝝ.Coccũ.n.ignẽ imitat.purpura mare significat.hyacinthus aeris est indiciũ.bissum uero terrã declarat eo q̃ linũ oriat ex terra.ꝓterea sacerdotes ad altare accedentes uestе bissina amicti erant pontifex quoq; caput tegebat bissina thyara de quibus oĩbus ꝓter iosephũ copiosissime apud nostros scripsit Diuus Hieronymus in libello ad fabiolam de uestе sacerdotali. est præterea bissum color purpureus.unde bission dicunt græci uestimentum βυσσινον βεβαμμενον πορφυρον.ideſt bisso tinctũ ut docet suidas in etymologico.bissini mentionem & plinius facit.ix. ALbo candore lucida.ex causa physica multicolor uestis lunæ tribuitur.ut & candido & croceo & rubenti colore contexta merito dicatur.namq; luna uario mutabiliq; colore speciem sui subinde uariat.neq; id sine præsagiis tempestatum.si quidem rubicunda uentos.nigra pluuias.puro nitore splendens serenitatem portendere creditur.hinc illa Virgiliana pronostica.at si uirgineum suffuderit ore ruborẽ uentus erit uento semper rubet aurea phœbe. CONfutabat obtutum.perturbabat aciem oculorum meorum & quasi præstringebat. PALla nigerrima.notissimum est pallam dici uestem matronalem & honeste mulieris uestimentum. cuius Oratius.Virgilius plautus omnes meminere.ideo autem pallam nigerrimam lunæ assignare uidetur:quia eam ex partem proprii candoris totam esse & alienæ lucis indigam multi crediderunt.Berosus uero sideralis scientiæ consultissimus lunam professus est pilam esse ex dimidia parte candentem:reliquam cerulei coloris:eamq; cum ad perpendiculum & normaliter sibi subiecta sit obscuram uideri & nigram.ut nigerrima palla referatur.uel ad colorem lunæ proprium. uel ad defectus & quando in coitu solis obscuratur.Quidam lunam denso corpore esse.alii leui ceu quodam speculo & solis ipetu recipere splẽdorẽ arbitrãt. ATRO nitore.Decẽter dixit atro nitore cum nitor.quidã ex nigro colore refulgeat.Apelles atramẽto absoluta opa illinere solebat ita tenui.ut id ipsũ repulsu claritates oculorũ excitaret. AD humerũ leuũ recurrẽs.Videt signare habitũ gabinũ de quo Virgilius ipse qrinali trabea cinctuq; gabino.ẽ ãt gabinus cinctus toga ĩ tergũ reiecta ut una eius lacinia a tergo reuocata hominẽ cingat:quo uestimẽti genere utebatur consul bella inducturus.

Colores. planetarum.
Bissum
Coccum purpura. Hiacynthus.
præsagia. lunæ.
Palla.
Color lunæ.
Cinctus gabinus.

VMbonis uice: Vmbonē eē mediā clipei partē eminentioré & pro ſcuto interdū accipi. docent grā- Vmbo.
matici & ſciūt oēs. papini⁹ iā clipe⁹ clipeis umbōe repellit umbo. Senſus eſt Apuleianus ueſtem recur
rentē ad humerū ſiniſtrū repreſentaſſe uicē umbonis: & ſcuti ſicut ſæpe palliū ſiniſtræ inuolutū eſt pro
clypeo. apud perſiū candidus umbo nō accipi debet pro clypeo: ut incurioſi & male litterati opinant: Locus per-
ſed pro ueſte qua adoleſcentuli die tyrocinii induebant: quā. M. Tullius & Plinius togā purā. a candi- ſii.
te nuncupant: cuius & Sidonius fecit mentionē. CONtabulatione. Sicut contabulationes ſunt in Conta-
domicilio & tabulatis pluribus te bulatōes.
cta conſurgunt. ita inueſtibus ma Contu-
xime fœmineis contabulationes bulatio
quædā extare uiſunt: quaſi grada- Tubuli
tim ſeſe dilatantes. Quidā codices
habēt cōtubulatione: quod nō di
ſplicet: eſt. n. contubulatio dicta a
tubis ſiue tubulis: quaſi tumiditas
orbiculata per ueſtē ducta iſtar tu
buloꝝ. quibus aquæ ductus extru
unt qui ut Victruuius & Plinius
docent ex una parte lingulati eſſe
debēt. ut alius in aliū inire cōueni
req; poſſint cōmiſſuris pvxidatis:
multoq; ſalubrior eſt aqua ex tu-
bulis fictilibus ducta q̄ per fiſtulas
plumbeas. inter ueſtes pontificis
apud priſcos erat indumentū ro-

umbonis uicem deiecta parte laciniæ multiplici conta
bulatione dependula. Ad ultimas oras: nodulis fim
briarum decoriter confluctuabat: per intextam extre-
mitatem: & in ipſa eius planicie ſtellæ diſperſæ coru-
ſcabant. earumque media ſemeſtris luna flammeos ſpi
rabat ignes. q̄q̄ tamen inſignis illius pallæ perfluebat
ambitus indiuiduo nexu corona: totis floribus: to-
tiſque conſtructa pomis: adherebat iam geſtamina:
longe diuerſa: nam dextra quidem ferebat æreū cre-
pitaculum: cuius per anguſtam laminam in modum
baltei recuruatam: traiectæ mediæ paucæ uirgulæ cri-
ſpāte brachio: trigemios iactus reddebāt argutū ſonū.

Tintina-
bula in
neſte.

tundū. ex quo fimbriæ pendebant alternis aurea tintinabula malaq; granata ſuſtinentes tintinabulis
quidē tonitrua: malis uero fulgura deſignantibus. Gregorius in paſtorali quod &. D. xliii. proditū eſt.
Tropologice interpretatus per tintinabula ſignificari ſonū prædicatōis in ſacerdote eſſe debere. p ma Mala pu-
la punica fidei unitatē deſignari i quibus uno exterius cortice multa iterius grana muniāt. ORAS nica.
extremitates ueſtimēti & fimbrias ſine aſpiratōe ſcribēdū eſt. INtectā: Oculis obuiā & aptā pōt legi in
textā. STELlæ coruſcabāt: Stellis diſtinctā uariegatāq; ueſtē fuiſſe deſignat. hæc legēs uideor legere
deſcriptōes ueſtiū ſacerdotaliū hebraicarū. inter quas una nobilitat intextu gēmarū. &. n. duodeci lapi
des i qttuor ptes terni diuiſi ueſte icluſi ſpectabāt: pferētes ſcripta tribuū idaciæ gētis noīa Lucia. quoq;
in deſcriptōe cultus deæ ſyriæ & ſimulacri opoſus eſt. cuius emulator eſt noſter Iucius. SEmeſtris lu Seme-
na. Nō a numero ſex menſiū ſemeſtris hic dicit luna: ut ego ſentio: ſed aſemimēſe qñ fere in dimidia- ſtris luna
tis mēſibus plena ſplēdicat & cuncta colluſtrat: unde idus uocabulo tuſco appellāt iouis fiduciā. qui di ideus.
es fere implenilunio & medio menſe fieri ſolet. &. n. fiducia iouis eſt luna cūcta illuſtrante. PERfluebat. Veſtis laxior quaſi undacio fluctuat & pfluit. INdiuiduo nexu: Videt ſignare coronā hāc fuiſſe in
extremo pallæ ambitu cōſtructā floribus & pomis ad deſignādā cereris fœcūditatē. & fructuū ubertatē
ex qua primo flores mox poma proueniāt. DEXtra ferebat crepitaculū. Lucianus ſimulacrū deæ de Deſcrip-
ſcribens. eſt inquit iuno dea. habet āt aliquid & palladis & ueneris. & lunæ & rheæ: & diāæ. & nemeſi- tio deæ
os: & parcarū māu qdē altera geſtat ſceptrū altera āt fuſum i capite radios fert & turri & ceſtō. lucius ue ex luciāo
ro noſter dicit i māu dextera lunæ fuiſſe crepitaculū æneū: ut p hoc oſtēdat ritū priſcorū. q crepitu æra- Crepita-
mētoꝝ diſſono lunæ laborāti auxiliabāt. cuius rei pter poetas liuius quoq; & plinius meminere: uel culum.
ut p crepitaculū declaret lunā tinnitu quodā & ſonitu i cœlo moueri aſſidua uertigie. De muſico mūdi
cōcētu & ſyderū tinnitu plato & platonici oēs ſcribūt: Aſſerētes armoniā eē i cœlo. Quod Ariſtoteles &
Ariſtotelici alacriter inficiantur. ſed cum lucius noſter ſit platonicus potuit uideri ſub hoc inuolucro
intellexiſſe. tinnitum lunarem mundanumq; concentum. Cæterum cum cōmentatoris officium ſit
uarias interpretationes afferre & non ſolum quid ſibi ſed quid & aliis uideatur oſtendere dixi opinio
nes aliorum ſuper hac re myſticas: quas qui uolet ſequi poſſit. Ego uero exiſtimo per crepitaculū hoc
ſignificari ſiſtrum: quod iſis dea egyptiorum geſtat in dextra. iſidem autem & lunam eſſe eandē do- Siſtrum.
cent auctores. & paulo mox apte demōſtrat luci⁹ noſter. iō āt iſidi ſiue lūæ ſiſtrū qd crepitaculū ſanabile iſidis
eſt aſſignat. ut nili incrementa ſignificēt. quod & ſeruius grāmaticus. uelut in tranſcurſu indicat enar
rans illud Virgilianū ex. viii. Eneidos regina in mediis patrio uocat agmina ſiſtro. præterea in ſacris
iſidis ut auctor eſt Herodotus mulieres crepitacula tenentes plaudunt uiri tibiis canunt. De crepita-
culis puerilibus Marcialis & Quintilianus. a crepitu & ſonitu inditum nomē. PAVcæ ungulæ. Qui
dam legunt undulæ. quidam uirgulæ quæ lectio magis quadrat cum in crepitaculo ſint uirgulæ. quæ Crispate.
agitatu brachii criſpantis reſonabant: criſpante dixit brachio pro uibrante agitante reciprocante. ut
Virgilius bina manu lato criſpans haſtilia ferro. TER geminos iactus: Verba ita ordinanda ſunt uir
gulæ crepitaculi reddebāt argutū ſonū brachio criſpante tergeminos iactus. dum enim brachium cri-
ſpat agitatq; iactus triplices reſonabant uirgulæ ſonoro concentu.

Cymbiũ. LEuæ cymbiũ:in ſiniſtra ferebat poculũ.qd cymbiũ uocãt procerũ ac cymbæ naui ſimile unde & no
Ciſſimbi mẽ:Auctores Seruius:Macrobius.cæteri.Fuerunt qui cymbiũ a ciſſimbio per ſyncopã dictũ exiſtima
um. uerint:ciſſimbiũ uero uolunt eſſe poculũ ligneũ exhedera quæ græce dicit κισσοσ homerus hoc po
culũ cyclopi ab ulyſſe datũ memorat myſtice cymbiũ lunæ aſcribi credit ad fluorẽ aquarũ ſignificandũ
quas humifica lunæ uis identidẽ refundit: uerũ ego opinor hoc totũ referendũ eẽ ad iſidẽ: quæ eadẽ
Situla & luna eſt:cuius ſiniſtra fert cymbiũ:qd quidẽ ſitulã appellant.ex myſticis ægyptiorũ cerimõiis ad flu
entiã lacunarũ.& inundationẽ ni
li ſignificandũ. Quidã hoc referen
dũ cenſent ad iſidis nauigium de
quo paulo mox plura. ANſulæ.
cimbiũ anſatũ uas fuiſſe ſignificat
tale fuit & carcheſiũ: qd ut eruditi
deſcribunt procerũ. erat cõpreſſũ
circa mediã partẽ anſatũ medio.
criter anſis a ſũmo ad infimũ per
tingentibus feſtiuiter a plauto &
Anſatus. decenter dictũ:quis hic anſatus ambulat:de eo qui manibus quaſi alis magnifice ſubnixis & glorioſæ
homo. inflexis ambulabat. INſurgebat aſpis:in põpa iſidis ouidiana ſerpens quoq; deſcribit illo uerſu ple
Serpens. naq; cõniferis ſerpens peregrina ueneris.Euſebius in ſecundo præparatõis euangelice ĩ myſteriis pri
myſtica ſcorũ draconẽ in ſpirã cõuolutũ adhiberi refert:qm iupiter draco factus cõcubuit cũ herephate cere
ris filia:hæc autẽ oĩs ratio ſacrificalis ad eandẽ deã refert: quæ una eſt multiiugis nominibus celebra
ta præterea aſpida ægyptiacã ſerpẽtẽ autumãt cõuenire deæ ægyptiæ cerimõiis. CERuicibus tume
ſcentibus.Colla aſpidũ ueneno tumeſcere auctor eſt plinius quarũ ictus irremediabilis eſt præter q̃ ſi
confeſti partes contactæ amputent.alibi annotauimus quẽadmodũ aſpis habet interneciuũ bellum
Ichneu cũ ichneumone:qui ubi pluribus ſe coriis ex limo loricauit in dimicationẽ pergit:in ea caudã attollẽs
mon. ictus irritos auerſus excipit.donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces.De hoc intellexit Lu
canus illo uerſu aſpidas ut pharias cauda ſolertior hoſtis ludit & iratas incerta prouocat umbra. PE
des.Ambroſios:Diuinos & ĩmortales.nec non unguenti liquore delibutos. PALmæ foliis intextæ
Lunæ ſimulacro:quæ & iſis eſt conueniunt calciamenta ex palmaceis foliis intexta.cũ ob alia.tũ quia
in ægypto larga palmarum copia.ubi religioſe hæc dea adoratur.apud plinium nulla mentio eſt qd
Vitilia. palmarum folia fuerint in uſu calceũm.qui ea tantum ſcribit in uſu eſſe ad funes uitiliumq; nexus &
capitum umbracula:ubi uitilia quæ dictio pliniana eſt ſignificatur omnia aduinciendum:ligandũq;
accommodata.lego apud eccleſiaſticos ſcriptores maximeq; apud Hieronymum quod paulus ana
chorita foliis palmarum contextis ueſtiebatur.Eratq; illi ueſtis palmacia.Herodotus dixit ſacerdotes
ægypti calceos papiraceos geſtare:non palmaceos.Verum enim uero Lucius noſter ſibi ipſi concors
eſt & congruens:qui in ſecundo huiuſce operis uolumine baxeas palmeas dedit ægyptio prophetæ:
& nunc ipſi ægyptiorum deæ dat ſoleas palmarum foliis conſuetas ut intelligamus id genus calcia
menti prope peculiare eſſe in cerimonia ægyptiorum. præterea priſcos palmarum foliis ſcriptitaſſe
Pphœni conſtat.unde φοιρικια γραμματα.ideſt litteræ dicebantur phœnicia φοιριξ enim græce palma.
cia littere Quidam phœnicia dici ταγραμματα.ideſt litteras autumant a phœnice cadmo ſiue Agenore lit
terarum inuentore.uidentur autem palmacei calcei deæ congruenter aptari ne quid ſcilicet Mortici
num eius membra polluerent.ſic apud Marcianum calceos ex papyro ſubligat phroneſis philologiæ.
quod autem palma dicatur arbor uictrix fitq; ĩ certaminibus ſymbolum uictoriæ ſciunt omnes cauſã
Natura plutarchus.Ariſtoteles Gellius cæteri tradiderunt.quoniam ſcilicet ponderi non ſuccumbit: neq; de
palmæ. orſum flectitur:ſed aduerſus pondus reſurgit recuruaturq; quale eſt uictoris ingenium quod urgenti
bus præmentibuſq; nõ cedit. SPIrans arabiæ fœlicia gemina.Legi,poteſt arabiæ fœlicis germia:nã
cum triplicem arabiã plinius ptolomeus cæteriq; deſcribunt:illa eſt memoratiſſima.q̃ græco cogno
Eudemõ mine eudemon latino fœlix ſiue beata nuncupatur:q̃ teſte ſtrabone aromatifera ẽ.q̃ ut tradit plinius
Arabia. germina odoratiſſima progenerat:& quãuis caſſiam cinnamomumq; nõ fuerat.tamẽ fœlix appellat
idẽ plinius peculiaria arabiæ germina percenſet in.xii. COMmota luci.reſpõſio lunæ ad Apuleium
namq; salutationes dicuntur uenerariones deorum: & adorationes: & salutare deos ẽ uenerati & adorare: Terentius in phormione at ego deos penates hic salutatum domum deuortor: exponit Donatus salutatum adoratum: quod est primum post redditam præcẽ: hoc idem tradit Seruius. in xii. commentario: martialis cõpressis natibus Iouẽ salutat Plautus i curguliõe. Quis hic est q operto capite eſ culapiũ salutat. Victruuius. i quarto de architectura pcipit si circũ uias publicas erũt edificia deoꝝ. ut ita cõstituãtur uti ptereũtes possint aspicere & iconspectu salutationes facere. hoc est ut docuimus deos adorare & uenerari/ nõ ielegãter & nos quãdo imus auditũ diuina mysteria dicere possemus. nos facere salutationẽ & deũ salutare. PRImã horã: Sic & nostri sacerdotes primã. tertiam. sextã nonam horas habẽt sacrificiis legitimas: & deputatas/ si curiose itrospexeris nouissimũ hoc uolumen Apuleianũ haud dubie cognosces pleraq; oĩa istituta nostræ religionis sumpta esse Trãslataq;: ex cerimõia ethnicoꝝ. ET ecce. Sæpe annotauimus apud Virgilium. & M. Tullium qp hæc particula aliquod malum repentinum ĩsperatumq; significat. hic uero & aliubi sæpe improuisum bonum denotat. FOtis. Ancilla milonis. cuius amore captus dum uult fieri bubo demutatus est in asinum. quod habunde i primis uoluminibus explicatur. INCApistrasset. Illigasset: illaqueasset irretisset: a capistro formatũ uerbum. oportet inquit Plinius araturos boues fiscellis capistrari ne gremium tenera pcerpãt. ubi fiscellæ significantur uincula illa ex funiculis texta/ qbus ora boum uinciuntur inter arãdum. Cato quoq; fiscellas in hoc significatu nominat. DISTRActum. i. pluribus diuenditũ. & diuersos dños sortitũ.

Ecce.

Incapistrare

Fiscellis capistrare.

NOtæ dorſualis. Deſignat equũ: notã ſiue maculã in dorſo habuiſſe: qua fiebat cognibilior. ſic bucæphalas Alexãdri magni impſſum habuit armo taurini capitis inſigne. ſic & cæſaris dictatoris equus pedes priores ſimiles humanis pedibus habuiſſe ꝓditur: a dorſo dorſualis nota dicta. Solinus aculeate ſunt inqt delphini ſpinæ dorſuales: dorſualia quoq; dicũtur opimenta iumẽtoria Iulius capitolinus in gallienis ꝓceſſerũt & altriſecus cẽteni albi boues cornibus auro iugatis. & dorſualibꝰ ſericis diſcoloribꝰ ꝓfulgẽtes. REcuperauerãt. Titulo de rei uẽdicatione docẽt copioſiſſime Iuriſconſulti. non ſolũ ſingulas res ſed & gregem poſſe uẽdicari. Quod & de armẽto. & de eqtio cæteriſq; quæ gregatim habentur dicẽdũ ẽ: & ut inquit Vlpianus ubi ꝓbaui rẽ meã eſſe neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere qui nõ obiecit aliquam exceptiõem. LVcro ſæpollicitationis. lucroſa pollicitatio refertur ad ptiũ oblationẽ: quas in ſomnis offerri uiderat a ſacerdote qbus congruebant ſerui de patria uenientes cũ pecuniis: ſicut ſeruo nomine candido mire cõgruebat equꝰ colore cãdidus. IDEM. Dicinde. FVtura. Lego futuri ſpes inquit boni futuri fulciebatur ꝓſentibus beneficiis. quaſi pignerata.

Dorſualia.

Vẽdicatio gregis.

INDIes. Quotidie magis. CVpido gliſcebat. Creſcebat dſideriũ FAmoſus. Attende famoſum in bonã partem & cum laude dici: cũ frequentius famoſus dicatur in infamis. cõſimiliter Firmicus Maternus in ſecũdo famoſos oratores appellat famigeratos & inclytos. Plinius quoq; in epiſtolis famoſam cauſam dixit clarã. & illuſtrẽ intelligi uolens. illud uero Satyrici poetæ famoſos eqtũ cũ dictatore magiſtros: legere cõſueui fumoſos ut ad imagines fumoſas referaꝫ: Iuxta illud Senece. non facit nobilẽ atriũ plenũ fumoſis imaginibus. Subſcriptor quoq; accedit. M. Tullius q in piſonẽ ſcribens inquit obrepſiſti ad honores errore hominũ. Fumoſæ cõmendatione fumoſarũ imaginum. quaꝫ ſimile habes nihil ꝓter colorem. Vſitatiſſimum aũt eſt & magis ꝓprium. ut piratæ lenones gladiatores famoſi dicãtur. hoc ẽ infames & uitæ turpitudie notatiſſimi. IMmaturis deſideriis. Ex quotidiano negotio ducta ſentẽtia. quotidie. n. uidemus parẽtes ire obuiã deſideriis filioꝝ ꝓpropis quadã modificatione. ut moneãt qdã melius fieri ſi differantur. q̃ ſi ſtatim peragantur. ſic latinus Virgilianus cohibet turnum ferocientem. NAM & diem. hæc dicebãtur a primario ſacerdote. ad leniẽdum Apuleii deſiderium: quem ut pote feſtinantem omnis dilatio & mora torquebat. VTRANque culpã uitare. Videlicet ne nimis auidus feſtinarem: & ne uocatus nimis contumaciter remorarer. Quãquam Corrige quẽquã. NOxã lætalẽ. Implicata phraſis hoc itellectu nullus ẽ ſacerdotũ tã temerarius tã perditæ mentis: ut audeat ſine iuſſu deæ ſubire miniſteriũ ſacerdotale. & periculũ mortiferꝝ irato numine contraheret: qui. n. non iubente domina uellet ſacra tractare. ille ſacrilegium committeret & noxam hoc eſt culpam exitialẽ contraheret. & ex culpa ſuppliciũ. IN deæ manu. Vt ante dictũ ẽ: hæc eadẽ dea eſt Regina manium. quæ inferorũ deplorata ſilentia nutribus diſpenſat. TRAditionẽ. Quãdo quiſpiam traditur i tutelã deæ. & obſeqo religiõis deſtinaꝫ: ea traditio fit quædã quaſi uolũtaria mors: dũ. ſ. a uita ꝓphana trãſitur ad religioſam: ut tũc hõ renaſci uideaꝫ. ſalute data numinis ꝓſidio. uel hoc dicit Sacerdotes eligi ab ipſo deæ numine eos: qui iam hãc uitam pegerunt ſuntq; inconfinio uitæ ac mortis conſtituti: & ita tunc quodã modo renaſci uidẽtur: & ſalute ꝓcario data ꝓfrui. LVcis lumĩe. Lego limine ſic Virgilius ifantũq; animæ flẽtes in limine primo. Quis qbus. POſt ſunt. corrige poſſint.

Famoſus laude.

Locus Iuuenalis.

Fumoſæ imagines.

notæ dorſualis cognitione recuperauerũt. Quare ſollertiã ſomni tũ mirabar: uel maxie q; ꝓter cõgruẽtiã lucroſæ pollicitatõis: argumẽto ſerui cãdidi: equũ mihi reddidiſſet colore candidũ. Quo facto idẽ ſollicitus. ſedulũ colẽdi freq̃ntabã miniſteriũ. ſpe futura bñficiis ꝓſẽtibꝰ pignerata. Nec minus ĩ dies mihi magis magiſq; accipiendoꝝ ſacroꝝ cupido gliſebat. ſummiſq; ꝓcibus primariũ ſacerdotẽ ſæpiſſime cõuenerã: petens ut me noctis ſacræ tãdẽ arcanis iniciaret. At ille: uir alioquin grauis: & ſobriæ religiõis. obſeruatõe famoſus: clemẽter accomiter. & ut ſolent parẽtes. ĩmaturis liberoꝝ deſideriis modificari: meã differẽs inſtãtiã ſpei melioris ſolatiis: alioqn anxiũ mihi permulcebat animũ. Nã & diẽ quo qſq; poſſit iniciari: deæ nutu demõſtrari. & ſacerdotẽ q ſacra debeat miniſtrare eiuſdẽ prouidẽtia deligi. ſumptus ẽt cerimoniis neceſſarios: ſimili ꝓcepto deſtinari. Quæ cũcta noſ quoq; obſeruabili patiẽtia ſuſtinere auiditati contumaciæq; ſũmæ cauere: & utrãq; culpã uitare. Acneq; uocatꝰ morari: necnõ iuſſus feſtinare deberẽ: nec tñ eẽ q̃nq̃ de ſuo numero tã ꝓdite mentis. uel ĩmo deſtinatæ mortis: q nõ ſibi quoq; ſeorſũ iubẽte dña: temerariũ atq; ſacrilegum audeat miniſteriũ ſubire: noxãq; lætalẽ cõtrahere. Nã & inferũ clauſtra: & ſalutis tutelã ĩ deæ manu poſita. ipſamq; traditionẽ ad inſtar uolũtariæ mortis: & ꝓcariæ ſalutis celebrari. quippe cũ trãſactis uitæ ꝓpibus iã i ipſo finitæ lucis limĩe cõſtitutos. quis tamẽ tuto poſſint magna religiõis

COMmitti

COMmitti silentia: Sæpe diximus nulla re magis mysteria cõmendari q̃ silentio. hinc Tertullianus. omnibus inquit mysteriis silentii fides adhibetur samothracia & eleusina reticentur. ELIcere. Legẽdũ est eligere. & est ordo ac sensus: numẽ deæ soleat eligere cõstitutos in ipo lucis finitæ limine. ERGO igitur. supra dictũ. ꝙ ueteres particulas has multiplicabãt. & est archaismos figura. NVNcupatũ. Nominatũ dedicatũ promissum. nũcupata pecunia dicitur nominata. certa nominibus propriis pronunciata: Itẽ uota nũcupata dicũtur q̃ magistratus. cũ in prouinciã proficiscũtur faciunt. Santra ait nũcupata significare q̃ promissa testificata recepta sint. CIbis prophanis ac nefariis tẽperare. Cum uita clericoꝝ discreta eẽ debeat a uita laicorum. ut thelesphorus ĩquit: merito sacerdotes & candidati religionis abstinere debẽt a cibis prophanorũ. hoc ẽ. eorũ. qui religiosi nõ sunt: apud ethnicos costũ nõ gustabãt sacerdotes isidis & cybeles. esus carnium & uini potus specialiter ĩterdicitur sacerdotibus: de quo paulo mox dicemus copiosius. nefarii aũt cibi dicuntur: quibus sacerdoti nephas est uesci. Nefarios. M. Varro & Nõius sceleratos dici interpretãtur tãq̃ ne fare quidẽ uti debeãt: Vnde qui indigni sũt qui uiuãt nefarii uocãtur: Pedianus Asconius. nefandũ inquit ẽ non fandũ. Nefariũ qd' sacra polluit. farre pio solita celebrari. Ergo nefarii sacrilegi dñr. qui sacra polluũt. AD arcana peruadere: Nihil sic acumẽ mẽtis operatur. q̃ frugalitas in esu. & sobrietas ĩ potu. Apollonius tyaneus potu aquæ dicebat ingeniũ uegetari. fieriq; purgatius atq; diuinius: ut merito sobriosus atq; abstemius facilius posse uideatur aspirare ad religionis arcana noscẽda, q̃ helluonibus. uinolentisq; nõ patẽt: quorũ mẽtes quibusdã quasi adipibus inuolutæ curuantur in terrã. neq; cælestia suspicere possunt. INtẽtis. lego intẽtus. PRObabili taciturnitate: Silentio religioso. Qui sacris iniciãtur ĩprimis loquitari dediscũt. tacere cõdiscũt. & pythagorica taciturnitate sese religioni idoneos approbare. Orpheus ab his quos iniciabat exegit ne prophanis auribus religionis secreta ꝓderentur. Quot dies. Quotidie. & ut ueteres dicebãt quot diebus pro singulis diebus: sicut dicit' quot annis: quot mẽsibus. OBIbã: adhibã peragebã. PROlatione: Dilatione procrastinatione. COMpeteret. quasi dicas compotem faceret. SVPPLIcamentis. Nomine supplicamentorum. non tam supplicationes & cerimonias intelligere uidetur. q̃ apparatum necessarium ad cerimonias. & religionem auspicandam. IPSVM mithram decernit. Non temere mithram sacerdotem appellat. sed mystico intellectu. alludens uidelicet scite & callenter ad nomen solis. qui serapis & osiris est quem mithram persæ appellant: Strabo in. xv. persæ inquit cælum Iouem putant. colunt solem quem mithram uocant. Item lunam & uenerem. & ignem. & tellurem. & uentos. & aquam de hoc intellexit Papinius in primo thebaidos illo uersu. indignata sequi torquentem cornua mithram. ubi lutatius interpres inquit sol apud achamenios titan. apud assyrios osiris. apud persas ubi in antro coitur mithra uocatur. hostanes quoque refert solem proprio nomine mithram dici. persarum mos est ut per mithram idest solem iurent: sic apud Plutarchum artoxerses iurat. μητον μιθραν. idest per solem. Suidas inquit μιθραν μομιζουσιν οι περσαι ειναι τον ηλιον και τουτω θυουσι πολλασ θυσιασ. i. persæ autumant mithram esse solem, cui multas hostias sacrificãt: hinc mithriaca sacra dicuntur osiridis siue solis sacrificia. de quibus helius lampridius ĩ uita cõmodi sic scribit. Sacra mithriaca homicidio uero polluit. cũ illic aliquid ad speciem timoris. uel dici uel fingi soleat. scitissime igitur mithrã Lucius appellat sacerdotẽ primarium. quasi solis lunæq; antistitem, quorũ deorũ numina & sacra ĩter se cognata sunt & cõmunia: Mithrax persarũ gẽma est cõtra solem uarie refulgens. STELlarũ consortio. Consimile est illud Persianum. Nescio quod certe est. quod me tibi temperat astrum. nec absimile illud Oratianum. utrunq; nostrum incredibili modo consentit astrum. Quis. Quibus

cõmitti silentia: numẽ deæ soleat elicere: & sua prouidẽtia quodã modo renatos: ad nouæ reponere rursus salutis curricula. Ergo igitur me quoq; oportere cæleste sustinere p̃ceptũ. q̃q̃ perspicua euidentiq; magni numinis dignatione. iã dudũ fœlicis ministerio nũcupatum destinatũq;: nec secus q̃ cultores cæteri: cibis prophanis ac nefariis iã nũc tẽperare: quo rectius ad arcana purissimæ religionis secreta peruaderẽ. Dixerat sacerdos: nec ĩpatiẽtia corrũpebatur obsequiũ meũ. sed intentus miti quiete & probabili taciturnitate: sedulũ quot dies obibã culture sacrorũ ministeriũ. nec me fefellit: nec longi tẽporis prolatione cruciauit potentis deæ benignitas salutaris. Sed noctie obscuræ nõ obscuris ĩperiis euidẽter monuit: aduenisse diem mihi semp optabilẽ: quo me maximi uoti cõpeteret. quãtoq; sumptu deberẽ procurare supplicamẽtis ipsũque mithrã illum suũ sacerdotẽ præcipuũ: diuino quodam stellarum consortio ut aiebat mihi coniunctum sacroꝝ ministrum decernit. quis & cæteris beniuolis præceptis

Nũcupata uota.

Nefarius

Quot diebus.

Quot mẽsibus.

Mithra sol.

Mithriaca sacra.

Mithrax gemma.

Sūmatis infimatis

SVMmatis deæ: Præpotentis isidis: dicimus summates summæ conditionis & potentiæ infimates infimo loco natos. Plautus in sticho summates uiri summi accumbent: ego infimatis infimus.

RECREAtus animi. Pro animo. sic ueteres loquebantur: ut supra dictum est. sic & Flaccus in argonauticis tandem animi incertum dixit. & Terentius falsus animi pro animo. ut exponit Donatus scribens esse antiptosin ueterum. ut casus pro casu ponatur. CONtendo. Pergo. COMmodum prodeuntem. Tunc tunc. eo ipso tempore. ut sæpe iam dictum est. CONTINVAtus. Subsequens. O Luci. Verba summi sacerdotis ad Luciū Apuleium: quibus eum fœlicem appellat. tanquam ipsi deæ gratum. a qua dignus iudicatur religionis obsequio. AVGVstum. Venerabile. & sacrosanctum. DEAE multinominis. Supra explicatū est deam hanc merito multinominem dici. quam totus uenerator orbis nominibus uariis.

summatis deæ recreatus animi: nec dum satis luce luci da discussa quiete. protinus ad receptaculum sacerdotis contendo: atque eum cubiculo suo cōmodum prodeuntem continuatus saluto. solito constantius destinaueram iam uel ut debitum sacris obsequium flagitare. At ille statim ut me conspexit: prior. O Luci inquit te fœlicem: te beatum: quem propitia uoluntate numen augustum tanto pere dignatur. Et quid inquit iam nunc stas ociosus: atque ipsum demoraris. Adest tibi dies uotis assiduis exoptatus: quo deæ multinominis diuinis imperiis per istas meas manus piissimis sacrorū arcanis insinueris. & iniecta dextera senex comissimus: ducit me protinꝰ: ad ipsas fores ędis amplissimæ. rituq; solemni apertionis celebrato ministerio. ac matutino peracto sacrificio: de optis adyti profert quosdā libros litteris ignorabilibus prænotatos partim figuris huiuscemodi animaliū: concepti sermonis

An piissimus latine dicit.

PIISSImis. Si credimus. M. Tullio piissimus latinum nomē non est carpenti. M. Antonium. tāquam parum latine locutum. qui piissimum hominem dixerat / uerba Ciceronis ex. xiii. Antoniana hæc sunt: tu porro ne pios quidem sed piissimos quæris & quod uerbū omnino nullum in latina lingua est. id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis: Verum posterior scriptorum ætas latinitate donauit id uocabulū / quibus dictio hæc usitatissima. pientissimum quoque idonei Auctores usurpant. INSInueris: Quasi per insinuationem inseratis admittarisque. COMISSImus. Suauissimus facillimus affabilissimus. APERtionis ministerio: Hodieque nostri sacerdotes ritu quodam solemni & uerbis religiosis aperiunt templi fores matutinumque officium peragunt in ecclesia. DE operis adyti. Adyta sunt sacraria intemplis: ad quæ nullus nisi sacerdos summus accedit. Vnde ex græca interpretatione nomen namque

Adyta.

α / μοριον στερητικον. id est particula priuatiua est & δυω ingredior Virgilius æternumque adytis

Santa sanctorꝫ.

effert penetralibus ignem: Tale erat hierosolymis in templo sacrarium sanctitatis: quod sancta sanctorum uocant: quo solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare: non sine sanguine: quem pro se offerret. & populi delicto: Vt refert egesippus libro quinto & ut auctor est Iosephus intima templi pars inaccessa & inuiolata. & inuisibilis omnibus habebatur sanctique sanctum uocabatur. Olim Pompeius magnus sancta sanctorum. non ut uenerator sed ut prophanator intrauit. Refert Liuius habita de bacchanalibus quæstione senatum decreuisse ne qua sacra in operto fierent.

optanea Secluſa.

opertanea sacra ut iam diximus / appellant quæ in operto fiunt. secluſa quoque dicebantur: quæ græci mysteria appellant. PARTIM huiuscemodi animalium. Religiosa ægyptiorum uolumina designat: Quæ ex charta hieratica. id est sacrata conficiebantur. In his litteras ignorabiles perscribebant

Litteræ ægyptiorū sacræ. Hieroglyphicæ. Vultur natura. Apis rex. Annus draco. Accipiter res cito facta.

notis uolucrum ferarum aliarumque rerum prænotatas: quas sacras uocant: quas Marcellinus Manetho crobius cæteri hieroglyphicas nominari tradunt: quibus & obeliscos insculptos habebant: hinc illud Plinianum ex. xxxvi. ubi de obeliscis mentio. & enim sculpturæ illæ effigiesque quas uidemus ægyptiæ sunt litteræ. De his litteris: quæ singulæ singulis nominibus seruiebant: & non nunquam significabant integros sensus. Cor. Tacitus sic scribit primi per figuras animalium ægyptii sensus mentis effingebant: & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur: & litterarum semet inuentores perhibent. hoc idem Lucanus eleganter expressit his uersibus. Nouerat & saxis tantum uolucresque feræq; sculptaque seruabant magicas animalia linguas. Vt autem tota res planius liquescat subiicienda sunt ex celeberrimis auctoribus exempla: qui tradunt per uulturem in litteris ægyptiorum sacris & consequenter ignorabilibus naturæ uocabulum significari: quia mares nullos posse inter has alites inueniri rationes memorant physicæ. per figuram apis mella conficientis designatur rex imperans cum iucunditate. Annus indicatur picto dracone caudam suam mordente. quia in se uertit. Idem scribunt accipitrem Denotantes rem cito factam. quoniam accipiter sit

inter aues uelocissimus crocodilus malum significat multaq; consimilia ne infinitus sim Annotata reperio quibus nunc libros ad cerimoniarum arcana pertinentes prænotatos fuisse tradit: ne scilicet a prophanis talia nosci possent. COMpendiosa uerba. Verba compendiosa & litteræ dicuntur quibus singulariis integri sensus significantur. INDIdem. Ex libris illis: quorum lectio erat impenetrabilis. & imperuia curiositati eorum: qui non forent iniciati illis enim solis erant cognobilia. CAPolatim condensis apicibus. Figuras exprimit ieraticarum litterarum quæ instar capolorum colligatæ iplicatæq; ita erāt. ut coriositas irreligiosorum talem lectionem assequi nequiret. Cheremō philosophus scripsit hieroglyphica ad huc Romæ cōsimiles litteræ uisuntur in minore obelisco & aliæ q̄dā iuxta pantheon Agrippæ: capolatim aūt aduerbium ē: quod significat implicate & connexe: ductū a capolis uitigineis: Nam ut docet. M. Varro colliculus uiteus itortus. ut cincinnus a capiēdo capolus est dictus: qui se erigit ad locum capiendū: & uites impllcat uulgo hodieq; tales capoli nominantur. AD usum teletæ. Teleta græco nomine dicitur consecratio expiatio sacrificium Augustinus in quarto de ciuitate dei tradit græcos teletas ac mysteria taciturnitate parietibusq; clausisse eiusdē ex uolumine decimo uerba hæc sunt. hāc enī dicit p quasdā cōsecrationes theurgicas. quas teletas uocāt idoneā fieri. Apud Platonē in secundo de re publica legimus libros circūferri musei & orphei secūdū quos sacra celebrāt persuadentes nō priuatis solū uerū etiā ciuitatibus solutiones & purgationes scelerū per sacrificia cū ludorū oblectamentis fieri. & uiuentibus & defunctis: quas teletas. i. expiationes uocāt: quæ nos ab illis. quæ illis mala sunt liberent: De teletis apud Platonicos philosophos frequēs mētio. Scribit Porphirius teleris solis & lunæ animas nō purgari. ut hinc ostēderet nullos deos teletis hominē posse purgari. Suidas docet τελεθη hoc est teletā esse sacrificium maximū. & pciosum ex eo dictū q multa in teletis absumuntur. τελειν enī dicūt græci το δαπαναν hoc est sumere & ipendere. GNAuiter. celeriter & strenue. SVETO lauacro. Vt mundus pureq; lautus: purissimæ religionis sacris initiaret. Græco uocabulo Nymphea appellamus lauacra & ita Josephus interpretatur. Suidas tradit Nymphea dici λουτρα. i. lauacra Iulius capitolinus i uita gordianorum sic refert opera Gordiani Romæ nulla extāt præter quædam Nymphea & balneas. ubi Nymphea accipimus pro lauacris & thermis: quæ posteritatis causa a principibus extruebātur. Fedissime labuntur hi & cecutientes hallucinantur qui existimāt Nymphea apud Capitolinum significare cubicula nuptialia. Non enim nego μυμφαιον dici μυμφων ιερον. i. sponsorum sacrarium sed hanc significationem haud quaquam conuenire cum intellectu capitolini asseueranter affirmo. DOmini. Purior lectio est deum pro deorum. CIRCVM rorans. Ouidius roratis sustrauit aquis. M. Tullius i legibus præcipit ut casti diuos adeamus: & aspersione aquæ labes eluamus: quod & ad animos purificandos refertur ex instituto priscorum sacrificaturus diis superis corporis ablutione purgatur. cum uero inferis litandum esset sola aspersione utebantur. CONStituit. Statuit collocauit.

Quæ uoce meliora. Idest quæ fileri melius est. & ita ostendit non esse in uulganda arcana sacrorū.

CVNCTIS arbitris. Idest coram omnibus. ut cuncti audirent spectarentque. DECEM diebus. Superstitio priscorum decem dies puros castosq; dedicauit Isiacæ religioni: hinc illud Propertianum cynthia iam noctes est operata decem. Liuius scribens de matre filium iniciatura bacchanalibus sic refert: Decem dierum castimonia opus esse. Decimo die cenatum deinde pute lautum in sacrarium deductura. Idem docet eum qui iniciari uolebat per aliquot noctes secubuisse a fœminæ cōplexu: religionis causa. Ouidius quoq; in sacris cerealibus tradit secubitus usurpari solitos. ut. s. fœminæ solæ in uacuo toro per aliquot noctes secubarent. Apud ueteres cerimoniæ denariæ dicebantur: quibus sacra adituris per decem continuos dies certis quibusdam rebus carendum erat. nūc Lucius noster denotat ei ieiunium indici solitum decem dierum: qui sacris isidis iniciari uellet: sic hodieq; nostri sacerdotes cibis ganeatis inducuntur causa religionis. uerum cum ad diem festum uenerint saturantur ad uomitum: Quorundam gulosa abstinentia est: ut scilicet ab esu panis & carnium tempetantes farciantur bellariis: & martiū panē pro frumentario pane deuorantes de ieiunio glorientur.

compendiosa uerba suggerātes: partim nodosis: & in modum rotæ tortuosis: capolatimque condensis apicibus: a curiositate profanorum lectione munita: indidem mihi prædicat: quæ forent ad usum teletæ necessario præparanda: Ea protinus gnauiter & aliquanto liberalius: partim ipse: partim per meos socios coemēda procuro. Iamque tempore: ut aiebat sacerdos: id postulante: stipatū me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas & prius sueto lauacro traditum: præfatus domini ueniam purissime circūrotans abluit: rursumq; ad templum reductū iam diebus diei partibus transactis ante ipsa deæ uestigia constituit. secretoque mādatis quibusdā quæ uoce meliora sunt: illud plane cunctis arbitris præcipit. decem continuis illis diebus cibariam uoluptatem cohercerem. neq; ullum animal

Crocodilus malū.

Capolati

teleta qd.

Nymphea.

Ablutio i sacris.

Castimonia. x. dierum.

Cerimoniæ denariæ.

ESSEM. Comessem comederē ab edo. es. inclinatū uerbū. NEQue ullum animal. Priscis tempo ribus, nec carnibus uescebantur, nec animalia diis īmolabant: sed liba & fructus melle cōcinnati cæ teraq; huiusmodi sacrificia pura diis offerebātur, nā uesci carnibus ut inquit Plato libro. vi. de legibus & deorū aras polluere sanguīe impiū uidebatur: & hæc fuit orphica uita & pythagorica. inanimatis quippe omnibus uescebant: & ab animalibus omnibus abstinebant. Dicearchus peripateticus anti quos inquit nullum animal occidisse. Essei iudeorum philosophi. de quibus Hieronymus Iosephus

Orphica. Pythagorica uita.

Ab aiali bus absti nebant.

euſebius multa diligētissime scri pserunt: abstinebant tū animali bus multis tū prorsus omni īcō tinentia. deniq; ex ipsa uita tēpe ratissima atq; ueritatis studiosissi ma & deo deuotissima inter eos multi futura pīagiebant: prophe tæq; nominabātur. Porphirius Platonicus libro quarto de sacri ficiis auctor est uitā æternā conti neri sanctimonia abstinentia ab esu animalium: sicut inquit ma gnes lapis animam quasi quādā tradit ferro Quod rapit ferrūque natura grauissimū leue euadit eleuaturq; spiritu magnetis: ita qui ad deū eleuari cupit. nō debet que rere nutrimentū carnium: quo saginatū corpus mentē ipedit: nutritusq; diuinitate naturalius deo cō iungetur q̄ magneti ferrū. Sed utinā absq; cibo penitus atq; potu agere uitā potuissemus, ut corpus cohibentes optimis statim rebus coniungeremur: in qbus & deus existēs ita deus existit. Democha res ait uiuere iprudenter intēperāter ipie nō tā male uiuere est q̄ diu mori: si uis perfectus eē ut uerbis Hieronymi utar melius ē saginare animā q̄ corpus: Potus uini carnisq; saturitas seminariū libidinis est. Idē Porphyrius. sed & cheremō stoicus & Hieronymus noster narrāt antiquos ægypti sacerdotes ex eo tēpore quo cœpissent diuino cultui de seruire. & carnibus & uino sp abstinuisse. qui oua quoq; & lac in cibis uitauerūt: quoq; alterū carnes liquidas. alterū sanguinē eē dicebāt colore mutato, in tem plo eleusinæ cereris tria tantū pcepta de triptolemi legibus celebrātur. honorādos parētes uenerādos deos carnibus nō uescendū in decretis canonicis. D. xxxv. & in ueteri testamēto scriptū legimus. q̄ sa cerdotes qui ministrāt in templo dei prohibentur uinū & ficerā bibere. ne ebrietate grauentur corda eorū: ut sensus uigeat semp & tenuis sit: item. xliiii. Dis. cū uinolentus eē prohibetur gulæ intemperā tiā nequaq̄ habere permittitur: neq; enī ebrietas prohibetur. & uoracitas permittitur utrūq; improba tur. unde Hieronymus uenter inq; & genitalia sibimet ipsis uicina sunt: ut ex uicinitate mēbrorū cō federatio intelligatur uitiorū. sacerdoti itaq; de altari uiuere nō luxuriari permittitur. Comessationes & ebrietates tāq̄ pestiferæ abdicātur: iterdicūturq;. INVInius: uocabulū Apuleianū elegātissime fictū: pro abstemio. & eo qui uinū nō bibit. inuinius enī dicitur quasi sine uino. ut inuius sine uia. candida tū autē religionis inuiniū hoc est abstemiū & hydropotā. i. aquæ potorē esse debere sanxit uetustas: & dudū explicauimus. Apollonius Tyaneus. apud philostratū docet se aquā semper bibisse neglecto ui no aitq; potores aquæ somnū leuē capere neq; uertigines ullas pati quibus uinolenti afficiuntur. ptē rea anima inquit a uino pura facilius cōspicit p somnia uaticinationē q̄ apud hoies diuinissima exi stimatur: ob hoc dixit sidonius apollinaris De Tyaneo apollonio scribēs lege inquit uirū a diuitibus ambitū nec diuitias ambientē cupidū scientiæ: cōtinentē pecuniæ. inter epulas abstemium. error est ī codicibus īpressis in qbus legitur inter epulas abstemiū cū legi debeat inter epulas abstemiū. Quis: qbus. DIVIno uadimonio: sicut uadimoniū ptoris ē ad quod ex iuris formula sisti debet reus. ita ua dimoniū dicit diuinū quo sisti debeat Lucius noster. post exactos decē pscriptos abstinentiæ dies fu rus ī nūero sacratorū trāslatio est a uadimonio ptorio de quo supra abunde dictū ē. CVRuatus. ad occasum flexus. & i uesperā pceps. SEMOtis pro sanis. sequestratis oībus irreligiosis. iuxta illud poe ticum procul o procul eē prophani cōclamat uates totoq; absistite luco. CONtectū amicimine. hoc quoq; tēpore sacerdotes nostri dū iniciantur sacris religiosis Amiciuntur amicimine hoc ē camisia si ue tunica lintea. ad ea q̄ supius hoc eodē cōmētario copiosissime annotauimus. de lintea ueste sacer dotali: adde & hoc qd' scriptū legimus in ezechiele Cuius uerba subiciam: q̄ sunt hæc. cū ingredietur portas atrii mei iterioris: uestibus lineis induētur: nec ascēdet super eos quicq̄ laneū. quādo ministrāt ī portis atrii interioris intrinsecus uittæ lineæ erūt in capitibus eorū. & fœminalia linea erunt in lum bis eorū. In leuitico moses cū ante fores tabernaculi lauisset Aaron & filios eius: uestiuit pōtificē subu cula linea: accingēs eū balteo: & induēs eū tunica hiacyntina: & desup humerale iposuit. cydari quoq; texit caput. est aūt cidaris: ut græci scriptores tradūt: tegumētum capitis quidam ex capillis id textum autumant. nonnulli pileum regium persarum cidarim esse dicūt. a quibusdam tiara creditur, alii co ronā: alii strophion sacerdotale esse cōtendunt: Noegeum antiqui uocarūt uestimentum candidū,

Magnes trahit ferrum.

Saginanda est anima.

Inuinius

Apollonius potor aque.

Amicimen.

Cidaris quid.

Noegeū uestimētum.

DICErem si dicere liceret: mos hic scriptoꝝ ferme oium. quasi peculiaris ē: ut arcana cerimōiaꝝ nec uelint nec audeāt in uulgus edere tāq̄ nō liceat prophanis nosce mysteria deoꝝ: in quibus nulla maior q̄ fides silentii debeatur. Herodotus scribit se in colloquio cū egyptiis sacerdotibus fuisse multaq; ab his edidicisse ad rē diuinā pertinentia: q̄ minime enunciāda esse ait Theodotus tragœdiaꝝ poeta cū nō nulla ex iudaicæ scripturæ mysteriis ad fabulā quādā trāsferre uellet luminibus captus ē. Theopōpus quoq; q̄ cæperat nō nulla ex lege diuina trāsferre. in græcā linguā. Illico turbatiōe quadā mentis & aī perculsus ē: unde magnopere deū orās. cuius rei gratia id sibi accidisset audiuisse fert̄ persōniū quia res diuinas lenocinio inquinaret. hoībus p̄mulgaret. mysteria ide dicta supra docuim⁹. q̄m .s. oportet μυεῖν τοστομα.i.os occludere neq; i uulgaī taletas arcana sacroꝝ. Esseni qui sūt p̄si iudeoꝝ: adiurant nouitios iniciatos nihil quicq̄ de mysteriis cōmunicare cū prophanis: etiā si itentata quispiā morte compellat: ī apologia equidē inquit nullo unq̄ periculo cōpellar: q̄ reticenda accepi: hæc ad p̄phāos annunciare. PArē noxā. par eēt inquit culpa: & eorū qui audirent. & eoꝝ qui annunciarent. ACcessi cōfiniū mortis. Ex hoc colligimus hominē q uere cōsecratur fitq; sacerdos integer sanctus per quādā quasi mortem exuere uitā hāc irreligiosā rapiq; numinis īstinctu p superna & inferna: ut ea uideat & agnoscat: q̄ uidit & agnouit apostolus paul⁹: quæ ineffabilia sunt nec licet homini eloqui quæ etiā audita non itelligātur cum sint supra captum intellectūq; mortaliū. PROserpinæ limine. limnen proserpinæ hostiū est mortis & introitus inferoꝝ. SINE piaculo. sine scelere. PROphanoꝝ. eoꝝ qui intiari non sunt. DVOdecim stolis. Attē de hic stolas accipi pro uestibus sacerdotalibus sicut hodie stolas induunt nostri sacerdotes: qđ & oratiū uocāt: hinc illud. xxiii. distinctiōe scriptū ē. ecclesiastica institutiōe p̄fixum nouimus: ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroq; humero ambiat: nec ad solēnia sacrificia accedat nisi orario utroq; humero circūseptus. ita ut de uno eodēq; orario ceruicē pariter & utrūq; humerū p̄mat. alias stola dicitur uestis matronalis. unde stolatus pudor pro matronalis. Valerius maximus. te custode matronalis stola censetur: ideo autem uidetur dixisse duodecim stolis se sacratū processisse propter duodecim signa zodiaci. Nāq; in mysteriis iudaicæ cerimoniæ duodecim panes in mensa positi significabant circulum duodecim signorum. atq; annum duodecim mensibus diuisum. septem uero lucernæ in ipso candelabro septem planetas indicabant. in sacris litteris numerus duodenarius refert̄ ad duodecim tribus israeliticas: & in apocalipsi ioānis legimus amictos stolis albis nuncupari puros. & candore mentis immaculatos. Lego apud auctores græcos pulcherrimum eē somnium fere στολην λευκην. i. stolam candidam. contra stolam purpuream portendere longum morbum ornati stola regia signat λυσιν ελπιδων. idest spei solutionem. NVLLO uinculo. Nullum īquit uinculum religionis est. nullum interdictum quo prohibear enunciare de ipso habitu uestituq; religioso.

MEDIT VLLIO: In ipso medio. SVPERstiti. steti super tribunal. ex iussu sacerdotis. BYSsina ueste conspicuus. Byssinam uestem lineam intelligit a bysso quod genus est lini tenuissimi de quo supra diximus: Iosephus libro sexto belli iudaici scribit sacerdotes ad altare templumq; accedere soli tos omni uitio carentes ueste byssina amictos maxime uero uino abstinentes ac sobrios religionis metu: nequid res diuinas faciendo peccarent. Dicimus & byssinum absolute pro uestimento lineo: in Apocalypsi: erat uestitus byssino albo & mundo: Byssinum capitur Plinio pro infectu præcioso: & colore qui ex cocco tyrioq; commixtus sit. SED floride depicta: Inter uestes sacerdotales priscorum est & illud uelamentum: quod hiacyntho & Bysso & cocco & purpura uariatum mirabili opere textum uisebatur: quod elementorum causam designabat: byssus enim terram declarat: eo q̄ linum oriatur ex terra. purpura mare eo q̄ piscium sanguine coloratur: aer hiacynthi colore significatur. Coccum uero erat ignis indicium.

Dicerem: si dicere liceret. cognoscerem: si liceret audire. sed parem noxam contraherent aures & linguæ illæ temerariæ curiositatis. nec te tamen desiderio forsitā religioso suspensum angore diutina cruciabo: Igitur audi. sed crede: quæ uera sunt. Accessi confinium mortis: & calcato proserpinæ limine per omnia uectus elementa remeaui. nocte media uidi solem candido coruscantem lumine. deos inferos: & deos superos. Accessi corā & adoraui de proximo. Ecce tibi retuli: quæ q̄uis audita: ignores tamen necesse est: ergo quod solum potest sine piaculo ad prohanoꝝ intelligentias enunciari referā. Mane factum est. & perfectis solemnibus processi duodecim sacratus stolis. habitu quidem religioso satis: sed effari de eo nullo uinculo prohibeor: quippe quod tunc tēporis uidere præsentes plurimi. Nāq; ī ipso odis sacræ meditullio: ante deæ simulacrū constitutū tribūal ligneū iussus superstiti: byssina quidem sed floride depicta ueste cōspicuus: & humeris depēdebat:

Theodotus luminibus captus ob pphana ta mysteria

Theopō pus Mysteria

Stole sacerdotales Stolatus pudor

Xii. pāes cur. Septē lucernæ. Stola cā dida in sōnis bonū

Byssina uestis

Byssinū Byss⁹ terra. purpura mare. Hiacynthus aer. coccum ignis.

PONE tergum.post tergum. TALOrum tenus.usq; ad talos/denotat autem tunicam talarem sacerdotalem.cui consimilis uideri potest illa quam describit Iosephus libro tertio antiquitatum/princeps sacerdotum super induitur tunica de hiacyntho facta:quæ & ipsa talaris est:quæ Zona constringitur.coloribus prædictis:floribus exornata auro contexta uariata ornatusq; in fimbriis eius ẽ.ita ut inter duo tintinabula malum granatum habeatur:itemq; inter duo mala granata tintinabulũ. TAlaris tunica græco nomine dicitur poderis.Cuius mentio fit a Ioanne in apocalypsi:& meminit Hieronymus:de qua sic scribit Suidas

Poderis Talaris

ποδηρης εως ποδων χιτων. ideſt poderis. Tunica usq; ad pedes dimissa est. CHLAmyda.ut supra.ex priscorum consuetudine.declinatur.recto casu chlamyda tanq; nomen sit primi ordinis.sicut & cassida a priscis dicta ẽ cassis. CIR.cũnotatis animalibꝰ. ante dictum est sacras ægyptiorũ litteras animalibus denotari. aliarumq; rerum imaginibꝰ. DRAcones indici.Denotat in ueste fuisse dracones cum gryphibus itextos. bono autem epitheto hæc distinguntur.nãq; apud ĩdos immensi sunt dracones.cum ĩmanibus elephantis pari periculo i mutuam perniciem bellantes: quorum dimicatio cõmoritura elegãter Plinio dicta:simul enim concidunt.& cõmoriunt: gryphes uero hyperborei cognominantur:quoniam in hyperboreis montibus nascuntur:quos haud procul ab ipso aquilonis exortu esse produnt:eruentes ex cuniculis aurum:propter quod bellum illis assidue est cum Arimaspis/quos uno oculo in fronte media insignes tradunt:itaq; gryphibus aurum custodientibus.& Arimaspis rapientibus atrox dimicatio.sunt autem gryphes ex uolucri genere ferarum cætera parte leones alis & facie aquilis similes.De fœlicitate hyperboreorum fabulosis celebrata miraculis scribunt omnes/quæ gens ultra aquilonem sita fœlix annoso degit æuo:regio aprica est. fœlici temperie:omni afflatu noxio carens.domus his nemora luciq; & deorum cultus/uiritim gregatimq; discordia ignota & egritudo omnis:ibi cardines mundi esse creduntur:extremiq; siderum ambitus luce semestri.alii medios fecere eos inter utrũq; solem/Antipodum occasum.exorientemq; nostrum.ob hoc dixit Lucius noster q̃ gryphes generat mundus alter:quoniam hyperborei ad antipodes spectare traduntur in collimitio nostri mundi:& alterius collocati:quod tamen fieri nullo modo posse Plinius noster affirmat. HANC olympiacam.cælestem & diuinam & olympiis diis dicatam. Deos autem olympios Iuppiter appellauit illos tãtum qui sibi in gigãtomachia affuerunt:ut hoc cognominis honore bonus a malo internosceretur:ipse quoq; Iuppiter inter cætera cognomẽta olympius nuncupatur:de olympiade:quæ est ut græci dicunt τετραετηρικος αγων. i.quadriẽnii certamen scribunt omnes:nihil notius. SAcrati.Sacerdotes. FLAMmis adultam: ardentem larga flãma intelligit:nam & adolere significat cremare in sacris. EXORnatum.lege exornato.ut cõstructio congrua sit.se autem exornatum dicit ad instar solis.quia coronatus erat corona palmacea:Cuius folia radios solis repræsentabant. INuicem simulacri:sicut simulacra & statuæ exornatæ constituunt̃ ĩ populi conspectu.ita Lucius exornatus intus/& mox tanq; simulacrum subtractis uelis populo exhibetur. NAtalem sacrorũ: Natalis sacrorum dicitur ille dies:quo quispiam consecratur fitq; sacris initiatus:quem non minus religiose celebrare debemus q̃ diem natiuitatis:quoniam ex illo uita tãtum/ex hoc uero uita religiosa & sancta producitur.Natalem autem solitum antiquitus solemniter coli quis ignorat.quo lautiora conuiuia & festa fiebant quæ.M.Tullius natalicia appellat a natali celebratiõe natalis diei.quo & munera missitabantur.Qui iniciantur sacris dicere possunt.hic nobis natalis erit. & illud hæc uitæ genitalis est origo. IENtaculum religiosum:q̃ multa dii boni in nostra religiõe cõ similia sunt religioni ethnicorum:q̃ multi ritus prope germani:de quibus plura alias: quorum iam magna quoq; pars superius explicata est:ex quibus & hic est:Nam quando nostri sacerdotes consecrantur:quoniam sacerdotium aliquod adipiscuntur:consueuere ientaculo non tam religioso q̃ gulose accipere symmistas.i.consacerdotes:ut auspicentur introitum sacerdotalem. TEletæ:sacrificii sacerdotalis siue expiationis purificationisq; necessariæ:de qua supra dictum est abunde. INexplicabili.inenarrabili.& ob hoc maxima:quæ ob magnitudinem explicari uerbis non posset.

pone tergum talorum tenus:præciosa chlamyda.qua qua tamen uiseres:colore uario circunnotatis insignibar animalibus.hinc dracones indici.inde gryphes hyperborei:quos in spẽm pinnatæ alitis generat mũdus alter.hanc olympiacam stolam sacrati nũcupãt.ad manum dextram gerebant flãmis adultam facem:& caput decore corona cinxerat palmæ candide foliis in modũ radiorum prosistẽtibus.sic ad instar solis exornatum & in uicem simulacri constituto repente uelis reductis in aspectum populus errabat Exhinc festissimum celebraui natalem sacrorum.& suaues epulæ & facetа conuiuia.dies etiam tertius pari cerimoniarum ritu celebratus.& ientaculum religiosum & teletæ legitima cõsumatio. paucis dehĩc ibidem cõmoratusdiebus ĩexplicabili uoluptate simulacri diuini pfruebar:

Chlamyda

Griphes hyperborei arimaspi mo oculi

Fœlicitas hypborеorum

Olympii Dii.

Natalis sacrorũ

Natalicia lentaculũ initiatoꝝ

Symmistæ

IRREmunerabili beneficio:beneficium maximum cumulatissimumq; dicere uolēs dixit decenter irremunerabile:quod.s.tantum erat. ut nulla unq̄ remuneratione repēsari posset. irremunerabile.n ideſt quod ob magnitudinem remunerari non possumus nec par pari rependere nec ullo modo dis soluere semper obligati semper obnoxii. PIgneratus:mancipatus obligatus addictus. SVPplicue. Suppliciter aduerbium priscum est. GRAtis:lege gratiis. DOmuitionem.Tādem iquit domum in patriam ad meos redire constitui.q̄uis me retinacula firmissima retentarent:quæ abrumpere difficile erat cum a dea deæq; cultu atq; cō spectu ex desiderio diuelli abdu ciq; nequirē. dōitionē dicimus q̄si itionē domū ut supra. Detrusis:le go detersis.i. absterſis. SERmonē iterficiēs ille sermonē iterficit.i tercipitq; :q uerba ,pmere nō po test singultu præssus & merore cō fusus. qui impedimētibus lachrymis uerba singultantia deuorat & absorbet. TV quidem sancta.ē uidere in Lucio nostro orationes diuinas tam sancte tam grauiter tam sententialiter compositas ab solui: ut nihil religiosius dici quic quam possit: ut Apuleianæ præca tiones possint commodissime ap tari ad diuinā christianorū:ut quic quid hoc in loco dicitur de luna si ue iside. idem religiose & conduc center de beata uirgine dici possit inumeri sunt hymni præcatiōes orationes cōpositæ a doctissimis ad diuam uirginem. sed nihil est quod bona cum uenia illorum di ctum sit:cum hac Apuleiana præ catione comparādum:hæc doctri næ & elegantiæ omnis est refertis sima.hac rogata dea nostra nō minus placaretur fieretq; propria: q̄ omnibus sanctorum orationibus specta dictiones pensita sensus perpende mysteria.uidebis nihil quicq̄ absolutius posse excogitari:di gnamq; esse precem quæ sacris nostris iseratur.& ad exorandam christianæ sectæ sospitatricem quot tidie peculiariter adhibeatur:sed iam uerba ipsa sancta & pura dispiciamus. MAtris affectionē. quid maius in laudem deæ nostræ dicitur. q̄ quod materno affectu & indulgentia nos foueat:q; benigna mitis indulgens.perinde ac piissima mater casibus nostris opituletur nec benefacere ullo unq̄ tempo re cunctetur.cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ uenerationis: quæ christia norū mater ac sospitatrix passim appellat. FAtoꝝ retractas licia: dicit numē deæ posse fatalia decreta rescindere uel saltem remorari.ita ut fila pcaꝝ q̄s iexorbiles aiunt retractet:progetq; sicut ezechiæ fata ānos.xv. sūt ,ptelata ,plōgataq;.noīe aūt fatoꝝ:q̄ tria sūt tres quoq; pcæ significātur:quas plato & p'oti nus filias ἀραγκης. i.necessitatis eē dixerūt quaꝝ lachesis ,pterita.cloto ,psētia.atropos futura ,pcuret: q̄ sentētias iouis orthographæ studio ueritatis excipiūt.utpote librariæ superū Archiuiq; custodes.uel i tellige q; numē Isidis pōt melius referre retorquereq; filia parcarū:ut uidelicet si pcæ dira mortalibus moliunt ea:i fœlicitatē numinis potētia cōuertāt. LVminas solē.euidēter oñdit deā hāc eē itelligiq; parentem reꝝ naturā ac opificē deū summū:cuius nutu cūcta fiūt:q̄ pricipia fines. & media reꝝ oium penetrat:q illustrat solē rotat mūdū quē patrē & architectū huius orbis ,pnūciāt alioq lunæ nō cōuenit: ut solē illuminare dicat. cū ipsa a sole lumē mutuet:nec luna rotat orbē sed ipa i orbe statis motibus ro tat:deniq; lunæ maiestati ista nō cōueniūt:q̄ hic explicāt nisi mystico itellectu ppēdātur. itaq; hæc oia ad ultramūdanū deū referēda sunt.q'genitor reꝝ oium ē beatificus.optimus.maximus. idicibilis ino minabilis:q siue masculino gñere.siue fœminino dicatur nihil refert.cū in rebus diuinis nō sexus sed potestatis maiestas q̄renda sit. TIbi respōdent sidera.i.motus siderales tibi cōsentiūt atq; obsecūt. res pondere.n.ē cōgruere:& cōsentire:uñ & responsus ,p cōueniētia dr & cōgruētia ac cōsensu: Victruuius symmetrica est ex ipsius operis membris ratæ partis responsus. FLVmina. specioſior lectio est.flami na ut dicat flamina hoc est uentos deæ nutu spirare nō ignoro & ex fluminibus auras spirantes senti ri unde Homerus & Plinius auraꝝ antelucanas e flumine semper insalubres esse tradiderunt. De nilo auctores annotauerunt q; contra fluminum naturam nullas spiret auras quasi anauros.i. sine aura sit.

Irre mūe rabile.

Suppli cue.

Domui tio.

Oratio re ligiosa.

Parcæ fi liæ neceſſi tatis.

Librariæ iouis.

Respōde re.

Respōsus Nilus anauros.

Morus sapientissima arborum.

GERminant semina: quædam arbores terna germina edunt ut robur & abies: & larix/serotino q̃dã germinatu florent maturãtq; celeriter ut morus: quæ nouissima urbanarũ germinat: nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. AVES cælo meantes. Tres exornationes iũcti locatæ. Isocolon. i. compar omioteleuton similiter desinens omioptoton similiter cadens: quibus/si cõmode collocata fuerint rarenterq; interspargãtur tãq̃ luminibus distinctis illustrabimus orationẽ. BEluæ ponto natantes. in põto hoc est mari beluæ sunt omnis generis: monstrificæ & enormes. & ut tradit Plinius uulgi opinio est quicquid nascatur in pte naturæ ulla: & in mari esse. prærerq; multa quæ nusq̃ alibi. a beluarum & multitudine & magnitudine beluosus Oceanus oratio flacco eleganter dictus. inter cæteras maris belluas sunt balenæ pristis physeter. rotæ orcæ.

Belluosus oceanus.

NEC ora mille: Scilicet sufficiũt. sumptum ex poetica illa locutiõe. non mihi si linguæ centum sint. oraq; cẽtum ferea uox/ab Homero partius dictũ. Δεκὰ γλῶσσαι Δεκαστοματα. Decem linguæ decem ora. Quod solum potest pauper. non hecatonibus: nõ auro non argento pauper deum colere põt: sed pura mẽte & corde casto & cogitatione idiuidua: quod sacrificii genus & culturæ præstaturum se Lucius noster spondet: &. n. homines tenues. unum habent colendi dei locum mentem scilicet & imaginationem: ut sincero animo deum adorẽt: Deum imaginentur: Qui uerus est Dei cultus legitimumq; sacrificium.

